108 Bonum naturæ hominis triplex ſcilicet principia naturæ cum proprietatibus eius, inclinatio ad uirtutes, originalis iuſtitia. Tertium totaliter tollitur per peccatum. Secundum minuitur, primum autem integrum manet, 12ª.q.85.1.2. 4.c. * q.93.6.2m. * 22ª.q.10 4.c. * q.23 7.1m * q. 33.5.c

109 Bonum proportionatum communi ſtatui naturæ eſt ut in pluribus, excedens uero ut in paucioribus, defectus autem econuerſo, 1ª.q.23.7.3m

110 Eccleſiæ. * Bona eccleſiaſtica debent diuidi in quatuor partes, quarum una debetur epiſcopo, alia fabricæ, tertia pauperibus, & quarta beneficiato. 22ª.q.185.7.c

111 In neceſſitate non debent emi poſſeſſiones de bonis eccleſiaſticis, nec in theſauris reponi, 22ª.q.175 7.4m

112 Epiſcopi & alij clerici habẽt uerum dominium bonorum propriorum, non autem eccleſiaſticorum, ſed tantum ſunt diſpenſatores, 22ª.q 63.2.1m. * q.119 3.1m. * q.185.7.c

113 Epiſcopi & clerici poſſunt diſponere de ſua quarta, ſicut de bonis proprijs, 22ª.q.185.7.c

114 Epiſcopi & clerici poſſunt dare moderate ſuis conſanguineis de bonis eccleſiaſticis in ſuum uſum deputatis, 22ª. q.185.7.2m

115 Epiſcopi & clerici peccãt, ſi in articulo neceſſitatis poſſunt uiuere de patrimonio, & viuunt de bonis eccleſiaſticis, 22ª q.185.7.3m. * q.187.4.1m

116 Si epiſcopi uel clerici retineãt ſibi de bonis eccleſiaſticis diuiſis uel indiuiſis, notabiliter ultra quartam, peccant mortaliter, 22ª. q.185.7.c

117 Prælatus tripliciter ſurripit bona eccleſiæ, & tenetur reſtituere, ſcilicet ſi rẽ eccleſiæ non ſibi deputatam, ſed alteri, ſibi uſurparet; puta ſi epiſcopus uſurparet ſibi rem capituli, ſi rem eccleſiæ ſuæ cuſtodiæ deputatam, in alterius dominium transferat; puta conſanguinei uel amici, & ſi ſolo animo ſurriperet, dum ſcilicet incepit habere animum poſſidendi eam ut ſuam, & non nomine eccleſiæ. 22ª.q.62.5.5m. * q.185.7.c

118 Male diſpenſans bona hoſpitalis, tenetur reſtituere, non autem diſpenſans bona beneficij quoad ſuam portionem, ſed tenetur pœnitere, 22ª. q. 62. 5. 5m. q. 185. 7. c. principio.

119 Bona tẽporalia, quaſi nihil ſunt, reſpectu futurorum, 22ª. q.36 2.c.fi.

120 Bona temporalia, ſecundum ſe ſunt bona, ſecũdum quid, ſed ut ducunt ad beatitudinẽ, ſunt bona ſimpliciter, 12ª. q.114.10.c

121 Bona exteriora, ut diuitiæ & honores, ſunt bona ſimpliciter, ideſt, abſolute & ſecundum naturam ſuam: nõ tamen omnibus modis, & circa hæc eſt iuſtitia, ſed uirtutes ſunt bona ſimpliciter, ideſt, uniuerſaliter, 22ª.q.58.10.2m

122 Exteriora bona, ſunt bona inſtrumentaliter, non autem principaliter, licet ſecundum Stoicos ſint nulla, 12ª.q.59. 3.c. * 22ª.q.58.10.2m. * q.125.4.3m. * 3ª.q.15.6.2m

123 Bona temporalia non ſunt præmia uirtutum, nec ſubtractio eorum eſt pœna peccati principaliter, 12ª. q. 87. 7.c. 2m. * q.108.3.4m

124 Bona temporalia ſunt eius, cui Deus concedit, quoad proprietatem, ſed quoad uſum, ſunt etiam aliorum, 22ª.q. 32.5.2m

125 Deus dat iuſtis tantum de bonis & malis temporalibus, quantum expedit eis ad beatitudinem, 12ª. q.87.7.2m. * q.114.10.c

126 Deus dat malis bona temporalia, & bonis mala temporalia, ut eis reſeruet maiora, ideſt æterna, 12ª.q.87.7.2m

127 Bona temporalia dantur indignis à Deo ad correptionem, uel ad damnationem eorum, 12ª. q. 87 7.2m. * 22ª.q.36. 2. c. fi.

128 Omnia temporalia bona & mala, æqualiter eueniunt bonis & malis, quoad ſubſtantiam, non autem quoad finem, 12ª.q. 114 10.4m

129 Temporalia nullius momenti ſunt, reſpectu ſpiritualium, 12ª.q.2.6.c.fi. * q. 87 7.2m. * 22ª.q.36. 2.c.fi.

130 Bona ſpiritualia ſatiant in perpetuum, non autem temporalia, quia temporalia paulatim ſumuntur & corrumpuntur, 12ª.q.31.5.c. * q.32.2.c.fin.

131 Bona temporalia, non habita appetuntur, ſed habita faſtidiunt, ſpiritualia uero econuerſo, 12ª.q.2.1.3m. * q.32.2. c.fi. * q.33.2.c

132 Bona ſpiritualia, non ſapiunt habentibus affectum infectum amore delectationum corporalium, & præcipue uenerearum, 22ª.q.20.4 c. * q.46.1.c

133 Bona ſpiritualia poſſunt ſimul à multis integre poſſideri, non autem corporalia, 12ª. q. 28.4.2m. * 3ª.q.23.1.3m

134 Promiſſiones bonorum corporalium in ueteri lege, fuerũt figuræ ſpiritualium in noua lege, 12ª,q.114 10.1m

135 Bonum morale, præcipue conſiſtit in conuerſione ad Deũ, & malum in auerſione, 22ª.q.19.2.2m

136 Bonum & malum ſpeciali modo ſcilicet morale, inuenitur in habentibus electionem, 1ª.q.48 5 c

137 Bonum in naturalibus & moralibus duplex ſcilicet eſſentiale & accidentale, 12ª.q.18.3 3m

138 Omne bonum honeſtum uel utile, eſt bonum morale, non autem omne delectabile, eſt bonũ moraliter, quia illa dicuntur ſecundum rationem, illud autem ſecundum appetitum, 12ª.q.34 2.1m

139 Boni mores dicuntur, qui rationi congruunt, mali uero, qui à ratione diſcordant, 12ª.q.100.1.c

140 Bonum non contrariatur bono in moralibus, ſed tantum in alijs. 12ª.q.31.8.1m

141 * Virtus eſt bona ſeipſa, non autem per aliam bonitatẽ, 12ª. q. 55.4.2m

142 * Bonum quod ponitur in diffinitione uirtutis, non eſt bonum tranſcendens, ſed bonum rationis, 12ª.q.54.3.2m. * q.55.4.2m

143 Ad bonum operandũ requiritur uirtus moralis inclinans, & prudentia dirigens, 12ª.q 113.1.2m

144 Actus exterior addit ad bonitatem uel malitiam, ex obie-

ctu uel

ſto uel circunſtantijs, actui uoluntatis, non autem ex fine, niſi actus uoluntatis fiat melior uel peior ſimpliciter. ſ. ſecundum numerum, extenſiue uel intenſiue. 12æ.q.20.4.o. *q.24.3.c.* 12æ.q.76.4.2m

145 Eadem bonitas uel malitia ex fine, eſt actus exterioris, & actus uoluntatis, non autem aliæ, 12æ.q.20.3.o. * 4.2m

146 Tota bonitas uel malitia actor exterioris ex fine, ē ex actu uoluntatis, non autem aliæ, ſed econuerſo, 12æ.q.20.2 o

147 Bonitas & malitia ex fine, prius eſt in actu uolūtatis, quàm in actu exteriori. Similiter quæ eſt ex obiecto uel circunſtantijs, ut eſt in executione operis. Sed ut eſt in ordinatione & apprehenſione rationis, eſt, ecōuerſo, 12æ.q.20.1.o

Bos habet quinque utilitates, ſcilicet, quia immolatur, arat, comeditur, lac, & corium dat. Ideo ſuians, teſtdebat quinque prouno, 12æ.q.105.2.9m

1 ¶Brachium ſignificat potentiam operatiuam, quæ tripliciter impeditur, ſcilicet à Deo, à diabolo, & ab utroque, 1ª. q.1.o.10.3m

¶Bubo nocte paſtum quærit. Ideo ſignificat luxurioſos, qui delectati quærunt in nocturnis operibus quæ agunt, 12æ. q.102.6.1m.co.3

¶Bucella quam porrexit Chriſtus Iudæ, nō fuit corpus Chriſti, ſed purus panis, 3ª.q.81.2.3m

C

1 CADERE non permittit Deus aliquos, niſi alios erigat, 1ª.q.23.6.1m

1 ¶Cain.* Reprobatur uerbum Caim dicentis: Maior eſt iniquitas mea quàm ut ueniam merear, quia miſericordia Dei peccantibus per pœnitentiam ueniam præbet, abſque ullo termino. 3ª.q.84.10.c.fi

1 ¶Calix debet eſſe de auro, uel argento, uel ſtanno, 3ª.q.83.3.6m

2 Sicut non poteſt facere aliquis eccleſiæ prælatus, quod calix conſecratus deſinat eſſe conſecratus ſi maneat integer: ſic multo minus poteſt facere, ut homo Deo conſecratus quandiu uiuit, conſecratus eſſe deſiſtat, & quod ille qui profeſſus eſt religionem, non ſit religioſus, 22æ. q. 88. 1.1.c

1 ¶Si calor ſubſiſteret, ita calefaceret, ſicut nunc inhærens, 1ª.q.56.1.c

2 Calor naturalis agit in uirtute animæ, ut inſtrumentū eius, 1ª.q.115.1.5m.* q.118.1.3m

3 Calor naturalis digerendo generat pinguedinem quæ ipſum conſeruat quaſi eius nutrimentum, 22æ.q.82.1.2m

4 Calor diſponens ad formam ignis, manet poſt aduentum eius, non quidem idem numero, ſed idem ſpecie, quia nō eſt idem ſubiectum eius, 3ª.q.7.13.20.* q. 9.3.2m

5 Ignis quantumcunque calidus, non calefaceret, niſi eſſet motus Cœli, 12æ.q.109.1.c

6 Calor & aliæ qualitates tangibiles, erunt in corpore glorioſo ex natura ſua, quæ non erunt reductæ ad medium rei, ſecundum æquidiſtantiam ab extremis acceptum, ſed ad medium proportionis, ſecūdum quod competit optime complexioni humanæ in ſingulis partibus. Et ideo tactus illorum corporum eſt delectabiliſſimus: qua potentia ſemper delectatur in conuenienti & triſtatur in exceſſu, 3ª.q. 54.2.1m.* 2m

7 Virtus in ſemine, agit per triplicem calorem, ſcilicet animalis, elementi, & cœli, 1ª.q.118.3.3m

1 Caluariæ locus dicitur communis locus decollatorum, non autem à capite Adæ ibi ſepulti, 3ª.q 46.10.3m

Calumnia eſt falſa & malitioſa impoſitio criminis, 22æ.q. q. 68.3.c.2m

Calumnia eſt defenſio criminis, per fraudes, dolos, & mendacia, 22æ.q.69.2.3.c

Ars campſoria utitur de ſe numiſmate ad debitum & idoneum uſum, & ratio eſt, quia illud lucrum uel illud plus q accipitur à campſoribus in tali permutatione monetæ, non accipitur ratione pecuniæ quæ de ſe non parit pecuniam, ſeu de ſe eſt inuendibilis, ſed ad uitandum damnū, ſiue ratione periculi uel intereſſe, ut ſubueniatur ſalarijs penſionum domorum, miniſtrorumque, & laboribus & expenſis, in arte neceſſaria & licita, ne fruſtra ponant operam & ſudorem ſuum ad utilitatem aliarum, 22æ. q. 78. 2. 4m

1 Canis in ueteri lege non offerebatur, quia erat animal immundum. Nec redimebatur, quia eo utebantur idolatræ in ſuis ſacrificijs. Et ſignificat rapacitatem, de qua non licet fieri oblatio. Sed alia animalia immunda redimebantur. 12æ.q.102.3.7m.* 22æ.q.86.3.2m

2 Canis uidetur uti ſyllogiſmo diuiſiuo, 12æ.q.13.2.ar.3.3m

Canonicus regularis poteſt tranſire ad religionem monachorum, & non econuerſo, niſi ſint laici, 22æ.q.189.8.2m

1 ¶Cantus, & laus uocalis erit in beatis poſt reſurrectionem, 22æ. q.13.4.c

2 Cantus, & laus uocalis Dei, ſalubriter fit in eccleſia, ad deuotionem excitandam, 12æ.q.91.o

3 Cantus theatricus, uel aliquod aliud artificiale organum in eccleſia ad delectationem, uel oſtentationem, improbatur, 22æ.q.91.2.2m.* 4m

4 Diaconi & prælati non debent cantibus inſiſtere, ſed prædicationi, doctrinæ, & eleemoſynis 22æ.q 91.3. 3m

¶Capacitas duplex ſcilicet naturalis potentiæ, & obedientialis. Prima ſemper impletur ſecundū genus ſingulorum, & non ſecundum quodlibet indiuiduum: ſecunda uero neutro modo, 3ª.q.1.3.3m

1 *¶Capitale uitium dicitur à capite membro, quia pœna capitis punitur, uel quia eſt cauſa finalis per ſe multorū peccatorum, 12æ.q.84 3.4.o.* 22æ q.34 5.c. * q. 35. 4. c. * q. 118.7.8.c.* q.148.3.c.* q.153.4.o.* q.158.6.c.2m

2 Capitalia dicuntur, quia ut in pluribus, alia oriuntur ex eis, licet quandoque aliquod uitium ex bono oriatur. * per abuſum ut ex obiecto, non autem ut ex principio, 22æ. q. 36.4.1m

3 Vitia capitalia dicuntur à fine proprio, non quidem omnium, ſed eorum ex quibus ſæpius alia oriuntur, non autem ab ultimo, 22æ.q.34.5.c.* q.35.4.c.* q.36.4.1m

4 ¶Diuiſio.* Vitia capitalia ſunt tantum ſeptem, ad quæ omnia alia reducuntur, ſcilicet uana gloria, accidia, inuidia, ira, auaritia, gula, & luxuria, 12æ.q.84.4.o

¶Capitulum.* Prælatus præeſt in capitulo, ſicut iudex in foro iudiciali, 22æ.q.33 7.1m

1 ¶Caput naturale habet tria reſpectu aliorum membrorum ſcilicet ordinem perfectionem, & uirtutem influendi, 3ª. q. 8.1.8.c

2 Caput ſignificat multa, ſecundum ſimilitudines ad multas proprietates eius, 12æ.q.84.3.4.o. * 3ª.q.8.1.8.c

3 Omnes operationes animales, à capite principium habent. 3ª.q.8.1.c

4 Caput influit in alia membra dupliciter ſcilicet intra & extra, gubernando actiones exteriores, 3ª.q.8.6.7.c

5 In capite uigent omnes ſenſus: in cæteris uero membris, eſt tantum unus ſenſus, ſ. tactus, 3ª.q.8.1.c.* q.66 7.3m

1 ¶Character non eſt proprie in genere, nec in ſpecie, ſed reductiue, ſicut ens incompletum, quia eſt potentia inſtrumentalis, 3ª.q.63.2.c.fi.

2 Character eſt in ſecunda ſpecie qualitatis, 3ª. q.63.2.o

3 Diffinitio triplex characteris, 3ª q.63.3.3.o. * q. 72.5.c

4 Character eſt potētia, qua tenam in uitam ſpiritualem, poſſunt facere operationes ſimiles uirtutibus, quibus ſacramenta efficaciam habent, 3ª.q.72.5.c

5 Character eſt duplex, ſcilicet potentia actiua, & paſſiua, 3ª. q.63.2.c

6 Character eſt ſacramentum, & res ſacramenti, 3ª. q.63.3. 2m.* 6.3m.*.q.66.1.b * c.* 12.1m

7 Character habet rationem ſigni, ratione ſacramenti ſenſibilis, & ratione configurationis, 3ª.q.63.1.2m.* 2.3m

8 Character eſt participatio ſacerdotij Chriſti, 3ª. q.63.3.3.c. *q.6 .3.3m

9 ¶Subiectum.* Character eſt ſubiectiue in anima, ſicut uirtus inſtrumentalis, 3ª.q.50.4.3m.* q.63.2.c.* 5.1m.* 2m, * q.64.1.c

10 Character eſt ſubiectiue in potentia animæ, & non immediate in eſſentia animæ, 3ª.q.63.4.o

11 Character eſt principaliter in potentia intellectiua, & ſecundario in affectiua, 3ª.q.63.4.3m.* 5.c

12 Character ſemper manet, etiam in damnatis, quia eſt indelebilis, 3ª.q.50.4.3m.* q.63.2.c. * 3.o. * q.64.o.3m. * q.66. 9.c.* q.82.8.c

13 Chriſtus nullum habuit characterem, 3ª.q.63.5.6.c

14 Chriſtus eſt character patris, 3ª.q.63.1.2m

15 Comparatio.* Non habens characterem baptiſmi nullum alium recipere poteſt, quia ille præſupponitur de neceſſitate ab omni alio, 3ª.q.62.6.o

16 Character baptiſmi eſt alius à charactere confirmationis, & ordinis: quia ſunt ad diſtinctos actus, 3ª. q.72.5.c

17 Character baptiſmi, eſt potentia paſſiua, ſed character confirmationis & ordinis, eſt potentia actiua, 3ª.q.63. 3.c

18 Character eſt à tota Trinitate, ſed appropriatur filio, 3ª. q. 64.1.c

19 Character ſacramentalis, eſt proprie character Chriſti, tanquam ducis, quo configurantur fideles ſacerdotio Chriſti,

ſti.3ª.q.65.5.c.
81 Character ſecundum omnes imprimitur in quibuſdam ſacramentis,3ª.q.63.1.o.
82 Character imprimitur ſolum in ſacramentis nouæ legis, 3ª.q.62.6.3m.°q.63.1.3m.4c.
83 Character imprimitur ſolum in tribus ſacramentis,ſ.baptiſmo,confirmatione,& ordine,3ª.q.93.6.o.°q.72.5.o.°q.80 10.1m.
84 Character eſt cauſa gratiæ ſacramentalis,3ª.q.63.2.2.°q.69.10.c.
84 Per Characterem deputantur fideles ad actus conuenientes præſenti eccleſiæ,per prædeſtinationem uero ad præmiũ uitæ æternæ,3ª.q.63..m,42.c.
85 Character beſtiæ,eſt obſtinata malitia,uel profeſſio illiciti cultus,3ª.q.63.3.3m.
Charadrion eſt auis garrula, ideo ſignificat loquaces,12ª.q.102.6.1m.h.
1 Charitas eſt accidens,22ª.q.23.3.3m.
2 Charitas eſt habitus in anima creatus,contra magiſtrum ſententiarum,22ª.q.23,o.
3 Charitas eſt uirtus,22ª.q.23.3.o.°q.27.1.c.
3 °Charitas poteſt dici uirtus generalis,22ª.q.58.6.c.°3ª.q.85.2.1m.
4 Charitas poteſt dici uirtus generalis, inquantum ordinat actus omnium uirtutem ad bonum diuinum. Sed ut reſpicit bonum diuinum, ut proprium obiectum,eſt uirtus ſpiritualis,22ª.q.58.6.c.°.3ª.q.85.2.1m.
6 Charitas eſt amicitia 12ª.q.65.3.c.°q.66.6.2m.22ª.q.23.1.o.°q 24.2.c.
7 Charitas eſt radix omnium uirtutũ,12ªq.62.4 c.°q.65.5.2m.°q.71.4.c.°q.84.1.1m.°22ª.q.238.2m.q 139.2.2m.
8 Charitas eſt mater omnium uirtutum, 12ª..62.4.c.°22ª.q.23.8.3m.°q.186.7.1m.
9 °Charitas eſt forma omnium uirtutum.12ª.q.62.4.c.°22ª.q.4.3.o.°q.23.6.o.°q.24.12.4m.
10 Charitas qua formaliter diligimus eſt quædam participatio diuinę charitatis quę Deus eſt,22ª.q.23.2.1m.°q.24.2.1m.°7.c.
11 Charitas eſt amor Dei,non qualiſcunque, ſed quo diligitur Deus,ut beatitudinis obiectum 12ª.q.65.5.1m.°q.106.3.1m.°3m.°q.103.3.1m.°3m.°22ª.q 23.4.c.
12 Charitas non poteſt eſſe informis.22ª.q.24.12.4m.°q.45.c.°q.136.3.2.c.°.3ª.q.76.7.c.ſi.
13 Actus charitatis duplex.ſ.elicitus & imperatus,3ª.q.85.2.1m.
14 °Motus mentis humanę in fruitione Dei in qua conſiſtit uita æterna,eſt actus charitatis,12ª.q.114.4.c.
15 Obiectum charitatis proprium & principale & formale, eſt bonitas ſumma idest, Dei, 22ª.q.4.5.2m.q.13.2.c.°q.23.5.2m.°q.24.1.c.°4.2m.
16 Charitas pro obiecto habet ultimum finem, ſ.beatitudinem æternam,22ª.q.23.4.2m.°q.24.1.3m.10.c°.q.44.5.c.
17 Charitas habet duo obiecta. ſ.principale.i. bonitatem Dei,& ſecundarium.i.bonum proximi.22ª.q.32.2.3m. q. 66.c.
18 Charitas diligit proximum propter Deum, ideo obiectum eius propter eſt Deus,22ª.q.1.1.3m.°3.1m.°q.23.5.1m.
19 Charitas tendit in ultimum finem ſub ratione finis ultimi, quod non conuenit alicui alteri uirtuti,22ª.q. 26.1.c.1.
20 Dilectio Dei eſt finis dilectionis proximi,22ª.q.44.2.o.
20 °Charitas uiæ,non poteſt æquari charitati patriæ,1ª.q.117.2.3m.°12ª.q.67.6.3m.
22 Charitas ſuper excedit facultatem totius nomine, 12ª.q.113.9.2m°.22æ.q.14.2.3.c.
23 Charitas eſt nobilior anima Chriſti & aliorum, ſecundum quid,non autem ſimpliciter,22ª.q.23.3 c.
24 Donum ſapientiæ correſpondet charitati,22ª.q.23.prin.°q.45.princ.
25 Charitas eſt potiſſima uirtutum,1ª.q.117.2.3m.°12ª.q.66.6.o.°.22ª.q.23.6.o.q.24.4.2m.°q.30.4.o.°q.34.5.1m.°q.117.6 c.1m.°q.157.4.2m.
26 Quilibet habens charitatem,habet omnes alias uirtutes,12ª.q.65.3.5.o.
27 Nulla uera uirtus poteſt eſſe ſine charitate,12ªq.65.2.4.o.°.q.71.4.c.°22ª.q.23.7.o.°q.51.2.c°.q.108.2.2m.
28 Charitas eſt maior aliis,quia propinquius ſe habet ad obiectum ſuum.ſ.ad Deum, quàm fides & ſpes. Ideo nobilior eſt 12ª.q.66.6.o.°.22ª.q.23.6.c.
29 Sola charitas imperat omni uirtuti,12ª.q.114.4.o.
30 Charitas ponitur in definitione cuiuslibet uirtutis,non quidem eſſentialiter,ſed quia ab ea dependent,22ª.q.62.2.3m °22ª.q.23.4.1m.
31 Nulla uirtus habet tantam inclinationem ad ſuum actum, nec ita delectabiliter operat,ſicut charitas,12ª.q.23.1c,ſi.
32 Omnia præcepta moralia fundantur in præceptis charitatis 3ª.q.47.2.1m.
33 Charitas coniungit Deo realiter,& attingit ipſum realiter,nõ autem fides nec ſpes,22ª.q.45.2.c.ſi.°2m°.q.172.4.c.°q.184.1.c.2m.
34 Eſſentia etſi differat à charitate,tamẽ præſupponit eam.Et ex hoc eſſe diuidit inter filios perditionis & regni, 22ª.q.45.4.3m.
35 Charitas facit tendere in Deum,uniendo affectum hominis Deo,ſpes autem ut adipiſcendo 22ª.q.17.6.3m.
36 Charitate comprehenditur omnis alia amicitia & dilectio licita,non autem illicita, quia charitas non poteſt eſſe cum peccato mortali.22ª.q.45.c.
37 Quicquid pertinet ad donum uel uirtutem fortitudinis,poteſt etiam ad charitatem pertinere, 22ª.q.139.2.2m.
38 Voluntas eſt ſubiectum charitatis,1ª.q.59.4.3m.°q.82.5.2m.°12ª.q.56.6.c.°q.57.3.2.
39 Charitas impropriè dicitur eſſe in concupiſcibili 1ª.q. 82.5.2m.
40 Charitas non eſt in nobis naturaliter, nec cauſatur ex actibus noſtris,ſed infunditur à Deo, 22ª.q.24.2.o.°3.10.c°.q.171.2.1m.
41 Charitas eſt in omnibus habentibus gratiam gratum facientem.22ª.q.84.c.°q.47.1.4.c.
43 Charitas augetur eſſentialiter,12ª.q 52.1.o.°q.66.1.o.
43 Charitas non augetur per additionem,ſed per intenſionem, ſecundum acceſſum ad terminum,12ª q.52.2.o.°22ª.q.23 5.o.
44 Diuiſio beata,charitas,& huiuſmodi, quæ pertinent ad præmium eſſentiale,non augentur in beatis, ex quo iam ſunt effecti beati,22ª.q.24.3.3m.
45 Charitas poteſt augeri in infinitum,22ª.q.24.7.o.
46 Quilibet actus charitatis,diſponit ad charitatis augmentum, reddendo hominem promptiorem ad iterum agendum, & habilitate creſcente,donec conetur ad perfectum, & tunc actu augetur,22ª.q.26.6.o.
47 Charitas unico actu augetur,ſi fiat cum toto conatu,non autem aliter,12ª.q.52.3.o.°22ª.q.24.6.o.
48 Charitas non poteſt minui,22ª.q.24.10.o.
49 Charitas non poteſt amitti per peccatum ueniale,12ª.q.71.4 c.°q.78.2.1m.°q.88.1.2m.
50 Veniale peccatum non contrariatur habitui charitatis,ſed feruori actus eius quem minuit,12ª.q.71.4.c.°22ª.q.24.8.2m.°q.54.3.3.c.q.107.3.2m.3ª.q.79.4.c.°q.87.1.2.c.
51 Charitas uiæ poteſt amitti non autem charitas patriæ,22ª.q.24.11.o.
52 Charitas quolibet peccato mortali amittitur, 12ª. q.71.3.c. ſi.°4.c,°22ª.q.24.12.o.°q.45.4.c.3ª.q.79.6.2.°q.84.10.c.
53 Charitas habet modum quo ad actus quos imperat,non autem quo ad actum quem elicit,3ª.q.85.2.1m.
54 Charitas datur ſecundum menſuram ſubiecti id eſt ſecundũ capacitatem naturæ,& conatũ,1.q.62.6.o.°22ª.q.24.3.o.°3ª.q.69.8.3m.
55 Gradus charitatis triplex.ſ.incipientium proficientium,& perfectorum,22ª.q.4.o.°q.183.4.o.°q.184 ſi.o.°3.2m.
56 Beatitudo datur ſecundum diuerſos gradus charitatis, 1ª.q.12.6.c.°22ª.q.24.3.2m.°3ª.q.55.1.3m.
57 Numerus eadẽ numero,ẽ charitas Dei & proximi,22ª q.17.3.c°.ſi.°q.18.2.3m.°q.23.5.o.°q.25.1.o.q.31.4.3m.q.103.3.2m.
58 Charitas uiæ manet eadem numero in patria,12ª.q.67.6.o.q.111.3.2m.
59 ¶Ordo °Charitas habet ordinem,22ª.q.26.1.o.
60 Ordo charitatis attenditur ſecundum affectum & effectum, 22ª.q.26 6.o..
61 Dilectio Dei eſt prior dilectione proximi ordine perfectionis & dignitatis,ſed econuerſo ordine generationis & diſpoſitionis,12ª.q.68.8.2m.
62 Modo charitatis cadit in præcepto 22ª.q.44.8.c.
63 Ordo charitatis manebit in patria,22ª.q.26.13.o.
64 In patria nullus erit ordo dilectionis,niſi ſecundum propinquitatem ad Deum,22ª.q.26.13.o.
65 ¶Cognitio °Nullus poteſt certe cognoſcere ſe habere charitatẽ uel gratiam,niſi ſibi diuinitus reueletur,12ª.q.112.5.o.°3ª.q.80.4.5m.
66 Cognitio non eſt obiectum charitatis,ſed Deus cognitus,12ª q.76.6.2m.
67 Effectus charitatis ſunt duodecim.ſ.uita ſpiritualis obſeruantia mandatorum,protectio contra aduerſa, beatitudo,uenia,illuminatio lætitia,pax amicitia,libertas,filiatio Dei,& expulſio timoris,3ª.q.29.2 c.
68 Charitas immediatè tradit hominem Deo,adhærendo ei per ſpiritus unionem.Et eſt religionis principium,quia mediante opera

opera diuini cultus facit 22^{ae}.q.82.2.1^{m}.

69 Charitas quantumcunque minima poteſt reſiſtere cuilibet tentationi, 3^{a}.q.62.6.3^{m}.*q.70.4.c.

70 Charitas facit homines deiformes, ſupra homines conuerſari in cœlis, & conuenire cum Deo, & cum angelis, 22^{ae}.q.65.5.c.

71 Charitas nominatur uia ab Apoſtolo, qua Deo appropinquamus, quia per ipſam mens Deo unitur, 1^{a}.q.24.4.c.

72 Charitas unit nos Deo, ſicut ſunt illi qui rebus mundi penitus abiectis, ſolicite cogitant ſolum, quæ Dei ſunt. 22^{ae}.q.45.2.c.*3^{a}.q.89.6.c.

73 Charitas impeccabilitatem hét ex uirtute ſpūs ſancti, qui infallibiliter operatur quodcunque uoluerit, & etiam ſecundum propriam rationem charitatis, non autem ex parte ſui ſubiecti, 22^{ae}.q.24.11.c.princ.*3^{a}.q.79.6.2^{m}.

74 Charitas de ſe præſeruat à peccato, ſed habens eam peccat ex mutabilitate liberi arbitrii, 22^{ae}.q.24.11.c. princ.*quæſt.7.6.2^{m}.

75 Donum ſapientiæ, non eſt cauſa charitatis, ſed effectus eius, 12^{ae}.q.45.6.2^{m}.

76 Meditatio de diuinis cauſat charitatem, quæ cauſat neceſſitatem loquendi de Deo, 12^{ae}.q.27.2.c.

77 Suſpendere contemplationem ad tempus propter ſalutem proximi, pertinet ad ſummam perfectionem charitatis, 22^{ae}.q.182.1.c.3^{m}.

78 Gaudium de Deo in ſe eſt effectus charitatis, ſed ut Deus participatur à nobis, eſt effectus ſpei, 22^{ae}. quæſtio. 28.1.3^{m}.*2.4.c.

79 Bonitas amoris, deſiderii, & gaudii, dependet ex eodem, ideo pertinent ad eandem uirtutem charitatis, 22^{ae}.q.28.4.c.*q.29.4.c.*q.51.2.0.

80 Reſurgens per pœnitentiam in minori charitate, habebit maius gaudium accidẽtale de bonis factis prius in maiori charitate, quàm de factis poſt in minori. nõ autem maius gaudium aſſentiale. 3^{a}.q.39.5.3^{m}.

81 Gaudium eſt magis effectus charitatis, quàm triſtitia, 22^{ae}.q.28.1.0.*q.35.2.3.c.

82 Gaudium cauſatum ex charitate, non compatitur ſecum triſtitiam, ſicut quod cauſatur ex ſpe. 22^{ae}.q.28.2.0.

83 Charitatis eſt habere pacem, ſed facere pacem, eſt ſapientiæ ordinantis, 22^{ae}.q.45.6.c.1^{m}.

84 Concordia eſt effectus charitatis, 22^{ae}.q.29.2.0.*.c.

85 Debitum gratitudinis ex charitate procedit, quæ quãto plus ſoluitur, tanto magis debetur. Ideo obligatio gratitudinis eſt interminabilis. 22^{ae}.106.6.2^{m}.*q.*107.1.3^{m}.

86 Deus per charitatis amorem dicitur, & fit pater noſter, & ſpõſus noſter, 22^{ae}.q.19.2.3^{m}.

87 Amare, magis eſt effectus charitatis, quàm amari, 22^{ae}.q.27.1.0.

1 ¶Caro dicitur tripliciter, ſcilicet, natura uitium, & paſſibilitas, 3^{a}.q.54.5.1^{m}.

2 Caro hominis de ſe non habet bonum uirtutis, ſed ut ſubeſt rationi, 12^{ae}.q.56.4.c.

3 Caro in eodem ſemper eſt eadem ſecundum ſpeciem, non autem ſecundum materiam, 1^{a}.q.119.1.2.0.

4 Eſus carnium, uidetur introductus poſt diluuium, 12^{ae}.q.102.6.2^{m}.

1 Caſtitas eſt uirtus, dicta à caſtigatione concupiſcẽtiæ, tanquã pueri. 22^{ae}.q.151.1.0.

2 Caſtitas proprie eſt uirtus ſpecialis circa uenerea, ſed large eſt uirtus generalis, 22^{ae}.q.151.2.0.

3 Caſtitas ut delectans eſt fructus, ſed ut eſt ſecundum rationem, eſt uirtus quæ maxime diſponit hominem ad perfectionem intellectualis operationis, 22^{ae}.q.15.3.c.6.*q.151.1.4^{m}.

4 Caſtitas coniugalis, non eſt uirtus ſpecialis ſupra caſtitatem, quia non habet laudem, niſi abſtinentiæ ab illicitis delectationibus. Nec caſtitas uidualis, quia non eſt perfecta. 22^{ae}.q.152.3.4^{m}.

5 Caſtitas eſt circa uenerea, ſed abſtinentia eſt circa cibos, ideo differunt, 22^{ae}.q.151.3.0.

6 Caſtitati antonomaſtice attribuitur decor, ideo uirginitati attribuitur excellentiſſima pulchritudo. 22^{ae}.q.152.5.c.

7 *Caſtitas eſt ſubiectiue in anima. 22^{ae} q.151.1.1^{m}.

8 Remedium ſeptuplex caſtitatis contra luxuriam. ſ. maceratio carnis per abſtinentiam uigiliæ, & huiuſmodi, contemplatio diuinorum & oratio, ſtudium ſcripturarum, cogitatio ſancta exercitium contra ocium labor, & anguſtia & ſolitudo. 22^{ae}.q.188.5.0.

1 ¶Non omne quod eſt præter intentionem, eſt à caſu uel à fortuna, ſed tantum contingens raro, 22^{ae}.q.43.1.3^{m}.*q.64.8.c.

2 Nihil eſt à caſu uel à fortuna reſpectu Dei, ſed reſpectu cæterarum cauſarum, 1^{a}.q.19.5.c.

1 Catechiſmus non eſt ſacramentum, ſed ſacramentale, 1^{a}.q.67.3.2^{m}.

2 Catechiſmus eſt inſtructio credendorum explicite, præcedẽs baptiſmum, 3^{a}.q.71.1.c.

3 *Catechiſmus pertinet tantum ad ſacerdotes, prima.q. 67.3.2^{m}.

4 Pueri ſunt catechizandi, patrinus pro eis confeſſionem facit, 3^{a}.q.71.1.2^{m}.*3^{m}.

Eccleſia amittit cathedram epiſcopalem, propter malitiam populi, 22^{ae}.q.108.4.2^{m}.

¶Categorica dictio eſt, quæ abſolute ponit rem ſignificatam circa aliquid ſuppoſitum: ſyncategorica uero, quæ importat ordinem prædicati ad ſubiectum. 1^{a}.q.317.c.

¶Cato morti ſe tradidit ne incurreret ſeruitutem Cæſaris, 22^{ae}.q.121.2.2^{m}.

¶Cauere mala eſt prouidentiæ, ſicut & proſequi bona, ſed cauere impedimenta extrinſeca, eſt cautionis, 22^{ae}. q.49.8.2^{m}.

1 Cauſa ad quam neceſſario ſequitur effectus intelligitur tantum de cauſa per ſe completa, & non impedita, 1^{a}.q.115.6.c.*12^{ae}.q.75.1.2^{m}.

2 Poſita cauſa naturali, & ſufficienti, ponitur effectus, non autẽ uoluntaria, 1^{a}.q.14.8.2^{m}.*q.19.8.0.*q.42.2.0.*q.46.1.9^{m}.*10.q.61.2.1^{m}.*3^{a}.q.56.1.1^{m}.

3 Non omnis cauſa per ſe propria & ſufficiens, cauſat neceſſario ſuum effectum, quia poteſt impediri, 1^{a}.q.115.6.c.*q.16.3.c.*12^{ae}.q.75.1.2^{m}.

4 Cauſa duplex. ſ. diſpoſitiua & conſumatiua, 22^{ae}.q.94.4.0.

5 Cauſa conſeruatiua duplex. ſ. directe & per ſe, uel indirecte & per accidens: ſicut quod remouet, uel impedit actionem corrumpentis, 1^{a}.q.104.1.2.c.

6 Genus cauſæ eſt quadruplex, ſcilicet finalis, formalis, efficiens, & materialis, 22^{ae}.q.27.3.c.

7 Cauſa duplex, ſcilicet per ſe, id eſt cauſans per uirtutem ſuã, & per accidens, id eſt remouens impedimentum, 1^{a}.q.114.3.c.12^{ae}.q.75.4.c.*q.76.1.c.*q. 85.5.c.*q.83.3.c.*22^{ae}.q.3.2^{m}.*1.q.4.7.c.

8 Occaſio ſignificat cauſam imperfectam, non autem ſemper cauſam per accidens. 22^{ae}.q.43.1.3^{m}.

9 Cauſa per accidens dupliciter, ſcilicet quod accidit cauſæ per ſe, uel quod accidit effectui per ſe. Et hoc tripliciter. ſ. habẽs ordinem per ſe, uel ut in paucioribus, uel non habens ordinem, niſi ſecundum æſtimationem. Primum eſt remouens impedimentum contrarium uel non contrarium. Secundum eſt caſus uel fortuna, 22^{ae}. quæſt.43. 1.3^{m}.*quæſt. 65.8.c.

10 Non omne quod fit habet cauſam per ſe, ſed tantum ens per ſe, non autem ens per accidens, quia non eſt proprie ens, ſed magis ordinatur cum non ente, 1^{a}.quæſt.115.6.c.*quæſt. 116.3.c.

11 Quælibet cauſa deriuatur aliquis ordo ad ſuos effectus. Et unus ordo connectitur ſub ordine, ſicut cauſa ſub cauſa. Et multiplicatur ſicut cauſa, 1.q.105.6.2.*q. 106.3.c.

12 Omne unum in multis oportet eſſe ab una cauſa, 1^{a}. quæſt. 65.1.c.

13 Idem effectus eſt ab infinitis cauſis per accidens, non autem per ſe, 1^{a}.q.46.2.7^{m}.12^{ae}.q.1.4.0.

14 *Aucta cauſa, auget effectum per ſe, non autem effectum per accidens, 12^{ae}.q.17.6.1^{m}.*q.85.5.1^{m}.

15 Aliquid eſt cauſa alicuius effectus dupliciter. ſ. directe ad illud agendo, & indirecte, quia non impedit cum poſſit. 3^{a}.q.47.1.c.

16 Non eſt eadem eſſentia cauſæ & effectus, 22^{ae}.q.58.5.c.

17 Habitudo ad cauſam non eſt de ratione entis cauſati, ſed cõſequitur ad ea quæ ſunt de ratione eius. prima quæſt. 44.1.1^{m}.

18 Cauſa quandoque habet non neceſſariam habitudinem ad effectum, propter defectum effectus, & non cauſæ, 1^{a}.q.19.3.4^{m}.

19 Cauſa æquiuoca eſt cauſa totius ſpeciei, uniuoca uero tantũ indiuidui. 1^{a} q.13.5.1^{m}.*q.104.1.c.

20 Effectus uniuocus dependet tantum in fieri à cauſa, ſed æquiuocus poteſt dependere etiam in eſſe. 1^{a}.q.104.1.c.

21 Effectus eſt in cauſa ſecundum ſimilitudinem quadrupliciter, ſcilicet ſecundum eſſe naturale, & ſecundum eandem rationem, ut in uniuocis uel ſecundum eandem rationem tantum, ut in æquiuocis, uel ſpiritualibus, uel influxu. 3^{a}.q.62.5.c.

22 Effectus eſt in cauſa uniuoca, ſecundum ſimilitudinem formæ eiuſdem ſpeciei, in cauſa uero æquiuoca, ſecũdũ ſimi-

litudinem

ſitudinem formæ excellentioris, 1ª.q.4.a.3.o.* q.6.2.c.* q.13.5.c.* q.105.1.3m.* q.110.2.c.* q.115.3.3m.* 3ª.q.62.4.c

23 Cauſa inſtrumentalis non participat actionem cauſæ principalis, niſi in quantum per aliquid ſibi proprium, diſpoſitiue operatur ad effectum principalis agentis, 1ª.q.45.5.o

24 Cauſa principalis eſt nobilior ſuo effectu, non autem inſtrumentalis, nec cauſa per accidens. 12æ.q.66.3.3m.* 22æ.q.148.3.2m.* q.165.2.1m.* 3ª.q.79.2.3m

25 Effectus habet eſſe nobilius & principalius, non autem uerius, in cauſa principali, quàm in ſe, non autem in cauſa inſtrumentali, 1ª.q.4.2.c.* q.18.4.3m. 12æ.q.83.1.2m

26 Effectus aſſimilatur cauſæ principali, nō autem inſtrumentali, 3ª.q.62.1.c

27 Cauſa principalis licet manifeſtiſſima, non poteſt propriè dici ſignum ſui effectus, licet occulti, ſed tantum cauſa inſtrumentalis, quia ut mota eſt effectus, 3ª.q.62.1.3m

28 Eiuſdem & ſimiliter, nō poteſt eſſe duplex cauſa proxima, uel remota: ſed diuerſimode, 1ª.q.52.3.c

29 Idem reſpectu eiuſdem poteſt eſſe cauſa & effectus diuerſimode, 12æ.q.3.4.2m

30 Effectus denominatur à cauſa proxima, non à remota uel uniuerſali, 1ª.q.14.13.1m.* q.15.3.4m.* 3ª.q.4.1.1m

31 Effectus quanto remotior eſt à cauſa, tanto eſt debilior, 12æ.q.6 .1.c

32 In quolibet genere cauſarum, cauſa diſtat ab effectu, ſecundum perfectionem, uel ſecundum uirtutem, 1ª.q.33.1.1m

33 Quælibet cauſa primo operatur in ſibi propinquius, & per illud in alia, 3ª.q.56.1.c

34 Cauſa prima duplex, ſ. prima ī genere, & prima ſimpliciter, ſ. Deus, 1ª.q.19.8.o

35 Cauſa prima, ſ. Deus, produxit materiam de nihilo, 1ª.q.14.11.o.* q.13.3.3m.* q.44.2.o.* 4.4m.* q.45.1.2m.* 4.3m.* q.46.1.3m.* q.47.1.o.* q.57.2.c.fi.* q.65.4.c.fi.* q.91.2.c.* q.105.2.c.1m.* q.117.3.c

36 Proceſſiones diuinarū perſonarum ſunt cauſa prima creationis omnium creaturarum, 1ª.q.33.3.1m.* q.45.6.o.* 7.3m

37 *Effectus non trahit neceſſitatem uel contingentiam à cauſa prima, ſed à proxima, 1ª.q.14.13.1m.* q.23.3.4m.* q.47.1.2m.* q.103.7.3m.* 3ª.q.4.1.1m

38 Cauſa prima plus influit quàm ſecunda, 1ª.q.104.2.c.* 12æ.q.19.4.c.* q.84.5.c

39 Operatio cauſæ ſecundæ, ſemper fundatur ſuper operationem cauſæ primæ, & præſupponit eam, 12æ.q.19.4.c

40 Cauſæ habent inter ſe ordinem, quia finis eſt ratio agentis, agens formæ, & forma materiæ, 1ª.q.5.2.1m.* 4.2.* q.85.3.4m.* 12æ.q.1.2.c

41 Cauſa perficiens eſt nobilior ſuo effectu, non autem cauſa diſponens, 12æ.q.66.6.3m

42 In cauſis agentibus quanto aliquid eſt prius, tanto eſt perfectius, in cauſis autem materialibus eſt imperfectius, 22æ.q.1.7.3m

43 Semper oportet quod cauſa per ſe ſit potior effectu, 1ª.q.95.1.c.* 12æ.q.112.1.c.* 22æ.q.148.3.2m

44 Quanto cauſa eſt altior, tanto cauſalitas eius ad plura ſe extendit, 1ª.q.65.3.c

45 Omnis cauſa dicit diuerſitatem ſubſtantiæ ab effectu, 1ª.q.33.1.1m

46 *Omnia nobiliori modo ſunt in cauſa ſua, quàm in ſuo cauſato, 1ª.q.4.2.c

47 Cauſa ſemper excedit ſuum cauſatum, 12æ.q.66.1.c

48 Quicquid eſt cauſa cauſæ ut cauſæ, eſt cauſa cauſati, 1ª.q.49.2.2m.* 12æ.q.79.1.3m.* 2.c

49 Omnis effectus dependet à cauſa ſua, 1ª.q.33.1.1m.* q.104.1.2.c

50 Cauſa efficiens, non poteſt eſſe poſterior effectu, ordine durationis, ſicut finalis, 3ª.q.62.6.c

51 Nulla creatura eſt cauſa actiua alterius, quoad nouam formam uel diſpoſitionem ſine mutatione, ſed conſeruatiſ ſine mutatione, 1ª.q.104.2.3m

52 Quod eſt prius in cauſando, eſt poſterius in cauſato, & econuerſo, 1ª.q.5.4.c

53 Cauſa cognoſcitur per effectum quandoque, & econuerſo, 1ª.q.8 .3.4m.* 8.1m

54 Effectus dupliciter cognoſcitur in cauſa, ſcilicet demonſtratiuè, & per coniecturas, 1ª.q.14.13.c

55 Effectus dupliciter repræſentat cauſam, ſcilicet quoad eſſe, & ſecundum formam, 1ª.q.85.7.c

¶Cautela uel cautio, cuius eſt uitare impedimenta bonæ operationis, eſt pars integralis prudentiæ, 22æ.q.48.c.* q.49.8.o

1 ¶Cæcitas mentis triplex, ſcilicet priuatio luminis accidentalis, auerſio uoluntaria à primo intelligibili, tertia propter occupationem. Prima eſt pœna, aliæ uero peccatum, 22æ.q.15.1.o

2 Cæcitas mentis quæ quaſi totaliter ſpiritualium bonorum cogitationē excludit, oritur ex luxuria. Hebetudo autem ſenſus, quæ reddit hominem debilem, ad huiuſmodi intelligibilia, oritur ex gula, 22æ.q.15.2.3.o

3 Cæcitas mentis, & hebetudo ſenſuum, opponuntur dono intellectus, 22æ.q.8.6.1m.* q.15.2.fi

4 In cæco eſt aptitudo ad uidendum, 22æ.q.85.2.3m

5 Cæcus actu habet uirtutem greſſiuam, per quam ambulare poteſt. Sed in quantum caret uiſu qui dirigit in ambulando, patitur defectum in ambulando, dum ambulat ceſpitando, 12æ.q.18.1.2m

6 Cæcus miraculoſè illuminatus, naturaliter uidet. 3ª.q.77.4.3m.fi

1 ¶Cœlum habet materiam alterius rationis à materia quatuor elementorum, 1ª.q.66.1.5m.* 2.o.* 12æ.q.49.4.c

2 In materia cœli non eſt potētia ad corruptionem, quia forma eius excludit omnem priuationem ab ea, 1ª.q.9.c.* q.10.5.c.fi.* q.97.1.c

3 Cœlum non eſt animatum, 1ª.q.70.3.o

4 Cœlum non eſt de natura quatuor elementorum, 1ª.q.66.2.c

5 Cœlum non eſt in potentia incompleta ad eſſe, ſed tantum ad ubi, 1ª.q.55.2.o.* q.58.1.3.c.q.66.2.c.fi.* q.79.2.c.* q.84.3.1m.* q.85.5.c.q.90.2.1m.* q.97.1.c.* 12æ.q.49.4.c.* 22æ.q.24.11.c

6 Cœlum non incepit per generationem, quia non habet contrarium ſed incepit per creationem, 1ª.q.46.1.3m.* 5m.* q.66.2.c.* q.75.6.c

7 In cœlis non eſt habitus nec diſpoſitio, 12æ.q.49.4.c

8 Firmamentum eſt duplex, ſ. cœlum ſtellatum, & pars condenſata in nubes, 1ª.q.63.1.2.3.o.* q.71.1m

9 Dextrum cœli eſt oriens, ſiniſtrum occidens, ſuperius polus meridionalis, inferius alter, ante hemiſphærium ſuperius, poſt aliud, 1ª.q.102.1.c.fi.

10 Corpora beatorū erunt ſupra oēs cœlos, 3ª.q.57.4.c.1m

11 *Non oportet aliquam partem cœli eſſe ſuperiorem Chriſto, ſed ipſum eſſe ſuper omnes cœlos, 3ª.q.57.4.c.1m

12 Cœlum empyreum non poteſt ratione inueſtigari, 1ª.q.66.3.c

13 Cœlum empyreum eſt immobile, 1ª.q.66.3.o.* q.102.2.1m

14 Cœlum empyreum eſt incorruptibile, & lucidum, ſed non emittit radios uiſibiles nobis, 1ª.q.66.3.o

15 Cœlum empyreum eſt ſupremum locorum corporalium, 1ª.q.102.2.1m.* q.112.1.1m

16 Cœlum empyreum eſt locus beatorum hominum, magis quàm angelorum, & eſt ad congruitatem contemplationis, non autem ad neceſſitatem, 1ª.q.66.3.c.3m.* q.102.2.c.3m.* q.102.2.2m.* 12æ.q.4.7.3m.* 22æ.q.175.3.4m

17 Cœlum empyreum eſt concreatum materiæ informi, 1ª.q.66.3.o

18 Cœlum empyreum habet influentiam in inferioribus, 1ª.q.66.3.2m

19 Diuerſæ opiniones Doctorum de aquis quæ ſunt ſuper cœlos, 1ª.q.68.2.3.o

20 Informitatem cœli expreſſit ſcriptura, ex hoc quod dicit: Tenebræ erant ſuper faciem abyſſi, ſecundum quod ſub cœlo etiam aer includitur, 1ª.q.66.2.c.fi.

21 Cœlum aqueum eſt ſupra firmamentum, id eſt, cœlum ſydereum, quia eſt diaphanum, ſicut & cœlum empyreum, quia eſt lucidum, 1ª.q.6.1.1m.* o

22 Omne ſpatium inter aquam & cœlum lunæ, eſt unum cœlum, ſecundum Damaſcenum, ſed quatuor ſecūdum Rabanum, 1ª q.68.4.c

23 Cœlum dicitur dupliciter, ſ. à proprietate, & à natura. Et hoc eſt triplex, ſ. immobile, mobile uniforme, & mobile difforme. Primum eſt cœlum empyreum, ſecundum aqueum, & tertium ſydereum, & ſeptem planetæ, 1ª.q.68.4.c

24 Cœli ſunt ſeptem, ſecūdum Rabanum, ſcilicet empyreum, cryſtallinum ſeu aqueum ſydereum, igneum, olympium, æthereum, & aereum, 1ª.q.68.4.o

25 In cœlis non ſunt plura indiuidua eiuſdem ſpeciei, 1ª.q.47.2.c

26 Cœlum ſumitur tripliciter, ſcilicet eſſentialiter, participatiuè, & metaphoricè. Et hoc tripliciter, ſcilicet, trinitas, bona ſpiritualia, & triplex uiſio, ſcilicet corporalis, imaginaria, & intellectualis, 1ª.q.68.4.c

27 Cœlum tertium, ad quod raptus eſt Paulus, eſt triplex uiſio, triplex hierarchia, cœlum empyreum uel trinitas, 1ª.q.68.4.c.* 22æ.q.175.3.4m

28 Virtus

28 Virtus primi cœli recipitur in medijs cœlis diuerſimodè, ſecundum motus eorum, 1ª.q.115.3.4m
29 Actiones & uirtutes cœlorum, diuerſimodè recipiuntur in his corporibus inferioribus, ſecundum diuerſam materię diſpoſitionum, 1ª.q.115.3.4m.° 6.2m
30 Omnis uirtus generalis uel ſpecialis inferiorum, reducitur ad uirtutes cœlorum generales uel ſpeciales, 22æ.q.96.2.2m 2
31 °Motus cœli eſt naturalis, 1ª.q.70.3.4m.° 5m
32 Motus cœli eſt uoluntarius ex parte motoris tantum, 1ª.q.70.3.5m
33 Quilibet motus cuiuſcunque cœli eſt regularis & uniformis in uelocitate, & tarditate, 1ª.q.32.1.2m
34 Quodlibet cœlum præter primum, mouetur dupliciter, ſcilicet motu proprio, & motu primi cœli, 1ª.q.68.2.3m.° q.115.3.4m.° 22æ.q.2.3.c
35 In cœlis eſt duplex motus, ſcilicet primus, id eſt diurnus, ſuper polos æquinoctialis ab oriente in occidens: & ſecundus econuerſo ſuper polos zodiaci, 1ª.q.67.4.3m.° q.14.2.c
36 In cęlis eſt duplex motus, ſcilicet primus, id eſt diurnus, qui eſt cauſa continuitatis generationis, & ſecundus per zodiacum, qui eſt cauſa diuerſitatis, ſecundum generationem & corruptionem, 1ª.q.6.4.3m.° q.104.2.c
37 Motus cœli eſt cauſa uiuentium, 1ª.q.70.3.3m
38 Cœli ſunt cauſa eorum quæ fiunt in his inferioribus, 1ª.q.115.3.0.° 12æ.q.95.5.0.° q.96.2.2m
39 Tota materia corporum inferiorum ſubiacet uariationi, ſecundum motum corporum cœleſtium, 1ª.q.15.3.0
40 Diuerſorum motuum cœleſtium diuerſi ſunt effectus, 1ª.q.104.2.c.fi.
41 Effectus corporales in inferioribus, non ſequuntur ex neceſſitate à motibus cœlorum, 1ª.q.115.6.0
42 Diſtantia loci impedit effectum cœleſtis corporis, 1ª.q.115.6.2m
43 Groſſities materiæ uel frigiditas aut caliditas, aut alia huiuſmodi diſpoſitio, impedire poteſt effectum corporis cęleſtis, 1ª.q.115.6.2m
44 Effectus duplices ſubtrahuntur cauſalitati corporum cœleſtium. ſ. effectus per accidens contingentes, in humanis uel naturalibus, & actus liberi arbitrij, 22æ.q.95.5.c
45 Cœlum mouetur ab aliquo intellectu, 1ª.q.70.3.0
46 Cœlum eſt mouens ſeipſum, in quantum motor eſt de ratione eius, 1ª.q.3.5m
47 °Motor cœli coniungitur orbi ſecundum totum, ſecundum philoſophos: ideo non mouetur per accidens ad motum cœli, 1ª.q.51.3m
48 Motor cęli ſuperioris, poteſt mouere cęlum motoris inferioris, non autem econuerſo, 1ª.q.117.4.1m
49 Cęlum eſt primum alterans, non tamen primum mouens ſed mouetur motu locali à ſuperiori mouente, 12æ.q.6.1.1m.° q.109.1.c
50 Virtus mouens cęlum, dicitur eſſe in dextera parte orbis quem mouet, unde incipit motus, 1ª.q.51.3.3m.° q.52.2.c
51 Corpora cęleſtia non ſunt animata eo modo quo plantæ & animalia, ſed æquiuoce, anima uidelicet dante motum, non autem eſſe, 1ª.q.70.3.c
52 Anima hominis eſt nobilior corpore cęli, 1ª.q.70.2.4m
53 Corpus cœli eſt nobilius corpore hominis, 1ª.q.91.1.2m
54 Corpus hominis eſt ſimillimum cœlo, 1ª.q.76.5.2m.° q.91.1.c.3m
55 Cœlum uenit in compoſitionem hominis cauſaliter, non autem eſſentialiter, 1ª.q.76.7.c.° q.91.1.c.2m.3ª.q.57.3.c
56 Cœlum per ſe agit in corporibus omnium inferiorum, ſed in animam, & in potentijs eius organicis, agit per accidens: in intellectu autem & uoluntate indirecte tantum, 1ª.q.83.1.5m.° q.115.3.4.0.° 6.c.° q.116.1.c.° 12æ.q.9.5.0.° 22æ q.95.5.6.7.0
¶Cellula cerebri triplex, ſcilicet anterior, media, & poſterior 1ª.q.78.4.c
¶Cœna Chriſti fuit luna quartadecima, ſed paſſio eius fuit luna quintadecima, 3ª.q.44.2.2m.° q.56.9.1m
¶Centurio & Petrus reueriti ſunt Chriſtum ex humilitate, Zachæus autem ex amore, 3ª.q.8..0.3m
¶Cere eſt oppidum prope Romam, 12æ.q.99.3.c
Cerebrum eſt maius proportionabiliter in homine, quàm in alio animali, 1ª.q.91.3.1m.° q.99.1.c
Cereis non utebantur Iudæi in cultu Dei, ſed oleo, 12æ.q.101.1.2m
1 Ceremonia dicitur à Cere oppido prope Romam, uel quaſi Cereris munia. 12æ.q.99.3.c
2 Omnes ceremoniæ ſunt quædam proteſtationes fidei, 12æ q.103.4.c
3 Cerimoniæ ſunt opera exteriora ad cultum Dei pertinentia. 12æ.q.99.3.0.° q.101.2.4.c.° q.103.1.0.° q.104.1.c.3m
4 Cerimonialia dicuntur, quæ ſecundum ſe non habent cauſam manifeſtam factorū, licet poſſint habere cauſam manifeſtam inſtitutionis, 12æ.q.101.1.4m
5 Cerimonialia ueteris Teſtamenti, ſunt quædam determinationes iuris naturalis, & præceptorum moralium, 12æ.q.99.3.2m.° q.5.c.° q.103.1.c.° 22æ.q.122.1.2m
6 Multæ particulares determinationes in ceremonijs ueteris legis, habent cauſam tantum ſingularem, non autem literalem, niſi in communi, 12æ.q.1.2.2.3m
7 Cerimoniæ ueteris legis ſufficienter diuiduntur in ſacrificia, ſacra, ſacramenta, & obſeruantias, 12æ.q.101.4.c
8 Cerimoniæ in ueteri lege fuerunt multæ, ad reprimendam idolatriam, & ad ſignificationem multorū, 12æ.q.101.3.c
1 Certitudo poteſt eſſe ex duobus, ſ. ex cauſa & ex ſubiecto, 1ª.q.1.5.1m.22æ.q.4.8.0
2 Certitudo eſt tantum in cognitione, 12æ.q.18.4.c.° 2.2æ.q.18.4.0
3 Certitudo principaliter & eſſentialiter eſt tantum in cognitione, ſed ſecundum ſimilitudinem & participatione, eſt etiam in alijs ut in operibus naturæ uel artis, 12æ.q.18.4.c.° 22æ.q.18.4.c
4 Certitudo cognitionis eſt diuerſimode in Deo, in angelis, & hominibus. 22æ.q.9.1.1m
5 Viſus eſt ſimpliciter certior auditu, licet quandoque ſit econuerſo, 22æ.q.4.8.1m
6 ſ Virtus & natura ſunt certiores arte, quia infallibilius operantur, 22æ.q.18.5.c
7 Fides eſt certior in omni uirtute intellectuali ex parte rei & cauſæ, ſed econuerſo ex parte ſubiecti & euidentiæ, 1ª.q.1.5.1m
8 Certitudo ſpei eſt ex cognitione dirigente, 22æ.q.40.3.3m.° 22æ.q.18.4.c
9 Certitudo cognitionis eſt ex ſe, ſed certitudo ſpei & naturæ eſt ex alio. ideo deficit per accidens, 12æ.q.40.2.3m
10 Spes uiatorum habet certitudinem ex fide, omnipotentia, & miſericordia Dei, non autem ex meritis proprijs, 22æ.q.18.4.0
¶Ceſſare dicitur Deus ab omni opere condendo, non autem propagando & conſeruando, 1ª.q.73.1.2m.° 2.0.° q.74.2.3m.° q.118.3.1m
1 ¶Cœtus, id eſt feſtum collectæ, fiebat in memoriam pacis, & adunationis Iudæorum in terram promiſſionis, & figurabat eccleſiam beatorum, 12æ.q.102.4.10m
2 Feſtum omnium ſanctorum ſuccedit ei, uel feſtum angelorum, 12æ.q.103.3.4m
¶Cherubin interpretatur plenitudo ſcientiæ: quæ eſt quadruplex in eis, ſcilicet perfecta Dei viſio, plena diuini luminis ſuſceptio, contemplatio pulchritudinis in ordine rerum, & copioſa diuinæ cognitionis effuſio in alios, 1ª.q.63.7.1m.° q.108.5.5m
¶Chimera. °Ratio ſiue conceptio chimeræ, non habet fundamentum in re, neque proximum, neque remotum, quia neque eſt ſimilitudo alicuius rei extra animam, neq; conſequitur ex modo intelligendi rem aliquam naturæ. Et ideo iſta conceptio eſt falſa, 1ª.q.16.3.2m.° 5.3m.° 7.4m.fi.° q.48.1.2m
¶Chriſma benedici oportet ab epiſcopo in cœna Domini, 3ª.72.3.0
¶Chriſtianus dicitur qui Chriſti eſt, id eſt, qui fidem Chriſti habet, qui ſpiritu Chriſti uirtuoſe operatur, & ad imitationem Chriſti, peccatis moritur, 22æ.q.12.4.5.1m
1 Chriſtus in triduo mortis ſuæ, non fuit uere homo, 3ª.q.50.4.0
2 In illo triduo mortis Corpus Chriſti nō fuit viuum nec animatum, 3ª.q.50.4.b.° c.1m
3 Totus Chriſtus eſt ubique, non autem totum, quia maſculinum genus pertinet ad perſonā, ſed neutrum genus pertinet ad naturam, 3ª.q.52.3.0
4 Natura diuina conſtituit perſonam Chriſti ſimpliciter non autem natura humana eius, ſed ſecundum quid, ut ab ea denominatur homo, 3ª.q.3.1.3m
5 Perſona Chriſti, eſt tota in quolibet loco, ſed non totaliter, 3ª.q.52.3.3m
6 Idem iudicium eſt de iſtis propoſitionibus Chriſtus ſecundum quod homo eſt perſona, ſuppoſitū, hypoſtaſis, & res naturæ, 3ª.q.16.12.3m
7 Hæc eſt uera et propria, Deus eſt homo et econuerſo, 3ª.q.16.1.2.0

8 Hæc eſt per ſe, & in materia naturali, Deus eſt homo, non autem per accidens, nec in materia remota, nec in materia contingenti, ratione ſuppoſiti, non ratione formæ, 3ª.q.16.1.1m

9 Hæc eſt falſa, Deus factus eſt homo, & econuerſo, ſi ly factus, determinet ſubiectum uel prædicatum abſolute, ſi uero determinet compoſitionem, eſt uera, ſi autem determinet ſubiectum reſpectu prædicati, eſt uera, ſed conuerſa eius eſt falſa propriè, impropriè uerò eſt uera, id eſt ſi ly homo in ſubiecto ſupponat ſimpliciter & non perſonaliter, 3ª.q.16.7.c.* q.33.3.c

10 Hæc propriè eſt falſa, & impropriè uera, Chriſtus ſecũdum q homo, eſt Deus, eadem ratione, ſ. quia reduplicatio magis propriè facit ſtare pro natura, niſi per aliquid limitetur ad ſuppoſitum, 3ª.q.16.11.0.

11 Hæc eſt falſa, Chriſtus eſt tantum homo, ſed hæc eſt uera, Chriſtus eſt tantum id quod eſt homo, 3ª.q.7.1.3m

12 Hæc eſt falſa de Chriſto, iſte homo incepit, niſi addatur aliquid creatum, 3ª.q.16.7.c.ſi.* 9.0

13 Hæc eſt uera, Chriſtus eſt creatura, ſecundum naturam humanam, & eſt minor patre, non autem ſimpliciter, 1ª.q.41.3.c.4m.* 3ª.q.16.8.0.* q.20.1.1m

14 Hæc propriè eſt uera, Chriſtus ſecundum q homo, eſt creatura, quia reduplicatio magis propriè facit ſtare pro natura niſi per aliquid limitetur ad ſuppoſitum, ideo hæc eſt falſa, Chriſtus ſecundum q hic homo, eſt creatura. 3ª.q.16 10.0

15 Hæc propoſitio, Chriſtus ſecundum q homo, eſt perſona, non eſt uera, niſi reduplicet ſuppoſitum hominis, ut dicatur Chriſtus ſecundum q iſte homo, eſt perſona, 3ª.q.16. q.1.ar.2.q.2.c

16 Natura humana in Chriſto, eſt nobilior, quàm in alijs, ratione unionis ad uerbum, non autem eſſentialiter, 3ª.q.2.2.2m.* 3.1m

17 Humanitas Chriſti, fuit inſtrumentum diuinitatis eius, 1 2æ q.112.1.1m.* 3ª.q.7.1.3m.* q.8.1.1m.* q.13.2.c.2m.* 3.4.c.* q.18.1.2m.* q.19.1.c.* q.34.1.3m.* q.43.2.c.* q.48.6.c.* q.4.1.c.3m.* 2m. q.50.6.3m.* q.56.1.3.* q.62.3.c.* q.74.3.c

18 Humanitas Chriſti poteſt dici indiuiduum particulare, & ſingulare: non autem ſuppoſitum, hypoſtaſis, res naturæ, uel perſona: quia perſona filij Dei, eſt ſuppoſitum naturæ humanæ, 1ª.q.20.1.2m.* 3ª.q.2.2.3m.* 3.c.* q.4.4.c.3m.* q.16.12.2m.* 3m

19 Anima Chriſti, eſt ſuper omnes creaturas, 3ª.q.59.2.3m

20 Anima Chriſti, eſt inſtrumentum diuinitatis, 3ª.q.12.2.2m

21 Ea quæ ſunt humanæ naturæ, non prædicantur in abſtracto de deitate, nec econuerſo, 1ª.q.16.1.0.* q.50.3.3m

22 Natura humana non prædicatur de Chriſto in abſtracto, nec partes eius, 3ª.q.2.8.c.* q.3.7.3m.* q.16.1.0.* q.17.1.c.* q.50.3.3m

23 Natura diuina & proprietates eius, prædicantur de Chriſto in recto, tam in abſtracto quàm in concreto, humanæ uero tantum in concreto, 3ª.q.3.7.3m.* q.17.1.0

24 Ea quæ poſſunt conuenire perſonæ ratione ſui, ſi habent repugnantiam ad proprietates perſonæ diuinæ, non prædicantur de Chriſto, quæ autem conueniunt perſonæ ratione naturæ, uel ratione partis, dicuntur de Chriſto, licet repugnent perſonæ diuinæ, quod enim eſt perſonæ propriũ de Chriſto non enunciatur ratione humanæ naturæ, niſi cum aliqua additione, uel expreſſa, uel ſubintellecta, 3ª.q.16.8.0.* q.20.1.0

25 Deus eſt caput Chriſti, 3ª.q.8.1.3m.* 8.2m

26 Chriſtus ante incarnationem erat caput Eccleſiæ, ſecũdum humanitatem, per operationem hominum in eum, & nõ econuerſo: ſed poſt, utroque modo, ſecũdum diuinitatem uerò, ante & poſt: & per utranque operationẽ, ſcilicet eius in nos, & econuerſo, 3ª.q.6.3.3m.* q.68.1.1m

27 Chriſtus ſecundum quod homo, eſt caput eccleſiæ triplici ratione, ſcilicet ſecundum tria quæ conſiderantur in capite, ſ. ſecũdum ordinem, perfectionem & uirtutem: primo, Chriſtus habuit ordinem, quia caput eſt prima pars hominis, incipiendo à ſuperiori: perfectionem autem, quia in capite uigent omnes ſenſus, & interiores, & exteriores, cũ in cæteris membris ſit ſolus tactus: uirtutẽ uerò, quia uirtus & motus cæterorum membrorum eſt à capite, & gubernatio eorum in ſuis actibus propter uim ſenſitiuam, & motiuam dominantem in capite: unde & rector dicitur caput populi: & hæc ſpiritualiter competunt Chriſto: primo ſecundum propinquitatem ad Deum, gratia eius eſt altior, & prior: & ſi non tempore, quia omnes alij acceperunt gratiam, per reſpectum ad gratiam ipſius ſecundo perfectionem habet quantum ad plenitudinem omnium gratiarum tertio uirtutem habet influẽdi gratiam in omnia membra eccleſiæ, & ideo conuenienter dicitur caput eccleſiæ 3ª.q.8.1.0.* q.48.1.c.* q.49.1.c.* q.59.2.c

28 Tota humanitas Chriſti, ſecundum animam & ſecundum corpus, influit principaliter in animas, & ſecundario in corpora, ideo ſecundum utrunque eſt caput hominum, quoad utrunque, 3ª.q.8.2.0.* 4.1m

29 Proprium eſt Chriſti eſſe caput Eccleſiæ, quoad influxum interiorem, ſed quoad influxum exteriorem, cõuenit alijs participatiue, particulariter, & uice Chriſti, Chriſto autem ſecundum omnem locum, tempus, & ſtatum omniũ pertinentium ad eccleſia, & propria auctoritate, 3ª.q.8.6.0.* 7.c

30 Chriſtus eſt caput omnium hominũ, ſed primo beatorum, ſecundo habentium charitatem uiæ, tertio fidelium, quarto uniendorum, quinto unibilium, ſed nullo modo damnatorum, quia penitus deſinunt eſſe membra Chriſti, 3ª.q.8.3.0.* q.13.3.c.* q.19.4.c.1m

31 Eadem eſſentialiter eſt habitualis gratia Chriſti, quę dicitur gratia unionis, capitis, & ſingularis perſonæ, 3ª.q.7.5.0

32 Gratia unionis, ſingularis, & capitis, ſunt ſimul tẽpora, ſed ordine naturæ & intellectus, prima præcedit ſecundam, & ſecundam tertiam, quia prima conuenit Chriſto in quantum Deus, ſecunda in quantum homo in ſe, tertia quoad alios, 3ª.q.7.13.0

33 In Chriſto fuit triplex plenitudo gratiæ, ſcilicet unionis perſonalis, capitis, & ſingularis. Prima eſt eius ut cauſæ finalis, ſecunda ut efficientis, tertia ut formalis ad omnem effectum, & ad omnem uſum gratiæ, 3ª.q.19.4.0.* q.48.1.c

6 Nunquam licuit concubinam habere, etiam ex diſpenſatione,niſi matrimonio iunctam,eſt enim contra legem naturæ,cum non ſit conueniens actus ad bonum prolis. Sppl.q. 65.5.0.

1 ¶Concupiſcentia eſt appetitus delectationis ſenſibilis . Et eſt ſubiectiue appetitu ſenſitiuo. Et eſt tantum in concupiſcibili,12^{ae}.q.30.1.0.°q.3.3^{m}.

2 Concupiſcentia eſt paſſio diſtincta ab aliis paſſionibus concupiſcibilis,ſ.amore.& delectatione,quia eſt de bono ſenſibili abſente, 12^{ae}.q.30.2.0.

3 Paſſio oppoſita concupiſcentiæ,eſt innominata, ideo timor ponitur pro ea,12^{ae}.q.30.2.3^{m}.

4 Concupiſcentiarum aliquæ bonæ ſunt,& aliquæ malæ, 12^{ae}. q.34.1.c.ſi.

5 Concupiſcentia duplex,ſcilicet naturalis,id eſt de bono conuenienti ſecundum naturam animalis,& non naturalis,id eſt,ſecundum apprehenſionem. Prima conuenit omni animali,ſecunda uerò ſoli homini, 12^{ae} q.30.3.0.°q.31.3.c.° q.41.3.c.°q.77.5.c.22^{ae}.q.117 5.2^{m}.

6 Concupiſcentia naturalis eſt finita in actu infinita tantum in potentia, non naturalis autem,eſt infinita actu. Et concupiſcentia finis eſt infinita, ſed eorum quæ ſunt ad finem eſt finita,12^{ae}.q.30.4.0.

7 Concupiſcentia dupliciter eſt naturalis,ſcilicet ſecundum genus,& ſecundum ſpeciem,22^{ae}.q.142.1.2^{m}.

8 Concupiſcentia eſt naturalis hominis,tantum ut recta ſecundum rationem , 12^{ae}.quæſt.81.3.1^{m}.°q.85.3.3^{m}.° 3^{a}.q 15. 2.2^{m}.

9 Concupiſcentia eſt naturalior quàm ira ratione obiecti & ſubiecti, ſecundum naturam generis & corporis, ſed econuerſo ſecundum naturam ſpeciei, & indiuidui, & animæ, 1a.q.63.4.2m. *12æ.q.46.5.o. *22æ.q.156.4.c.

10 Concupiſcentia præcedens actum rationis & uoluntatis, diminuit peccatum, ſequens uerò auget, 12æ. quæſt.73.6.am.

11 Concupiſcentia carnis contra ſpiritum quando ratio ei reſiſtit, non eſt peccatum, ſed eſt materia exercendæ uirtutis, 12æ.q.80.3.3m.

12 *Concupiſcentia non ligat totaliter rationem, 22æ.q.154.14.3m.

13 Concupiſcentia dicitur eſſe ſine ratione, non quidem quia totaliter auferat iudicium rationis, ſed quia in nullo procedit ſecundum iudicium rationis niſi ſit tanta quod faciat inſanire, tunc enim ligat totaliter rationem, 22æ.q.150.4.3m. *q.159.4.2m. *q.157.3.3m. *q.175.2.2m.

14 Debilitas concupiſcentiæ, ex charitate uel temperantia, auget meritum, ſed ex ꝑuitate uel commoditate, diminuit, 22æ.q.155.4.2m.

15 Concupiſcentia accenſa minuit iram, & econuerſo. 1e.q.81.2.c.

16 Intemperantia & concupiſcentia tripliciter ſunt pueriles, nõ quia ſint in pueris, ſed quia aſſimilãtur eis, ſcilicet appetẽdo turpia, id eſt, contra rationem, creſcendo, & refrenando, 22æ.q.142.2.o. *q.151.2.am.

1 Concupiſcibilis eſt de bono ſecundum ſenſum abſolute: ſed iraſcibilis, ut eſt arduum, 1a.q.59.3.3m. *q.81.2.o. *q.82.4.c. *.2æ.q.23.1.o. *2.c. *q.25.1.c.1m. *q.29.a.c.ſi. *q.30.2.c. *22æ q.128.1m. *q.129.1.1m.

2 Concupiſcibilis denominatur à concupiſcẽtia, quia inter omnes paſſiones eius eſt notior & ſenſibilior non autem prior 12æ.q.25.2.1m. *q.82.3.2m.

3 ¶Iraſcibilis eſt propugnatrix cõcupiſcibilis, 1a.q.81.2.c. *12æ.q.23.1.1m. *22æ q.50.4.c. *q.108.2.c.

4 Motus concupiſcibilis in appetendo, eſt uelocior motu iraſcibilis, ſed in exequendo, eſt econuerſo, 22æ. quæſt. 156.4.c.

5 Motus concupiſcibilis ut hominis, eſt contra naturam & formam, ſi ſit contra rationem, non autem ſecundum genus, 12æ.q.82.3.1m. *q.85.3.3m. *q.64.2.2m. *a.3m.

6 *Omnia mala pertinent ad concupiſcibilem, ſicut ad primam radicem, non autem ſicut ad proximum principium, 12æ.q.52.3.3m.

7 Omnis motus concupiſcibilis cauſatus ex apprehẽſione, ſemper eſt peccatum, non autem ſi ſit ex qualitate organi, 12æ.q.17.7.o.

8 Peccata concupiſcibilis ſunt turpiora, & minus grauia peccatis iraſcibilis. 12æ.q.73.3.3m. *12æ.q.42.2.3.4.o. *q. 156.4.c.

¶Condemnatus iuſte ad mortem poteſt fugere, non autem ſe defendere. Si uerò iniuſte poteſt utrumque, ſi non ſit ſcandalum, 22æ.q.69.4.o.

1 ¶Conditionalis cuius antecedens & conſequens ſunt impoſſibilia, poteſt eſſe uera, ut ſi dicatur: Si homo eſt aſinus, habet quatuor pedes. 1a.q.25.3. 2m. *q.44.1.2m.

1 ¶Confeſſio triplex ſcilicet actus exterior fidei uel iuſtitię, actus latriæ, ſcilicet gratiarum actio & laudatio Dei, & actus pœnitentiæ, ſcilicet confeſſio peccatorum, 22æ.q.3.1.o. *q.12.1.2m.

2 Confiteri fidem in periculo mortis, non eſt tantum fidei, ſed indiget auxilio uirtutis fortitudinis, & gratia ſacramentali confirmationis. 22æ.q.3°.2m.

3 Actus omnium uirtutum, ſunt à fide formata imperatiue, ſed confeſſio fidei eliciue, 22æ.q.3.1.3m.

4 Confeſſio fidei eſt de neceſſitate ſalutis tunc ſolum, quando periclitatur honor Dei, uel utilitas proximi. 22æ. quæſt. 3.2.o.

5 Blaſphemia opponitur confeſſioni fidei. 22æ.q.13.1.o. *.1.2m, 3.c.

6 Cõfeſſio peccatorum duplex, ſcilicet interior Deo, & exterior ſacerdoti, 3a.q.6ſ.6.c.2m.

7 Confeſſio præſupponit actualem contritionem delentem culpam, ideo directe ordinatur ad dimiſſionem pœnæ, 1a.q.87.1.c.

8 Quilibet tenetur confiteri de peccato mortali, cum propoſito non peccandi, & tenetur confiteri peccatum ſuum, qđ dubitat eſſe mortale, & cauſas uel occaſiones ſufficientes peccati mortalis, ſiue circunſtantias aggrauantes in infinitum, 3a.q.87.1.1m.

9 Quilibet tenetur confiteri numerum ſuorum peccatorum, ſicut poteſt, quia peccatum in ſpecie non eſt unum peccatũ numero, ſed multa. contritio etiam eſt in conſpectu Dei, qui uno intuitu omnia uidet. Sed confeſſio ſit homini cui ſigillatim oportet omnia exponi. Et præterea oportet de omni peccato mortali quod memoriæ occurrit, ſingulariter dolere, 3a.q.87.1.c.

10 Non confitens aliquod peccatum propter ignorantiam facti, aut quia oblitus eſt, excuſatur à fictione, non autem ſi propter ignorantiam iuris, 22æ.q.53.2.1m.

11 Conceſſum eſt prælatis à iure, quòd poſſint ſibi eligere confeſſores, quia prælati habent diſpenſare ſacramenta, & interior perfectio ad hoc requiritur quòd aliquis digne huiuſmodi actus exerceat, qui etiã confeſſores, quantum ad hoc ſunt eis ſuperiores, 22æ q.184.6.c

12 Sacerdos in nullo caſu debet reuelare cõfeſſionem. 22æ.q.70.1.2m.

13 De quolibet confeſſore dicitur, Non eſt inuentus ſimilis illi, 12æ.q.66.2.2m.

14 Sacramentalis confeſſio eſt de neceſſitate ſalutis eius, qui in peccatum actuale uel mortale cecidit, Supp.q.6.1.o.

15 Confeſſio quæ neceſſitatem ſacramentalem habet, non de iure naturali eſt, ſed de diuino, Supp.q.6.2.o.

16 Quanquam peccatores tantum ex diuino iure ad confeſſionem teneantur, ex ui tamen poſitiui iuris omnes Chriſti fideles ad eam, ſemel ſaltem in anno, tenentur, Suppl.q.6.3.o.

17 Ad hoc quod ſit idonea confeſſio requiritur quod os cordi concordet, ut ſolum hoc os accuſet, quod conſcientia tenet Suppl.q 6.4.o.

18 Quanquam ſtatim omnes de ſuis dolere peccatis teneantur, neceſſitate tamen ſalutis non eſt, ut ſtatim peccata ſua confiteantur, ſed habita copia confeſſoris, & ſtatutis ab eccleſia pro pœnitentia temporibus, Suppl.q.6.5.o.

19 Sicut Papa non poteſt diſpenſare ut aliquis ſine baptiſmo ſaluetur, ita nec quod ſaluetur ſine confeſſione. Suppl.q.6.6.o.

20 Confeſſio eſt per quam latẽs morbus ſpe ueniæ aperitur, Suppl.q.7 1.o.

21 Cum per confeſſionem, aliquis ore confiteatur, quod corde tenet, cõfeſſio bonum eſt ex genere, & eſt actus uirtutis ſed tamen poteſt male fieri, niſi aliis debitis circunſtantiis ueſtiatur, Suppl.q.7.2.o.

22 Confeſſio eſt actus uirtutis pœnitentiæ elicitus, quamuis ſecundum alias rationes, ad multas uirtutes pertinere poſſit, Suppl.q.7.3.o.

23 Cum ſolus ſacerdos miniſter ſit ſacramenti pœnitentiæ, ſoli ſacerdoti facienda eſt ſacramentalis confeſſio: Suppl.q.8.1.o.

24 In neceſſitate etiam laicus uicem ſacerdotis ſupplet, ut ei cõfeſſio fieri poſſit. Suppl.q.8.2.o.

25 Confeſſio laico facta ſacramentale quoddam eſt quamuis nõ ſit perfectum ſacramentum & ex charitate procedens, & talibus natum eſt peccatum ueniale remitti, ſicut per tunſionem pectoris & aquam benedictam, Suppl.q.8.3.o.

26 Non modo ſacerdoti, ſed proprio ſacerdoti, qui imperandi iuriſdictionem & poteſtatem habet, confiteri peccata neceſſarium eſt, & Suppl.q.8.4.c.

27 Poteſt aliquis ex priuilegio uel ſuperioris mandato, alii quã proprio ſacerdoti ſua peccata cõfiteri, & ab illo abſolui, Suppl.q.8.5.o.

28 Cum neceſſitas legem non habeat, in neceſſitatis articulo, quilibet ſacerdos, quibuſcunque peccatis, etiam ab excommunicatione quemlibet abſoluere poteſt Suppl.q.8.6.o.

29 Secundum quantitatem culpæ, tametſi taxãda ſit ſatisfactionis pœna, quo tamen pœnæ in peccatorum remedium iniunguntur, non ſolum ſecundum culpæ quantitatem, ſed etiam ſecundum conditionem perſonarum taxandæ ſunt Suppl.q.8.7.o.

30 Confeſſio ut eſt pars ſacramenti, poteſt nonnunquã in eo eſſe, qui non contritus, & ſine charitate eſt, ut uero uirtutis actus eſt, non poteſt abſque charitate in aliquo eſſe, Suppl.q.9.1.o.

31 De neceſſitate cõfeſſionis eſt, quod homo omnia peccata confiteatur quæ in memoria habet quod ſi non faciat, non eſt confeſſio, ſed confeſſionis ſimulatio. Suppl.q.9.2 o.

32 Proprio ore peccatorum confeſſio facienda eſt, niſi naturæ aliquod impedimentum adfuerit, Suppl. quæſt. 9.3.o.

33 Sit ſimplex, humilis, confeſſio pura, fidelis.
Atque frequens, nuda diſcreta, libens, uerecunda,
Integra ſecreta, lachrimabilis, accelerata:
Fortis: & accuſans & ſit parere parata. Sup.q.9.4.3.1m.

34 Confeſſio liberat hominem à culpa: ſicut baptiſmus: Suppl.q.10.1.o.

35 Abſol-

35 abſoluit hominem aliquo modo a pœna: ipſa ſacramentalis peccatorum confeſſio: ſecundum maiorem uel minorẽ confitentis diſpoſitionem. Suppl.q.10.2.o
36 Sacramentalis confeſſio ianuas paradiſi aperire dicitur: quo à culpa: & pœnæ ream abſoluit. Suppl.q.10.3.o
37 Confeſſio ſacramentalis ſpem ſalutis tribuit: quo per eam homo ſe clauibus eccleſiæ ſubiicit: Suppl.q.10.4.c
38 Per confeſſionem generalem delẽtur peccata mortalia oblita: ſi uerò peccatum mortale memoria teneat quis: confeſſione ſpeciali eſt opus. Suppl.q.10.5.o
39 Tanquam uiolator ſacramenti peccat: qui confeſſionem reuelat. Suppl.q.11.1.o
40 Sigillum confeſſionis extendit ſe ad illa de quibus eſt ſacramentalis confeſſio: & ſimul ad illa omnia: per quæ poſſet peccator uel peccatum deprehendi. Suppl.q.11.2.o
41 Sicut ſacerdoti competit ſigillum confeſſionis ut Dei miniſtro: ita ei eccleſiaſtico: cui propter neceſſitatem: confeſſionem audire contingit: competere dicitur peccata cęlare: Suppl.q.11.3.o
42 Cũ confitens efficere poſſit: ut ſacerdos ſciat illud ut homo: quod ſciebat ut Deus: dum detegendæ confeſſionis facultatem tribuit: ſi illam reuelet: non uiolat ſigillum confeſſionis: ſed circa ſcandalum id fieri debet. Suppl.q.11.3.c
43 Si immineat neceſſitas: poteſt confeſſor prodere: quæ ſibi in confeſſione dicta fuerunt: modo ante aut poſt confeſſionem ea ſciuerit: ita tamen ut ea dicat ut homo: non ut Deus. Suppl.q.11.5.o
1 ¶Confirmatio eſt ſacramentum. 3ª.q.65.1.o.°q.72.1.o
2 confirmatio eſt nobilius ſacramentum baptiſmo: quoad miniſtrum: & gratiam: & ſimpliciter: ſed quo ad remiſſionẽ peccatorum eſt econuerſo. 3ª.q.72.11.2^{m}
3 Chriſma id eſt oleum oliuarum cum balſamo: eſt propria materia eius. 3ª.q.72.2.o°q.84.1.1^{m}
4 Hoc ſacramentum habet determinatam formam, ſcilicet cõſigno te ſigno crucis: & cõfirmo te chriſmate ſalutis: in nomine patris: & filij: & Spiritusſancti. Amen. 3ª. q.72.4.o.° q.84.2.c
5 confirmatio eſt ſpirituale augmentum promouens hominẽ in ſpiritualem ætatem perfectam: 3ª.q.72.1.5.6.c.°7.1^{m}.° 8.10.c.°11.2.°q.73.1.c.°.q.84.1.c
6 confirmatio non eſt de neceſſitate ſalutis: ſed eſt ſacramentum neceſſitatis: quo ad bene eſſe ſpiritualis uitæ. Et tamen contemptus huius ſacramenti: eſt periculoſus. 3ª. q. 65.4.c
7 confirmatio fuit immediatè inſtituta a Chriſto quando impoſuit manus ſuper pueros: non exhibendo: ſed promittẽdo. 3ª.q.72.1.1^{m}
8 Hoc ſacramentum confertur tantum ab epiſcopo. 3ª.q.65.3 2^{m}°q.72.4.3^{m}°.1.o.°12.1^{m}
9 °Confirmatio conferri poteſt, à ſimplici ſacerdote, ex cõmiſſione ſolius papæ: non autem a diacono. 3ª.q.72.11.1^{m}
10 confirmans & confirmandus debent eſſe in gratia. Et debẽt eſſe confeſſi, & ieiuni de conſilio, non autem de præcepto. 3ª.q.72.7.1^{m}°12.1^{m}
11 confirmandus debet teneri ab alio confirmato, cuiuſcunque ætatis, uel ſexus. 3ª.q.72.10.o
12 confirmatio debet dari cuilibet baptizato cuiuſcunque ætatis, ſexus, & conditionis etiam morienti. 3ª.q.72.8.o
13 confirmatio datur tantum in fronte, ad liberam confeſſionem nominis Chriſti, & ad fortiter defendum dignitatem acceptam. 3ª.q.72.9.o.°11.3^{m}
14 confirmati conformantur Chriſto, & configurantur ei per ſignum crucis, quaſi duci. 3ª.q.72.1.4^{m}°4.3^{m}°9.c.
15 Chriſtus non debuit ſumere ſacramentum confirmationis, nec ordinis quia ab initio ipſe fuit gratia pleniſſimus. 3ª. q.72.1.4^{m}°3.c
16 In confirmatione confertur plenitudo gratiæ, & Spiritusſancti. 12ª.q.102.3.3^{m}.°3ª.q.72.1.o.°.2.c.2^{m}°4.c.°.7.o.°11.3^{m}.° q.84.1.1^{m}.°4.c
17 Gratia collata in confirmatione, diſtinguitur a gratia collata in baptiſmo & perficit eam. 3ª.q.72.7.c.3^{m}
18 Impoſitio manus fit in ſacramento confirmationis, & ordinis, ad ſignificandum copioſum effectum gratiæ. 3ª.q.84.4.c.2^{m}
19 In confirmatione datur nobis robur ad pugnam ſpiritualẽ. 3ª.q.65.1.c.4^{m}°q.72.1.c.°.4.c.3^{m}.°.5.o.°6.3^{m}.7.c.°9.c.1^{m} °.10.c.
20 confirmatio perficit per modum formæ, ſed euchariſtia ut finis. 3ª.q.73.1.1^{m}
21 Euchariſtia roborat hominem in ſe quo ad charitatem, confirmatio uero contra alios in pugna, quo ad fidem. 3ª.q.72. 9.2^{m}.° q.79.1.1^{m}.
22 confirmatio perficit effectum pœnitentiæ, & baptiſmi. 3ª.q. 71.7.2^{m}
23 confirmatio confert excellentiam hominis ad ſe, nõ autem ad alium, ſicut ordo. 3ª.q.72.8.1^{m}
24 confirmatio facit hominem nitidum, & feracitatem in conſcientia, & famoſum per confeſſionem. 3ª.q.72.2.1^{m}
25 Nullus conſequitur affectum confirmationis, ſiue uoto eius 3ª.q.72.6.1^{m}
26 Exiſtens in peccato mortali, cuius conſcientiam non habet, uel cuius non eſt plenè contritus, dummodo non ſit fictus, per hoc ſacramentum conſequitur remiſſionem peccatorum. 3ª.q.72.7.2^{m}
27 Quidam ad prædicationem Petri acceperunt miraculoſe effectum huius ſacramenti, ſine ſacramento, antequam baptizarentur. 3ª.q.72.2.1^{m}.°4.1^{m}.°6.1^{m}
28 In confirmatione fit plena peccatorũ remiſſio. 3ª.q.72.7.2^{m}
29 confirmatus habent maiorem gloriam in cœlo, quam non confirmati. 3ª.q.72.8.4^{m}
30 confirmatio non habuit aliquid correſpondens in lege ueteri, propter perfectionem eius. 12æ.q.102.5.3^{m}.°3ª.q.65.1. 4^{m}.°q.72.1.2^{m}
31 confirmatio quo ad ſolemnitatem datur tantum in Paſcha, & Pẽtecoſte, ſicut baptiſmus, ſed quo ad communẽ uſum datur etiam alio tempore. 3ª.q.72.12.1^{m}.°2^{m}
32 °Beata uirgo per ſecundam ſanctificationem fuit ſimpliciter confirmata in bono per gratiam habitualem, ita quòd non poſſet per liberum arbitrium flecti in contrarium. 3ª q.27.5.2^{m}
conſectare bonum, id eſt intendere bonum in dationibus, cõmuniter pertinet ad liberalitatem. 22æ. q.31.1.3^{m}.°q. 117.5.3.
1 Conjectura.° conjecturaliter cognoſcitur aliquid per aliqua ſigna. 12æ.q.112.5.c
2 conjecturaliter cognoſcere aliquid eſt cognitio imperfecta. 12æ.q.112.5.c
1 Domus ſine triplici coniunctione, ſ. viri & uxoris, patris & filij, domini & ſerui, non eſt perfecta. 12æ. q.105.4.c.°.22æ.q. 58.7.3^{m}
2 coniunctio maſculi & fœminæ, determinatur diuerſimode in diuerſis animalibus. 12æ.q.92.1.2.c.°22æ.q.154.1.c
1 conſanguinitas impedit matrimonium tripliciter ſ. lege naturæ, id eſt cum patre, & magis cum matre propter reuerẽtiam, uel lege diuina propter concupiſcentiam referendã, uel lege canonica & ciuili, propter amicitiam. 22æ. q. 154.9.o
2 conſanguinitas uinculum eſt ab eodem ſtipite deſcendentiũ carnali propagatione contractum. Suppl.q.54.1.c
3 Per quoſdam gradus ſeu lineas deſcendentium ab uno communi principio uel aſcendentium ad idem & tranſuerſalium conſanguinitas, congrue deſignatur. Suppl.q.54.2.o.
4 conſanguinitas quoſdam ex iure naturæ a matrimonio repellit, & aliquos ex diuino iure, alios uero ex humanis legibus ſtatutis. Suppl.q.54.3.c
5 Poſſunt ex eccleſiæ ſtatuto aliqui cõſanguinitatis gradus matrimonium impedientes taxari, prout eſt utile uniuerſitati hominum. Suppl.q.54 4.o.

1 CONſcientia non eſt potentia, nec habitus: ſed eſt actus, ſcilicet applicatio ſcientiæ. 1ª. q. 79. 13. o. °. 12æ.q. 15.5. b.°.c.
2 conſcientia eſt actus ſynderesis, ideo quãdoque ponitur pro ea. 1ª.q.79.13.c.3^{m}
3 conſcientia dicitur ſpiritus corrector, & pedagogus animæ. i. dictamen rationis. 1ª.q.79.13.1^{m}
4 Lex naturalis nominat principia iuris, ſynderesi, habitum eorum, ſed conſcientia applicationem legis naturalis ad facienda. 12æ.q.94.1.o
5 conſcientia dicitur accuſare, uel excuſare, inquantum cognoſcimur nos bene uel male feciſſe. 1ª.q.97.1.3.c
6 conſcientia dicitur teſtificari, inquantum cognoſcimus, nos aliquid feciſſe uel non. 1ª.q.97.13.c
7 conſcientia dicitur inſtigare, uel ligare, inquantum iudicamus aliquid eſſe agendum, uel non. 1ª.q.79.13.c
8 conſcientia errans ligat. 12æ.q.19.5.6.o
9 coinquinatio & munditia ſunt in conſcientia, ut in cognitione, non autem ut in ſubiecto. 1ª.q.79.13. 2^{m}
1 conſecratio templi altaris, & ueſtium, & huiuſmodi, nõ ſunt ſacramenta, ſed ſacramentalia, quia ordinantur ad euchariſtiam. 3ª.q.65.1.6^{m}
2 Altare & eccleſia conſecrantur multiplici ratione, ſcilicet tum ad repræſentandum ſanctificationem quam eccleſia

consecuta

conſecuta eſt per paſſionem Chriſti, tum etiam ſignificao dum ſanctitatem quę requiritur in ijs, qui ſacramentum altaris ſuſcipere debent, 3a.q.8.3.0.3
3 Altare quandoq; ſine eccleſia conſecratur, ſed ooo econuerſo, 3a.q.83.3.2m
4 Altare non debet conſecrari ſine reliquijs martyrum, 3a.q.83.3.2m
5 Res inanimatæ non ſunt ſuceptinæ gratiæ, ſed ex conſecratione adipiſcuntur quandam ſpiritualem uirtutem, qua ſint aptæ ad diuina, 3a.q.84.3 3m * 4m
6 Conſecratio eccleſiæ non debet reiterari, niſi exuſtæ, uel pollutæ ſanguine, uel ſemine, 3a.q.83.3.3m.
7 Eccleſiæ pollutæ ſanguine, uel ſemine, debent reconciliari, quia per illud peccatum apparet ibi aliqua operatio dęmonum, 3a.q.83.3.3m * 4m
8 Eccleſiæ uel altaria, dubia de conſecratione, debent conſecrari, 3a.q 83.3.3m
9 Ligna eccleſiæ conſecratæ non debent cedere ad uſus laicorum, ſed monaſterij, uel comburi 3a.q 83.3.3m
10 Pallæ, Pallia, Cathedra, Candelabra & uelũ, uetuſta debẽt cõburi, & cineres reponi honeſte, propter conſecrationes, 3a q.83.3.3m
11 Conſecratio quælibet eſt indebilis, manente ſubiecto, 22æ.q. 39.3.c.* q.88.11.c.* 3a.q.63.3.c.* q.76.6.2m * q.82.8.c.* q.83.3.3m
12 Soli epiſcopi conſecrant omnia, præter euchariſtiam, 3a.q. 82.1.4m * 3.3m
13 De ritu conſecrandi miniſtros ueteris legis. 12æ. q.102.5.8m
14 In conſecratione Aarõ, & filiorum eius, figurabatur ordo eccleſiæ, 12æ.q.102.5.3m
1 Conſenſus importat iudicium, de eo in quod conſentitur, 12æ.q.74.7.c
2 * Conſenſus poteſt attribui uoluntati, & rationi, 12æ.q 74. 7.1m.
3 Conſenſus in actum pertinet ad rationem ſuperiorem, ſecũdum quod in ratione uoluntas includitur, 12æ.q.15 4.0.* q.74.7.1m
4 Electio addit ſupra cõſenſum relationem reſpectu eius quod minus placet, uel non placet, & tunc differunt tantum ratione, 12æ.q.1 .3.3m
5 Conſenſus deliberatus in peccatum, non pertinet ad contemptum legis diuinæ, niſi repugnet, ei, 12æ.q.74 9.3m
6 Conſenſus non conuenit brutis, nec alijs reſpectu finis, ſed tãtum reſpectu eorum quæ ſunt ad finem 12æ.q.13.2 3.0.* q.16.2.c.
1 Ab uniuerſali particulare non ualet conſequentia, niſi mediante particulari, 22æ.q.20.2.c
1 CONSERVATIO in eſſe, eſt influentia vniuoci eſſe prius influxi, 1a.q.9.2.c
2 Quælibet res naturaliter conſeruat ſe in eſſe, & reſiſtit corrũpentibus quantum poteſt, 22æ.q.64.5.7.c
3 Aliquid cõſeruat rem dupliciter, ſ. per ſe, ideſt, influendo, & per accidens, ideſt, remouendo, 1a.q 104.1.2.c
4 Vna creatura conſeruat aliam per ſe & per accidens. Et tãto magis, quanto eſt altior, & primæ cauſæ proximior, quæ principaliter conſeruat, 1a.q.104.2.0
5 Omnis creatura indiget conſeruari per ſe à Deo ſed corruptibiles, indigent conſeruari ab eo etiam per accidens, 1a.q. 104.1.0.* 12æ.q.109.2.2m * 8.c.* 9.1m
6 Deus conſeruat aliquas creaturas in eſſe utroque modo mediantibus aliquibus alijs cauſis, 1a.q.104.2.0
7 Deus dat formas omnibus, & conſeruat eas, & applicat eas ad agendũ, & eſt finis omniũ actionũ, 1a.q.103.5.c.fi.
8 Deus eadem uirtute, & eadem operatione, producit rem & conſeruat, 1a.q.105 1.4m
9 Nulli creaturæ communicari põt, ut conſeruetur in eſſe, ſine Deo, 1a.q.14.1.2m * 2.2m
10 Solus Deus conſeruat res, ne in nihilum decidant, 3a.q. 13.2.c
11 In ijs qui pertinent ad conſeruationem naturæ, magis tenemur parentibus. a quibus natura accepimus, quam alijs, & conſequenter conſanguineis: ſed in alijs bñficijs, poteſt eſſe econuerſo, 22æ.q.31.3.0
1 Conſideratio importat actum intellectus, intuentis ueritatẽ. Et pertinet maxime ad iudicium, 12æ.q.53.6.c
2 Quælibet res poteſt quadrupliciter conſiderari, ſcilicet ut ens, ut una ſecundum uirtutem, & reſpectu aliorum, 1a.q. 39.8.c
CONSILIVM quid * eſt ipſa quæſtio, quæ uertitur inter conſiliantes, & conſilium habentes, 1a.q.22.1.1m * 12æ q 14.1.2m.* 22æ.q.52.3.3m
2 Conſilium eſt inquiſitio eorum tantum quæ ſunt ad finem operabilium a nobis non minimorum, nec determinatorum, 12æ.q.14.0.* 22æ.q.33.1.2m * q.47.1.2m * 2.c.3m.* q. 49.5.c
3 Inquiſitio concilij eſt reſolutoria. ſcilicet à poſteriori in eſſe, ideſt, à fine ad prius, ſcilicet ad media, 12æ.q.14.5.0
4 Inquiſitio concilij eſt infinita in potentia, ſed finita in actu tripliciter, ſcilicet ex parte termini: ideſt, concluſionis, & principij proprij. ſcilicet finis, & communis, ſcilicet cognitionis ſenſus, & ſcientiarum, 12æ.q.14.6.0.
5 Nullus cõciliatur de ijs de quibus deſperat, nec de impoſſibilibus, 12æ.q.44.2.3m
6 Ad bonitatem concilij tria requirũtur, ſcilicet debitus finis, bonum medium, & tempus oportunum, 22æ.q.31.1.1m * 3a.q.14.6.0
7 Aliquid facit conſiliatiuum dupliciter, ſcilicet quo ad facultatem. ut prudentia, & quo ad ſolicitudinem tantum, ut ſpes, & amplius timor, 12æ. q. 44.2.0.* 22æ.q.47.9.3m * q. 54.2.4m.* q.159.7.c
8 Conſilium eſt in Deo quoad certitudinem iudicij, non autẽ quo ad inquiſitionem dubitati, 1a.q.22.1.1m * 12æ.q.14. 1.2m * 22æ.q.52.3.3m
9 Deus dereliquit hominem in manu conſilij ſui, quo ad liberum arbitrium, non cogendo: non autem quo ad prouidẽtiam, 1a.q.22.2.4m * 22æ.q.104.1.1m
10 Conſilium ſine dubitatione conuenit Chriſto, 3a.q.11.3.1m
11 Conſilia Chriſti magis parant uiam ad præcepta Dei quàm econuerſo, quia præcepta ſunt finis conſiliorum, 22æ.q. 189.1.3m
12 Multa conſilia Chriſti ſunt de præcepto, quo ad præparationem animi. tantum. * Quandoque tamen conſiliorum obſeruatio eſt de neceſſitate ſalutis, quod patet in ijs qui iam uouerunt conſilia, 12æ. q.108. 3. 2m * q.4.4m * 22æ.q. 40.1.2m * q.43.4.7.4m * 8 4m.* q.72.3 c.* q.124.1. 3m. * 3. 1m.* q.128.1.4m * q.140.2m * q.152.3.2m. * q.186.2.cap.
13 Conſilia Chriſti reducuntur ad tria, ſcilicet ad paupertatem continentiam & obedientiam, 12æ.q 108.4.0
14 Conſilia tria euangelica ſecundum ſe omnibus expediunt, niſi ex indiſpoſitione aliquorum, quorum affectus ad hęc non inclinatur, 12æ.q.108.4.1m
15 Pręcepta ſunt de neceſſarijs ad ſalutem, conſilia uero, ad bene eſſe, 12æ.q.108.4.0
16 Nullus actus perfectionis cadit ſub conſilio, qui in aliquo caſu non cadat ſub præcepto, 22æ.q.124.3.1m
17 Conſilium nunquam obligat. niſi per hoc quod in pręceptũ tranſit ex aliquo accidenti, 22æ.q 124.3.1m
18 Conſilium conuenienter ponitur unum de ſeptem donis Spiritus ſancti, 22æ.52.1.0
19 Donum conſilij dirigit nos in omnibus ordinatis ad finem uitæ æternæ ſiue neceſſarius, ideſt præceptis, ſiue non ſcilicet conſilijs, 22æ.q.52.4.2m
20 Conſilium actiuum eſt gratia gratis data quibuſdam. ſed cõſilio paſſiuum, eſt donum omnium exiſtentium in gratia, 22æ.q.47.14.2m * q.31.1.3m * q.52.1.2m
21 Donum conſilij facit certitudinem à Spiritu ſancto de ijs, de quibus eubulia inquirit, & conſectatur, 12æ.q. 108 4.1m * 22æ.q.52.1.1m * 2.0.
22 Vna tantum uirtus eſt ad bene conſiliandum, ſed duæ, ad bene iudicandum, quia diſtinctio eſt in proprijs, ex quibus eſt iudicium, nõ autem in communibus, ex quibus eſt inquiſitio, 12æ.q.57.6.3m * 22æ.q. 51.4.2m
23 Donum conſilij correſpondet prudentiæ, & eubuliæ, ut adiuuans, & perficiens eas, 12æ. q. 17.6.1m * 22æ.q.52.1.1m.* 2. 0.
24 Donum conſilij & ſcientiæ, manent in beatis, inquantum retinent cognitionem ſciitorum & illuminantur de ignotis, 22æ.q.52.3.0
1 ¶Conſtantia pertinet ad continentiam, 22æ.q.153.5.2m
2 Conſtantia & perſeuerantia conueniunt in fine, ſcilicet in perſiſtendo firmiter in bono, 22æ.q.135.3.0
3 Conſtantia magis cõuenit cum perſeuerantia quàm cum patientia, quia cum prima conuenit in fine, cum ſecunda vero in ijs quæ faciunt impedimentum bonis, 22æ. q. 137. 3. 1m
4 Perſeuerantia eſt principalior quàm conſtantia, quia eſt circa difficile, propter diuturnitatem, quod eſt eſſentialius oritur, quàm propter impedimenta, circa quæ eſt conſtantia, 22æ.q.128.6m * q.137.3.c
5 Conſtantia conuenit cum magnificentia, & perſeuerantia, quia ſunt circa difficiles, 22æ.q.137.3.2m
6 Conſtans cogitur ad aliqua corporalia. nõ tamen ad culpam ꝑ metũ ſtupri, ſtatus, necis, uel uerberis, in ſe vel amicis, non autem propter infamiam. 22æ.q.19.3.3m * q.2 .4.c

1 ¶Conſuetudo

1 ¶Conſuetudo habet uim legis. Et interpretatur, & abrogat legem humanam, non autem legem naturalem, nec diuinā 12æ.q.97.3.o.*22æ.q.9.2 2m*q.100.2.c

2 Manente ratione legis, lex uincit conſuetudinem, niſi ſit impoſſibilis ſecundum conſuetudinem patriæ. 12æ.q.97.3.2m

3 Naturalia non poſſunt conſueſcere, nec diſſueſcere. 12æ.q.51.2.c.

4 Conſuetudo eccleſiæ præualet auctoritati cuiuſcunque doctoris, 22æ.q.10.12.c

1 ¶Contemplatio eſſentialiter conſiſtit in intellectu, ſed principium habet in affectu. 22æ.q.180.7.1m

2 Contemplatio diuinorum eſt operatio maxime propria hominis, & maxime delectabilis. 12æ.q.3.5.c

3 Contemplatio eſt delectabilis dupliciter. Primo ut eſt operatio conueniens homini ſecundum naturam eius, ut animal rationale, & magis habenti habitum ſapientiæ, ſecundo uerò ex obiecto ſ. Deo. 12æ.q.3.5.c.*22æ.q.180.7.o

4 Partes contemplationis ſunt tres. ſ. lectio, meditatio, & oratio 22æ.q.180.3.4m

5 Species contemplationis ſunt ſex, ſumptæ ſecundum ſex gradus aſcenſus in Deum. ſ. perceptio ipſorum ſenſibiliū, progreſſus a ſenſibilibus ad intelligibilia, diiudicatio ſenſibilium ſecundum intelligibilia, abſoluta conſideratio intelligibilium, in quæ per ſenſibilia peruenitur, contemplatio intelligibilium, quæ per ſenſibilia inueniri nō poſſunt, ſed per rationem capi poſſunt, & conſideratio intelligibiliū, quæ ratio nec inuenire nec capere poteſt, quæ. ſ. pertinent ad ſublimem contemplationem diuinæ ueritatis, in qua finaliter contemplatio perficitur. 22æ.q.180.4.3m

6 Ad contemplationem tria requiruntur. ſ. ſanitas corporis, quies a paſſionibus, & ab exterioribus. Et ei ſeruiunt omnia humana officia. 22æ.q.180.2.c

7 Tres ſunt conditiones bene contemplandi diuina, ſcilicet reuerentia caſta, firmitas indeclinabilis, & amor. 22æ.q.180.7.1m.

8 Ad contemplationem pertinent quatuor quodam ordine. ſ. uirtutes morales. alij actus a contemplatione, contemplatio diuinorum effectuum, & contemplatio diuinæ ueritatis. 22æ.q.180.4.c

9 Ad contemplationem principaliter, pertinet meditatio Dei, ſed diſpoſitiue, pertinet conſideratio cuiuslibet ueritatis. 22æ.q.180.4.c

10 Contemplatio quo ad nos eſt diuturna dupliciter. ſ. quia cōpetit nobis, ſecundum incorruptibilem partem animæ. i. ſecundum intellectum, & quia in operibus contemplatiue, corporaliter non laboramus. 22æ.q.180.8.c.fi.

11 Aliquis ex charitate, ad Dei cōtemplationem incitatur. 22æ q.180.7.1m

12 Virtutes morales pertinent ad contemplationem, & ad uitā contemplatiuam, non quidem eſſentialiter, ſed diſpoſitiue. ſ. remouendo impedimenta. 22æ.q.180.2.o.* q.181.1.3m*2.c.*4.1m*q.182.3.c

13 Ad contemplationem uirtus caſtitatis maxime reddit hominem aptum inquantum delectationes ueneteæ maxime deprimunt mentem ad ſenſibilia, ſecundum Auguſtinum 22æ.q.180.2.3m.fi.

14 contemplatio requirit locum ſecundum congruitatem tantum. 1a.q.66.3.3m

15 Contemplatio eſt mala per accidens, & bona per ſe. 12æ.q.35 5.3m.

16 Certamen & contentio fit in contemplatione, propter defectum intellectus, & grauitatem corruptibilis corporis, qđ nos ad inferiora retrahit, non autem ex contrarietate ueritatis quam contemplamur. 22æ.q.180.7.2m

17 Contemplatio habet quietem ab exterioribus motibus. Et eſt motus intellectus, id eſt operatio. 22æ.q.179.1.3m.*.q.180.6.c.

18 Contemplatio terminatur in effectu. ſ. ad delectationem. 22æ q.180.1.c.*1.3m.*7.1m

¶Contemplatiui dicuntur non qui contemplantur, ſed qui contemplationi totam uitam ſuam deputant. 22æ.q.81.2.5m.

1 ¶Contemptus eſt tranſgreſſio legis, ex hoc quòd uoluntas renuit ſubijci legi, uel regulæ. 22æ.q.186.9.3m

2 Frequentia peccati non facit peccatum ex contemptu, ſed diſponit ad hoc 22æ.q.186.9.3m

3 Quanto quis Deum per peccatum magis contemnit, tanto maiorem reatum incurrit. 3a.q.88.3.c.1m

1 ¶Contentio quadruplex. ſcilicet color rhetoricus, impugnatio ueritatis ſeitæ, uel falſitatis ſine modo, & moderatę. Prima & quarta eſt bona. Secunda eſt peccatum mortale. Tertia uero non ſemper eſt mortale, ſicut ſi accipiatur contentio in iudicio, uel diſputatione, ſecūdum imperfectam rationem, ſcilicet ſecundum quod importat quandam acrimoniam locutionis, & ſic non ſemper eſt mortale, ſed eſt peccatum ueniale, niſi ſit cum ſcandalo. 22æ.q.38.1.o.

2 Contentio importat contrarietatē in locutione, ſicut diſcordia contrarietatem in uoluntate, quo ad intentionem, uel quo ad modum. 22æ.q.38.1.c

3 Contentio eſt filia inanis gloriæ. 22æ. q.38.2.o.*q.132.5 o.

4 Contentio & diſcordia oriuntur ex inuidia, ratione termini a quo, ſed ex inani gloria, ratione termini ad quem. 22æ.q.37.2.2m*q.38.2 2m

1 ¶Continentia ut eſt abſtinentia ab omni delectatione uenerea, eſt uirtus, non autem quæ eſt cum prauis concupiſcentijs, quibus reſiſtit. 12æ.q.58.3.2m*22æ.q.143.3.1m*q.155 1.o.*4.cap.*3a.q.7.2.3m.fi.

2 Continens propriè eſt qui perſiſtit in ratione recta, a prauis concupiſcentijs abſtinens, non autem qui perſiſtit in ratione peruerſa, abſtinens a bonis, ſed eſt obſtinatus. 22æ.q.155.1.1m

3 caſtus propriè dicitur ante exceptionem delectationis ueneteæ, continens autem, poſt eam. 22æ.q.155.2.o

4 continentia & incontinentia propriè ſunt circa delectationes, quæ poſſunt eſſe naturales homini: non autem circa eas quæ ſunt contra naturam. 22æ.q.155.2.4m

5 continentia & incontinentia magis eſt circa delectationes ueneteas quàm ciborum. 22æ.q.155.2.o

6 continentia propriè eſt tantum circa cōcupiſcentias tactus. 22æ.q.143.1m*22æ.q.55.2.o.*q.156.2 c

7 continentia ſecunda, eſt potior quàm temperantia, prima uero econuerſo. 22æ.q.55.4.o

8 conſtantia in arduis & terribilibus, eſt pars fortitudinis, quæ autem eſt circa delectabilia, eſt pars continentiæ, quæ eſt pars temperantiæ. 22æ.q.53.5.2m

9 *Continentia & perſeuerantia, ſunt partes conſtantiæ firmiter perſiſtentes, prima eſt contra concupiſcentias, ſecunda contra triſtitias. 12æ.q.58.3.2m*22æ.q.53.5.3m

10 continentia eſt tantum in uoluntate ſubiectiuè. 22æ. q. 1.5.3.o

11 continentia poteſt attribui rationi, ſicut primo mouenti, & incontinentia concupiſcibili: licet utraque ſit in uoluntate, ut in proprio ſubiecto. 22æ.q.155.3.2m

12 ad continentiam efficacius operatur maceratio carnis per abſtinentiam cibi & potus, quàm per ſubtractionem ueſtium, uel per laborem corporalem. 22æ.q.188.6.3m

1 ¶CONTINGENS & neceſſarium, ſunt de tranſcendentibus. 1a.q.115.6.c

2 Vnumquodque contingens, eſt ex parte materiæ: neceſſitas uero, conſequitur rationem formæ, quia quæ ſequuntur ad formam, neceſſario inſunt. 1a.q.86.3 o

3 Nihil eſt contingens quod non habeat aliquid neceſſarium. 1a.q.84.1.3m*q.86.3.c

4 contingens poteſt ſumi dupliciter, ſcilicet contingens ut contingens, id eſt in particulari, & contingens in uniuerſali, id eſt ſecundum quòd in eo inuenitur ratio neceſſarij. 1a.q.86.3.c

5 contingens ad utrumlibet, eſt in potentia. Ideo non exit in actum: niſi prius per aliquid determinetur ad unum. 1a.q.19.3 5m

6 contingens ut contingens, cognoſcitur directè a ſenſu, ſed indirectè ab intellectu. 1a.q 86.3.c

1 ¶Contractio duplex. ſ. ad quidditatem, & ad rationem. 1a.q.5.3.1m

2 contrahere eſt aliquid cum cauſa, de neceſſitate incurrere. 3a.q.14.3.c

1 ¶Contra Paſſum idem eſt quod iuſtum commutatiuum tantum. 22æ.q.61.4.c

2 contrapaſſum primo inuenitur in paſſionibus Iniurioſis ſecundo in ablatione rerum per uim, tertio in commutationibus uoluntarijs. 22æ.q.61.4.c

1 CONTRARIVM magis diſtat a ſuo contrario, quàm ſimplex negatio. 22æ.q.79.4.c.2m

2 Nomen diſtantiæ deriuatum eſt a loco, ad omnia contraria. 1a.q.67.2.3m.*12æ.q.7.2.c

3 Idem eſt cauſa contrariorum communis, non autem particularis. 1a.q.49.3 c.fi.1m

4 Idem eſt cauſa contrariorum, ſecundum diuerſa. 12æ.q.12.3.2m*22æ.q.7.1.2m

5 Vnum contrariorum eſt cauſa alterius contrarij, per accidens tantum. 1a.q.49.1.o*12æ.q.32.9.o.*q.5.3.1m*22æ.q.38.2.3m*q.1.2.5.3m*3a.q.50 1.3m

6 Idem eſt contrarium diuerſis ſecundum diuerſa, non autem

ſecundum

ſecundum, idem, 12æ.q.31.8.2m.q.45.1.2m.q.78.4.2m.q.79.1.2m

7 Idem poteſt tolli ex cauſis contrarijs, per modum ſuperabundantiæ, & defectus, 22æ.q.89.10.3m

8 Contraria in re nō ſunt contraria ſ mente, 12æ.q.35.5.c.2m.q.53.1.c..q.54.2.1m..q.64.3.3m

9 Obiecta contraria, cauſant contrarias paſſiones in potentijs appetitiuis non autem in cognitiuis, 12æ.q.54.2.1m

10 Contrariorum poteſt eſſe vnus habitus, ſecundum quòd conueniunt in vna ratione communi, 12æ.q.54.2.1m.3m.1m

11 Aliqua dicuntur contraria dupliciter ſcilicet ſecundum formam generis, uel ſecūdum formam ſpeciei, 12æ.q.35.4.c.

12 Species contrariorum conſtitutæ per reſpectum ad aliquid extra poſſunt habere conuenientiam inter ſe, non autem ſpecies abſolutæ, 12æ.q.35.4.c

13 Motus habet contrarietatem terminorum, ſed mutatio, ſecundum acceſſum & receſſum, ab eodem termino, 12æ.q.23.2.c

14 Nullus motus eſt contrarius motui circulari, 1ª.q.66.2.c.

15 Quietes contrariæ ſunt, quæ ſunt in terminis contrarijs, 12æ q.31.8.c

16 Sicut quieti naturali contrariatur & quies uiolenta eiuſdē corporis, & quies naturalis alterius corporalia ita in effectibus animæ, delectationi, opponitur & delectatio & triſtitia, 12æ.q.31.8.2m

17 Omne quod generatur, generatur ex contrario, 1ª.q.46.1.3m.q.75.7.c

18 Omne compoſitum ex contrarijs neceſſe eſt corrumpi, 1ª.q.82.3.c..3ª.q.14.2.c

19 Contraria poſſunt ineſſe eidem non ſecundum idem, 3ª.q.46.8.1m

20 Contraria ſunt circa idem, quando ſubiectum æqualiter ſe habet ad ea, 12æ.q.24.10.1m

21 Contraria contrarijs curantur, 22æ.q.87.6.3m

1 ¶ Contritio ſecundum eſſentiam eſt in corde, & pertinet ad pœnitentiam interiorem, virtualiter uero ad exteriorem, inquantum implicat propoſitum confitendi, & ſatisfaciendi, 3ª.q.90.3.3m

2 Dolor contritionis duplex ſcilicet ſenſitiuus, & intellectiuus ſcilicet diſplicentia voluntatis. Primus eſt tantum effectus eius, ſecundus autem eſt ipſa contritio, 3ª.q.84.8.9.c.q.85.1.c

3 Vterque dolor debet durare vſque ad mortem. Et primus debet continuari quantum poſſibile eſt ſeruatis actibus aliarum uirtutum, & ſanitate, non autem ſecundus, 3ª.q.84.8.o.

4 Contritio & ſingularis dolor dēs eſſe de ſingulis peccatis mortalibus in principio quæ memoriæ occurrunt: ut ſcilicet homo actualiter ſingula deteſtetur, quantum in ipſo eſt: ſed poſtea ſufficit vna communis de omnibus, 12æ.q.113.5.3m..3ª 87.1.c

5 De peccato mortali totaliter oblito ſufficit generalis contritio de omni quo Deum offendit. Si autem recordetur, tantum in generali recogitet. Et ſi in ſpeciali recordetur, debet ſpecialiter conteri, & de obliuione dolere, quæ ex negligentia contigit, 22æ.q.113.5.3m.3ª.q.8.4.5m.q.87.1.c.

6 .Ad contritionem de uenialibus non requiritur propoſitū non peccandi, ſicut de mortali, ſed ſufficit diſplicentia eius, & ſuæ cauſæ, 3ª.q.87.1.1m

7 Peccatum ueniale nō remittitur hic per contritionem habitualem, quæ habetur per habitum charitatis uel per habitum pœnitentiæ uirtutis, quia ſic charitas non compateretur peccatum veniale quod patet eſſe falſum: ſed requiritur uirtualis contritio puta cum aliquis hoc modo fertur ſecundum affectum in Deum, & in res diuinas, ut quicquid ſibi occurreret, quod eum ab hoc motu retardaret diſpliceret ei, & doleret ſe commiſiſſe, etiam ſi actu de illo non cogitaret, non autem requiritur actualis, 3ª.q.87.1.o

8 Contritio eſt dolor pro peccatis aſſumptus cum propoſito confitendi, & ſatisfaciendi, Suppl.q.1.1.o

9 Contritio eſt actus uirtutis pœnitentiæ, cuius eſt deteſtari pterita delicta, Suppl.q.1.2.o

10 Attritio nullo modo poteſt fieri contritio, quam neceſſario charitas præcedit, Suppl.1.3.o

11 De malis pœnæ poteſt eſſe dolor, nō tamen contritio, Suppl. q.2.1.o

12 De originali peccato et ſi aliqua diſplicentia eſſe poſſit, non tamen contritio, Suppl q.2.o

13 Nullum peccatum actuale, ſine contritione remittitur. Suppl.q.2.23.o

14 Contritio non eſt de peccato futuro, ſed magis cautio, quæ eſt pars prudentiæ, cōtritioni adiuncta, Supp.q.2.4.o

15 De peccatis aliorum dolere debemus, non tamen oportet quod de eis conteramur. Suppl q.2.5.2m

16 Quantum ad principium contritionis, oportet quod de ſingulis peccatis, quæ quis in memoria habet conteratur, ſed quantum ad terminum, ſufficit quod ſit una communis de omnibus, Suppl.q.2.6.o

17 Contritio ut dolor eſt de peccatis in ipſa voluntate conſiſtēs omnium dolorum maximus eſt, ut uero in parte ſenſitiua deriuatur ex rationis diſplicentia de peccatis non eſt alijs doloribus maior, Suppl.q.3.1.o

18 contritionis dolor, ut eſt in rōne nimius eſſe non poteſt, ut autem in ſenſu reperitur, exceſſus in eo culpabilis eſſe poteſt, Suppl.q.3.2.o

19 Sicut vnum peccatum eſt malus alio, ita dolor contritionis de uno peccato neceſſario maior eſt, quam de alio, Suppl.q.3.3.o

20 Toto præſentis uitæ tempore, debet homo de præteritis peccatis conteri, & dolere, Suppl.q 4.1.o

21 Contritio cum ſit actus pœnitentiæ, maxime expedit et continue de peccatis conteri, & moderate dolere, dummodo cæterarum uirtutum officia ſuo tempore non omittat, Suppl.q.4.2.o

22 Poſt hanc uitam in purgatorio tantum, quanquam nō meritorius de peccatis contritionis dolor eſſe poteſt, non autem in patria, uel in inferno, Suppl.q.4.3.o

23 Contritio tam diſpoſitiue quam effectiue inſtrumentaliter remiſſionem peccatorum cauſat, Suppl.q.5.1.o

24 Contritio quę per charitatem perfecta fuerit, non modo culpæ, ſed omnis pœnæ remiſſionem operari poteſt Suppl.q.5.2.o

25 Quantumcunque paruus dolor dummodo ad contritionē ſufficiat, omnem culpam delet, Suppl.q.3.o

1 COntumelia eſt deducere id quod eſt contra honorem alicuius in notitiam eius, & aliorum, quod ſit principaliter per uerba, ſecundū alia, 22æ.q.73.1.o

2 Contumelia eſt tantum de culpa conuitium etiam de pœna. ſed improperium eſt de indigentia, tamen quandoq; vnū ponitur pro alio, 22æ.q.72.1.3m

3 Contumelia eſt contra honorem & palam, ſed detractio contra famam, & occulte: ſuſurratio vero contra amicitiam, deriſio autem erubeſcere facit. 22æ.q.73.1.o.2.c..1.1m.q.75.1.o

4 Contumelia, & conuitium ex intentione dehonorandi notabiliter, ſunt peccata mortalia: ſi autem ad correctionem, ſeruato debito modo, non ſunt peccata, 22æ.q.72.2.o..q.158.5.3m

5 Adulterium eſt grauius peccatum, quam contumelia, & hæc quàm detractio ſecundum ſe, & hæc quàm furtum & rapina, 22æ.q.73.3.o

6 Contumeliæ & detractiones debent reprimi, ad correptionē audacium: & ad uitandum ſcandala, 22æ.q.72.3.o.q.73.4.1m

7 Contumelia principaliter oritur ex ira, ſecundo ex ſtultitia, quia conuenit cum ira. Non autem ex ſuperbia directe, ſed diſpoſitiue, 22æ.q.72.4.o..q.63.3.3m.q.158.7.c

1 .Conuerſio in Deum triplex ſcilicet gloriam, meritum, & præparationem, quæ requirit triplicem gratiam ſcilicet conſummatam, habitualem, & operationem Dei. 1ª.q.62.3.2.3m

2 Conuerti ad beatitudinem, eſt homini difficile dupliciter ſcilicet quia eſt ſupra naturam eius, & propter impedimentum corporis, & peccati, ſed angelo tantum primo modo 1ª.q.62.2.2m.4.1m

3 Aliquis dum eſt in propoſito & intentione peccandi: poteſt ſubito voluntas ſua conuerti ad Deum ab exteriori, ſicut in Paulo: uel ab interiori, 12æ.q.112.2.2m

4 Aliquid dicitur cooperari alicui dupliciter ſcilicet ſicut ſecūdarium agens, principali agenti, & ſicut adiuuans ad præſuppoſitum finem, 12æ.q.111.2.3m

1 COr primo generatur, 22æ.q.122.2.c

2 Cor eſt primum principium membrorum, & uirium uitalium, quātum ad eſſe, ſed caput eſt principium ſenſuū & motus. 3ª.q.90.3.3m

3 Cor eſt principium motus in animali, 1ª.q.20.1.2m.12æ.q.17.9.2m

4 Motus cordis & genitalium, non ſubiacet, nec obedit imperio rationis, quia eſt naturalis, 12æ.q.17.9.2m.3m.22æ.q.151.4.c

¶ Omnes

5 Omnis bona diſpoſitio corporis redundat ad cor, ſicut ad principium & finem corporalium motionum. 12æ. q. 38. 5. 3m.

6 cordis eſt duplex infirmitas. ſ. in ſubſtantia eius, mutās naturalem complexionem eius, & inordinatio motus eius, vel alicuius eorum quæ circunſtat cor. Prima eſt mortalis, nō autem ſemper ſecunda. 12æ. q. 74. 9. 2

7 cor unius hominis tendit ad diuerſa dupliciter. ſ. ſecundū diuerſas potentias appetitiuas, uel ſecundum diuerſa appetibilia. 22æ. q. 29. 1. c

Animalia habentia magnum cor ſunt timida. 12æ. q. 45. 3. c

1 ¶CORNELIUS & ſimiles, ante baptiſmum, habuerunt gratiam, & uirtutes, per fidem & deſiderium baptiſmi implicite, uel explicite. 3a. q. 69. 4. 2m

¶Cornicula frequenter crocitans ſignificat pluuiam cito eſſe futuram, 22æ. q. 95. 7. 2m

1 Corporalia & pallæ altaris debent eſſe alba & linea. 3a. q. 52. 2. 3m*q. 83. 3. 7m

2 Spiritualia per corporalia conſueuerunt oſtendi. 1a. q. 1. 9. o* q. 50. 3. 3m*12æ. q. 47. 7. 1m

3 creatura corporalis eſt a Deo, propter bonitatem Dei. 1a. q. 65. 1. 2. o

4 Omnia corporalia quanto magis conſiderantur, tanto minora uidentur, ſpiritualia uero econuerſo. 12æ. q. 2. 5. c. 3m

5 Non omnium corporalium eſt eadem materia niſi æquiuoce. 1a. q. 66. 2. o

6 Forma corporeitatis non eſt una in omnibus corporib. quia non eſt alia à formis quibus corpora diſtinguuntur. 1a. q. 66. 2. c. 3m

1 Nullum corpus naturale nec mathematicum poteſt eſſe infinitum in actu. 1a. q. 7. 3. o

2 Si eſſet corpus infinitum, non poſſet moueri. 1a. q. 7. 3. c

3 corpus tripliciter ſumitur. ſ. pro genere animalis, pro parte eius, & ut eſt ſpecies quantitatis. 1a. q. 18. 2. c

4 Omne corpus eſt in potentia. 1a. q. 3. 1. c

5 corpus habens duos colores, eſt continuum, non tamen ſecūdum eos. 12æ. q. 20. 6. c

6 Duo corpora poſſunt ſimul eſſe in eodem loco, uirtute Dei, non autem naturaliter. 1a. q. 67. 2. c.*3a. q. 54. 2. 1m.* q. 57. 4. 2m.

7 Omne corpus habet motum naturalem determinatum. 1a. q. 67. 2. c

8 Nullum corpus mouet, non motum. 1a. q. 3. 1. c. principio.* q. 110. 1. 1m

9 Nullum corpus agit, niſi tangendo & mouendo. 1a. q. 45. 3. c. fi.

10 Nullum corpus poteſt eſſe principium uitæ. 1a. q. 3. 1. c.* q. 75. 1. c

11 corpus uiuum, eſt nobilius corpore non uiuo. 1a. q. 3. 2. c. fi.

12 *Corpus prius uiuum & poſtea mortuum, non eſt idem corpus nume. 3a. q. 25. 6. 3m*q. 50. 5. c. 1m

13 corpora inquantum ſunt in actu, poſſunt agere: licet hoc negent Auicebron, Plato, & Democritus. 1a. q. 115. 1. o

14 corpus hominis oportet habere multa organa, quia anima eius eſt multiplex in potentia & operatione, propter perfectionem eius, 1a. q. 76. 5. 3m

15 corpus hominis, fuit optime diſpoſitum, in ordine ad ſuum finem. ſ. animam. 1a. q. 91. 3. o.*22æ. q. 164. 1. 1m

16 corpus hominis componitur ex contrarijs, propter tactum, 1a. q. 76. 5. c.* q. 91. 1. 2o.*. 12æ. q. 85. 6. fi.*. 22æ. quæſt. 164. 1. 1m

17 In corpore hominis, ignis & aer prædominantur ſecundum uirtutem, ſed aqua & terra ſecundum ſubſtantiam. Sed corpora inferiora non ſunt de natura quinti corporis. i. cœli, quam aliqui ponunt uenire in compoſitionem humani corporis, 1a. q. 91. 1. o

18 Proximus motor corporis in nobis, eſt appetitus ſenſitiuus, 1a. q. 20. 1. 1m

19 corpus hominis regitur a ratione deſpotice. i. ſeruiliter appetitus autem ſenſitiuus, politice. i. ciuiliter. 1a. q. 81. 3. 2m*q. 83. 1. 1m*12æ. q. 9. 2. 3m.* q. 17. 7. c. fi.*q. 56. 4. 3m.*q. 58. 2. c * q. 74. 3. 3m

20 corpus eſt glorioſum ex totali ſubiectione eius ad animam, cuius gloria redundat in ipſum. 12æ. q. 4. 5. 4m.*3a. q. 15. 2. c.*q. 54. 2. c. 1m*2m*q. 57. 3. c

21 corpus glorioſum erit in eodem loco cum alio corpore, nō ex dote ſubtilitatis, ſed ſola uirtute Dei. 3a. q. 54. 1. 1m*q. 57. 4. 2m

22 Subtilitas corporis glorioſi, eſt plena participatio eſſe ſpecifici, ex plena ſubiectione eius ad animam. 3a. q. 54. 3. c

23 Et erunt palpabilia, ſicut & corpus Chriſti poſt reſurrectionē ſuam. 3a. q. 54. 2. 2m

24 Et habebunt qualitates tangibiles, 3a. q. 54. 2. 2m

25 Et erunt colorata, colore debito, ſecundum naturam ſuarū partium. 3a q. 54. 2. 1m

26 corpus Chriſti fuit in Adam, & in aliis partibus, ſecundum originem non autem ſecundum aliquid ſignatum: & hoc etiam corpora aliorum. 3a. q. 31. 6. o.*7. c

27 corpus Chriſti ſecundum Apollinarem hæreticum, eſt conſubſtantiale diuinitati. 3a. q. 57. 1. c

28 corpus Chriſti eſt a ſolo Deo formatum, 3a. q. 31. 5. c. 3m.* q. 45. 6. c

29 corpus Chriſti fuit optime complexionatum, ideo in eo maxime uiguit ſenſus tactus. 3a. q. 46. 6. c

30 corpus Chriſti debuit augeri, ſicut corpora aliorum hominum. 3a. q. 33. 1. 4m

31 Quantitas corporis in principio animationis, proportionatur ei quantitati, ad quam per augmentum ueniet: quia maiorum in fine eſt maior quantitas in principio, præterquā in Chriſto, in quo fuit minor. 3a. q. 33. 2. 2m

32 corpus Chriſti in perfecta ætate, habuit decentem, & mediocrem quantitatem, proportionatum quantitati habitæ tēpore quo aliorum corpora animātur, minorem autem in principio. 3a. q. 33. 2. 2m

33 corpus Chriſti uiuum & mortuum, erat idem numero. 3a. q. 50. 5. o

34 corpus Chriſti fuit ſubiectum impreſſioni corporum cœleſtium. 3a. q. 12. 4. 3m

35 corpus Chriſti fuit uerum corpus, & non phantaſticum, contra Manicheum, & Valentinum. 3a. q. 5. 1. o.*2. c.

36 Chriſtus poſt reſurrectionē, habuit uerum corpus ſicut prius ante mortem. 3a. q. 54. 1. o.*3. c

37 corpora myſtica ſunt duo in hoc mundo. ſ. Chriſti & diaboli, ſed corpus Chriſti myſticum, eſt tota eccleſia. 3a. q. 8. 1. 3. c.*q 48. 1. c.*q. 49 1. c

38 corpus Chriſti uerum habet ſimul omnia membra, non autem corpus myſticum. 3a. q. 8. 3. c

1 CORRECTIO fraterna eſt admonitio fratris, de emendatione delictorum, a fraterna charitate procedens. 22æ. q. 33. 1. o

2 correctio duplex. ſ. coactiua, & oſtenſiua tantum. Prima pertinet ad prælatos tantum, ſecunda uero, ad omnes. 22æ. q. 33. 1. 3. 6. o

3 Vtraque eſt in præcepto, ſed ſecunda ſolum, quando delinquens occurrit cum commoditate corripiendi, & ſpe emēdationis, & ſuperior deeſt. 22æ. q. 33. 2. o.*q. 43. 7. 3m.

4 correctio fraterna eſt actus charitatis, coactiua uero eſt actus iuſtitiæ. 22æ. q. 32. 1. 3m*q. 33. 1. o.*3. 4. c

5 Admonitio ſ. correctione fraterna, eſt principaliter actus charitatis, quaſi imperantis: prudentiæ uero ſecūdario, quaſi exequentis & dirigentis. 22æ. q. 33. 1. 2m

6 *Exiſtens in peccato mortali, etiam occulto, corripiēs ex officio, peccat, non autem corrigens, ut frater, niſi propter ſcādalum. 22æ. q. 33. 5. o

7 Peccatū præcedens impedit, ne aliquis corripiat alium ſimpliciter. ſ. ob ſue indignitatis, ſcādala, & ſuperbiæ. 22æ. q. 33. 3. c.

8 Prælatus eſt corripiendus a ſubditis, ſed in ſecreto tantum, * non cum proteruia & duritia, ſed cum māſuetudine, & reuerentia: niſi propter periculum fidei, fiat publicum: ſicut Paulus publice corripuit Petrum. 22æ. q. 33. 4. o

9 Ordo correctionis, eſt de præcepto. ſ. præuia admonitione ſecreta. 22æ. q. 33. 7. o

10 Teſtes debent adhiberi, correctione fraterna, ſi non eſt emēdatus per admonitionē ſecretam. 22æ. q. 33. 8. o

11 In correctione fraterna, primo debet admoneri ſecrete: ſecundo debet dici prælato ſecrete: tertio teſtes adhiberi, quarto publicari. 22æ. q. 33. 8. 1m*4m*q. 70. 1. o.*3. 3m

12 Ordo fraternæ correctionis, ſeruandus eſt in peccatis occultis tantum. 22æ. q. 33. 7. o

13 Chriſtus non corripuit Iudam ſecreto, nec Petrus Ananiā, & Saphiram, nec Paulus Petrum, multiplici de cauſa. ſ. quia Dominus peccatum Iudæ tanquam Deus, ſicut publicum habebat. Vnde ſtatim poterat ad publicandum procedere. Tamen ipſe non publicauit: ſed obſcuris uerbis cū de peccato ſuo admonuit. Petrus autem publicauit peccatum occultum Ananiæ & Saphiræ, tanquam executor Dei, cuius reuelatione peccatum cognouit. Sed Paulus Petrum non reprehendiſſet: niſi aliquo modo pub eſſet, quantum ad fidei defenſionem. Vel Paulus q erat ſubditus Petro propter imminens periculum ſcandali circa fidem, Petrum publice arguit. De Ioſeph autem credendum eſt, q fratres ſuos aliquando admonuerit, licet nō ſit ſcriptum. Vel poteſt dici, quod peccatum publicum erat inter fratres. Vnde dicitur pluraliter, Accuſauit fratres ſuos, 22æ. q. 33. 3. 2m *7. 2m

14 Dimittens

14 Dimittens admonitionem vel prohibitionem, quia non ſperat correctionem, ſed timet ſequi peius, non peccat. 22æ. q.33.2.3m.*6.0.*q.43.7.3m.*q.150.1.4m
15 Peccatum infectiuum aliorum, ut hæreſis, & fornicatio, uel cedens in damnum aliorum, ut furtum, & homicidiũ, debet denunciari, ſine admonitione. 22æ.q.33.2.c.3m.
16 correctio eſt utilis ad emendationem, ad quam tamen non ſufficit ſine auxilio Dei. 12æ.q.109.8.2m.*22æ.q.33.2.1m.*q.81.7.3m
17 Scandalum directe opponitur correctioni fraternę. 22æ.q.34 principio *q.43.3.c
1 ¶Corruptibile & incorruptibile differunt genere phyſico, nõ autem genere logico. 1ª.q.66.2.2m.*q.88.2.4m
1 ¶Nihil corrumpitur, niſi per hoc quòd forma ſeparatur a materia. 1ª.q.9.2.c.*q.5.5.c.*q.75.6.c
2 corruptio non poteſt eſſe, niſi ubi eſt contrarietas: quia omnis generatio & corruptio eſt ex contrario in contrarium. 1ª.q.75.6.c
3 aliquid corrumpitur dupliciter. ſ. per ſe, & per accidens. 1ª.q.75.6.c.*q.89.5.c.*12æ.q.53.1.c
4 corruptio duplex. ſ. ſeparatio formæ à materia, & reſolutio in elementa. 3ª.q.50.5.c
5 corruptio non intenditur à natura, niſi per accidens. 1ª.q.19.9.c.*q.49.1.c.2m.*2.c
6 In omni mutatione eſt aliqua corruptio. 1ª.q.50.5.1m
7 Impoſſibile eſt aliquod ſubſiſtens corrumpi per accidens, uel generari, accidens, ſed tantum per ſe. 1ª.q.75.6.c.
8 Mors, corruptio, & omnis defectus, eſt contra naturam particularis formæ, ſed aliquando eſt naturalis, ratione materiæ, & naturæ communis. 1ª.q.22.2.2m.*12.q.42.2.c.3m.*q.85.6.0.*22æ.q.65.1.1m.*q.164.1.1m
9 Materia ſubiecta priuationi, eſt principiũ & cauſa omnis corruptionis. 1ª.q.50.5.3m.*q.75.6.c
1 ¶Coruus ſignificat uoluptatibus denigratos, uel ſaperter bonæ affectionis, quia non eſt reuerſus ad arcam. 12æ.q.102.6.1m.co.c.ſi.
1 ¶Coſta fuit præciſa ab Adam ſine dolore, ſed cum delectatione. 1ª.q.92.3.2m.*q.97.2.1m
2 Coſta hæc, non erat de perfectione indiuiduali Adæ, ſed de ſpecifica. 1ª.q.91.3.2m.*q.97.2.3m.*3ª.q.31.5.2m
3 Mulier conuenienter fuit formata de coſta Adæ. 1ª.q.92.2.3.0
4 Mulier facta eſt de coſta Adæ, ut ſocia eius: non de capite, ut domina, nec de pede, ut ancilla. 1ª.q.92.3.0
5 conuerſio coſtæ in mulierem, fuit ſupernaturalis, & obedientialis. 1ª.q.92.4.3m
6 Multiplicatio coſtæ, fuit per additionẽ materiæ nouiter creatæ, uel uerius per conuerſionem alterius materiæ præiacẽtis, contra Vgonem & Magiſtrum ſententiarum. 1ª.q.91.3.1m.
7 Illud additum, non uenit in corpus Euæ, niſi mediante coſta: ideo Eua non dicitur facta ex eo, licet eſſe & quid amplius in quantitate quàm coſta. 1ª.q.92.3.1m
1 ¶Creatio magis reſpicit eſſe quàm naturam, uel rationem. 3ª q.2.7.3m
2 creatio paſſiua, ſecundum eſſe ut inhæret, eſt naturaliter poſterior creatura, & eſt ſubiectiue in ea: ſed ſecundum rationem eius, ut cauſatur ex actione Dei, eſt prior. 1ª.q.45.3.2m.*3m.
3 creationem eſſe, ratio demonſtrat. 1ª.q.45.2.0
4 *Philoſophi concedunt creationem eſſe, ſed ab æterno. 1ª.q.46.2.1m.*2m
5 ¶creatio quid *non eſt mutatio proprie. 1ª.q.45.2.2m.*3.0.*q.46.1.5m
6 creatio non eſt motus nec terminus motus. 1ª.q.35.2.3m.*3.e.*q.46.3.2m
7 creatio eſt emanatio uniuerſalis entis, ex nihilo. 1ª.q.45.1.0*4.1m.
8 De ratione creationis eſt, nihil præſupponere in re, cui naturaliter prius conuenit non eſſe quàm eſſe. 1ª.q.65.3.c
9 Creatio non admiſcetur in operibus naturæ, nec actus, ſed præſupponitur. 1ª.q.45.8.0
10 creatio importat habitudinem creaturæ ad creatorem, cum quadam nouitate, ſiue inceptione. 1ª.q.45.3.4m
11 creare nihil aliud eſt, quàm abſque materia præiacenti aliqd producere 1ª q.65.3.c
12 creatio eſt productio rei, ſecundum totam ſubſtantiam ſuã nullo præſuppoſito. 1ª.q.65.3.c
13 creatio actiua, eſt eſſentia Dei, cũ relatione rationis ad creaturam. Paſſiua uero, eſt in creatura, & eſt accidens eius de prædicamento relationis: ſ. habitudo habentis eſſe ab alio, & conſequens operationem Dei. 1ª.q.45.3.0.
14 creatio paſſiue ſumpta, eſt aliquid in re creata, quia creatio actiua, eſt actio tranſiens, relinquens effectum exteriorem. 1ª.q.45.3.0
15 Nullum corpus poteſt creare. 1ª.q.45.5.c
16 Solus Deus creat. 1ª.q.45.5.0.*q.47.1.c.*q.65.3.c.*q.90.3.3.c.*q.104.3.1m.*3m
17 *Creare requirit potentiam agentis infinitam. 1ª.q.32.1.2m.*q.45.5.3m.*q.65.3.3m
18 *Deus non poteſt communicare creaturæ potentiam creandi aliquid, uirtute propria & principaliter, nec inſtrumentaliter. 1ª.q.45.5.c.3m
19 creare, eſt commune toti trinitati. 1ª.q.45.6.0
20 Philoſophi dixerunt, quòd intelligentia ſuperior creat inferiorem, & animam & corpus cœli non ab ea. 1ª.q.8.3.c.*q.45.5.c.*q.65.3.c
21 Omne ens præter Deum, eſt creatum a Deo. 1ª.q.44.0.*q.45.2.c.*q.65.0.*12æ.q.79.1.c
22 Res ſimplex non poteſt fieri niſi per creationem. 1ª.q.118.1.c.
23 Prima indiuidua cuiuslibet ſpeciei, producta ſunt per creationem tantum. 1ª.q.45.5.1m.*q.65.4.c.*12æ.q.5.7.1m
24 Sola ſuppoſita, propriè dicuntur creari. 1ª.q.45.4.0.*7.1m.*8.0.
25 *creatio paſſiua creatur, non quidem alia creatione, ſed ſeipſa. 1ª.q.45.3.2m
26 creatio facta eſt in principio temporis menſurantis motum primi mobilis, ſicut in adiacente creationi, non autem ſicut in menſurante eam, quia ſimul fuerunt. 1ª.q.46.3.c.1m.
27 creatio eſt in inſtanti. 1ª q.63.5.c.*q.74.1.1m
28 *Imo principium temporis, non eſt menſura creationis. 1ª.q.46.3.1m
29 creatio eſt prima actio, quia nullã præſupponit, ſed præſupponitur a qualibet alia. 1ª.q.45.1.2m
30 creatio aliqua præſupponit materiam in qua, non antẽ materiam ex qua. 1ª.q.45.1.1m
1 ¶In productione cuiuslibet creaturæ etiam minimæ, manifeſtatur infinita potentia, ſapientia, & bonitas Dei. 1ª.q.32.1.2m.*q.45.5.3m
2 *In omnibus creaturis, differunt ſuppoſitum & natura. 3ª.q.17.1.c.
3 Omnis creatura poteſt deficere a bono, in non eſſe, ſecũdum ſeipſam, niſi a Deo conſeruetur ſecũdum Gregorium. 12æ q.109.2.2m.*q.112.3.2m
4 Omnis creatura eſt mutabilis. 1ª.q.9.2.0.*q.10.5.c.*q.16.8.0.*q.65.1.1m.*12æ.q.109.2.2m.*q.112.3.2m.*3ª.q.10.4.c.*q.12.2.3.c
5 Creaturæ ſecundum ſe, ſunt tenebræ, falſitas, & nihil. 22æ.q.5.1.2m.
6 In creaturis inueniuntur quatuor per ordinem. ſ. eſſe, unitas, uirtus, & reſpectus ad effectus 1ª.q.39.8.c
7 creatura dignior, facta eſt propter uiliorem, in ordine ad totum uniuerſum, non autem ſecundum ſe 1ª.q.70.2.4m.
8 commune eſt omni creaturæ, ut per omnes motus & operationes eius, tendat ſicut in finem ſuum in aſſimilationem diuinæ bonitatis, conſeruando ſuum eſſe, & communicando illud. 1ª.q.63.3.c
9 creatura corporalis ordinatur ad ſpiritualem, & tendit in aſſimilationem eius. 1ª.q.65.2.c.1m
10 creatura irrationalis, ordinatur ad rationalem tripliciter. ſ. auxiliando ſignificando, & continendo. 11æ.q.76.2.c
1 ¶Credere quid *eſt cum aſſenſu cogitare. 22æ.q.2.1.0
2 credere eſt proprius, & interior actus fidei. 22æ.q.2.principio *2.0.*q.4.1.c.*2.c.1m
3 credere eſt actus intellectus, aſſentiẽtis diuinæ ueritati, ex imperio uoluntatis motæ a Deo per gratiam. 22æ.q.2.9.c.*q.4.1.c.*2.c.1m.*q.5.2.c
4 Actus fidei triplex. ſ. credere Deo, credere Deum, & credere in Deum. 22æ.q.2.2.0
5 credere Deum, Deo, & in Deum, eſt unus actus fidei, reſpectu diuerſorum. 22æ.q.2.2.0
6 Scientia de credendis eſt duplex. ſ. donum, quo diſcernuntur credenda a non credendis: & gratia, qua hoc docetur. Prima conuenit omni ſancto, non autem ſecunda. 22æ.q.9.1.2m.
7 credere aliqua ſupra rationem naturalem, eſt de neceſſitate ſalutis, ſimiliter & fides. 22æ.q.16.3m.*q.2.3.0.*q.16.1.1m.
8 credere aliqua quæ ratione naturali demonſtrantur, eſt neceſſarium. 12æ.q.99.2.2m.*22æ.q.1.6.3m.*q.2.4.0
9 *Quilibet tenetur explicitè credere articulos fidei, uel a uerò implicitè. 12æ.q.76.2.c.*22æ.q.2.5.0.

10 Quilibet

10 Quilibet Chriſtianus tenetur explicitè credere myſteria Chriſti præcipue quæ publice in eccleſia ſolemnizantur, 22æ.q.2.7.c
11 Quilibet Chriſtianus tenetur explicitè credere myſteriũ trinitatis. 22æ.q.2.8.c
12 Myſteria Chriſti, & Trinitatis, fuerũt explicitè credita a maioribus ante Chriſtum: ſed a minoribus implicite. 22æ.q.2.7.c.* 8.c.2m
13 Primum & principale inter omnia credibilia, eſt Deum eſſe. 22æ.q.1.6.1.c
14 Quilibet homo, omni tempore, & omni ſtatu, tenetur credere explicitè Deum eſſe & prouidentiam eius. 22æ.q.2.8.1m
15 Myſterium incarnationis Chriſti, oportet aliqualiter eſſe creditum apud omnes, ſed diuerſimode ſecundum diuerſitatem temporum & perſonarum. 22æ q.2.7.c
16 Maiores tenentur magis explicitè credere, quàm minores. 22æ.q.2.7.8.c
Credere ea quæ ſunt ſupra rationem, non eſt leuitatis, cum habeat ſufficiens inductiuum ad credendum. 22æ. q. 2. 9.3m.
Crimen * Proceſſus contra crimina triplex. ſ. per uiam denũciationis. inquiſitionis, & accuſationis. In primo intenditur emendatio peccantis, in ſecundu & tertio pœnæ eius, propter bonũ multitudinis. Ideo in primo requiritur ordo correctionis fraternæ, in ſecundo infamia, in terno autem inſcriptio. 22æ.q.67.3 2m * q.68.1.c
Criminator eſt, qui aliis publicè crimina imponit accuſando, uel conuitiando. 22æ.q.74.1.2m
1 ¶Crucifigi * Chriſtus crucifixus eſt hora tertia linguis Iudęorum, & hora ſexta manibus militum. 3ª. q.69. 2m. * q.83. 2.3m.
2 ¶Crudelitas eſt uitium humanum, excedens modum puniẽdi culpas, ſed feritas ſiue ſæuitia, eſt beſtialis. 22æ.q. 157.1. 3m * q.159 c
1 ¶CRVX. conueniens fuit, Chriſtum mori in cruce, ſeptuplici ratione, ſcilicet primo propter exemplum uirtutis. Secundo quia hoc genus mortis, maxime conueniens erat ſatiſfactioni pro peccato primi parentis, qui pomum ligni uetiti ſumpſit. Tertio paſſus fuit in excelſo ligno, ut etiã ipſius aeris natura mundetur. Quarto quia per hoc, aſcenſum nobis parat in cœlum. Quinto quia hoc competebat uniuerſali ſaluationi totius mundi, propter uirtutem paſſionis ubique diffuſam. Sexto quia per hoc genus mortis, diuerſæ uirtutes deſignãtur. Septimo quia hoc genus mortis plurimis figuris reſpondet. 3ª.q.46.4.c
2 Signum Crucis multiplex in miſſa, ſignificat paſſionem Chriſti, ſecundum diuerſas partes, 3ª. q.83.5. 3m. * 4m.
3 Mors Crucis, eſt pęna acerbiſſima, 3ª q.46.4.6.c
4 Crux temporalis Chriſti, deſignat myſtice uitam Chriſtianam, propter exemplum uirtutis, 3ª.q. 46. 4. c.principio.
1 ¶Culpa eſt uoluntaria inordinatio, uel priuatio boni, 1ª.q. 48. 5. 6. c. * 12æ. q. 21. 2. c. * q. 87.2. c. * 22æ. q. 34. 2. c.
2 Remiſſio culpæ fit per coniunctionem hominis ad Deum, à quo ſeparat omnis culpa mortalis perfecte, & uenialis imperfecte, 3ª.q.86.4.c.fi. * q.87.1.c.
3 Manente culpa, Deus nõ poteſt non imputare ad pęnam, 3ª. q 22.ar.2.q.2.c.
4 Abſolutio uniuerſalis à culpa, & à pęna, fit in perceptione baptiſmi, & in martyrio, 3ª. q. 68. 2. 2m. * q. 87. 1. 2m.
1 ¶Cultus Dei, conſiſtit in recipiendo diuina, uel in tradendo ea aliis. 3ª.q. 63. 2.3.4.6.c
2 Cultus diuinus, triplex. ſecundum triplicem ſtatum. ſcilicet ueteris legis, legis nouæ, & ſecũdum ſtatum gloriæ, 12æ.q. 101.2.c. * q.103.3.c
3 In ſtatu naturæ, homines nulla lege mouebantur ad cultum Dei, ſed ſolo interiori inſtinctu, 3ª.q 60.1.3m
4 Specialis cultus & honor, qui Grçce dicitur theoſebia, uel euſebia, debetur Deo, ut omnium primo principio, 22æ.q.81 1.4m. * 4.c
5 Finis diuini cultus eſt, ut homo det gloriã Deo, & ei ſe ſubiiciat mente & corpore, 22æ.q.93.2.c.
6 Cor & corpus, ſunt applicanda cultui Dei, 12æ.q.49.3.c. * q. 101.2.c. * 22æ.q.19.1.c. * q.81.7.c. * q.83.12.c.fi. * q.84.2.c. * q. 93.2.c.
7 Aliquid pertinet ad cultum Dei dupliciter ſcilicet ut offerendum, uel ut aſſumendum, 22æ.q.81.3 2m. * q.95. 2. c.
8 Sacramentũ pertinet ad cultum Dei dupliter ſcilicet p modum actionis, ut Eucharistia, in qua principaliter cultus Dei conſiſtit, inquantum eſt eccleſiæ ſacrificium, uel per modum agentis ſcilicet ordo, uel per modum recipientis, ut baptiſmus, & confirmatio, 3ª.q 63 6.c.
9 Cultus Dei primum ordinatur ad reuerentiam Dei, ſecundo ad inſtructionem hominis à Deo, tertio ad directionem actuum humanorum, ſecundum inſtituta Dei, 22æ. q. 92.2.c.
10 Cultus Dei duplex ſcilicet interior, in coniunctione ad Deũ, per intellectum & affectum ideſt in deuotione mentis, & exterior, in ſacrificijs, oblationib. & huiuſmodi, 12æ.q.99. 3.c. * q.101.2.c.3m. * q.102.5.4m. * q.103.c. * 22æ.q.81.7.c.8. q.122.4.c.
11 Cultus ſecondus ordinatur ad primum, ideo ſecundũ quod primus diuerſificatur in diuerſis ſtatibus, ſic & ſecundus, 12æ.q.101. 2.c.3m. * q.103. 3.c.
12 Cultus primus impeditur per peccata, ſecũdus uero per immunditias corporales, 12æ q.101.9.4m
13 Omnis cultus Dei exterior, præcipue ad hoc ordinatur, ut homines habeant Deum in reuerentiam, 12æ.q.102.4.c. * 3ª. q.63.4.3m
14 Cultus Dei exterior, præcipit tertio præcepto decalogi, 22æ. q.122.4.c.
15 In cultu Dei, poteſt aliquid eſſe pernitioſum ideſt falſitas, dupliciter ſcilicet ex parte rei ſignatæ. uel ex parte colentium contra morem eccleſiæ, 22æ.q.93.1.c
16 In cultu Dei, poteſt eſſe aliquid ſuperfluum, non ſecũdũ quantitatem abſolutam, ſed quia non proportionatur fini, 22æ. q. 81. 5. 3m. * q. 92. 2m. c. 3m. * q. 93. 2. c. * q. 104. 2. 2m.
17 Antiquitus, quidam colebant falſos Deos cum imaginibus, quidam uero ſine eis, 22æ.q.122.2.2m
18 Cultus diſparitas matrimonium præcedens impedit ne contrahi poſſit, Suppl.q.59.1.c
¶Cupiditas duplex, ſcilicet mortalis, & venialis. Prima ponit finem in creatura, non autem ſecunda, ſed eſt cum charitate, 22æ.q.24.10.2m
1 ¶Curam animarum habentes presbyteri uel diacones, non ſunt in ſtatu perfectionis, ex parte ordinis, nec ex parte curæ, quia non obligantur per ordinem ad ea quę ſunt perfectionis, quamuis interior perfectio requiratur ad actum ordinis. Et poſſunt curam animarum deſerere. Vnde non omnes prælati eccleſiaſtici ſunt in ſtatu perfectionis, ſed ſoli epiſcopi. 22æ.q.184.6.c
2 Ad curam pertinent duo ſcilicet ratio ordinis ideſt prouidẽtia, uel diſpoſitio, & executio ordinis. i. gubernatio, 1ª.q. 22.1.2m
3 Æqualiter cura eſt Deo de omnibus, ex parte Dei non autem ex parte affectus, 2ª. q. 20. 3.1m. * 12æ.q.1.2.4.1m
4 Prouiſor particularis excludit defectum ab eo quod eius curæ ſubditur, non autem prouiſor uniuerſalis, 1ª.q.22.2.2m * q.103.5.c
1 ¶Curioſitas eſt uitium, circa cognitionem intellectus & ſenſuum, ad peccandum, & circa inſpectionem ludorum, & mulierum, ad concupiſcendum, & ſpeculorum 22æ.q. 167.c
2 Curioſitas oritur ex accidia, 22æ.35.4.3m
¶A damnatione propter peccatum Adæ, nullus poteſt liberari, niſi per Chriſtum, qui ſolus fuit ab ea immunis, a qua liberatur aliquis tripliciter ideſt per baptiſmum, martyrium, fidem per dilectionem operantem, 3ª. q.27.3.c. fi. * q.47.2.2m. * q.52.7.2m
2 Homines damnati, non ſunt deputati ad exercitium aliorũ, quia non habent ordinem naturæ inter ſe ſicut dæmones, 1ª.q.64.4.2m
3 Damnati non poſſunt uelle bonum actualiter, & tamen uoluntas eorum naturaliter inclinatur ad bonum, 1ª.q.6 .2 c. * 12æ.q.85.2.3m
4 * Damnati blaſphemant Deum mente & uoce, & in hoc peccant, 22æ.q.13.4.c
5 Damnati liberum arbitrium habebunt, & uoluntatem in malo obſtinatam, 3ª.q.18.4.3m
6 Damnati nõ pęnitent de malis q fecerunt ratione culpæ ſed ratione pęnæ, 2æ q.3.4.c. * 3ª.q.86.1.c
7 Damnati non amant eos, quos prius inordinate dilexerunt, 22æ.q.13.4.c
8 Pęna damnatorum, nunquam finietur, contra Origenem, 1ª q.10.2m. * q.64.2.c
9 * Obſtinatio in damnatis, eſt per pœna culpæ & pęna. Sed non demeretur, quia non ſunt in uia, ſed ad terminos pęnæ deuenerunt, 22æ.q.3.4.2m
10 In damnatis erit uarietas pęnarum, nõ refrigerans, ſed magis affligens 1ª.q.10.3.2m. * 12æ.q.67.4.2m

11 * Bona

11ª Bona quæ damnati fecerunt hic, & proſunt eis in inferno, 3ª.q.89.6.5m

12 Bona quæ damnati fecerunt hic, proſunt eis in inferno, ad mitigationem pœnæ, impediendo ne incurratur, non autem ſubtrahendo, nec fortificando ſubiectum, nec minuendo remorſum conſcientiæ, 3ª q.89.6.5m

13 Quælibet pœna damni uel ſenſus in damnatis, excedit omnem pœnam & dolorem cuiuſcunque uiatoris, etiã Christi, 3ª.q.46.6.5m

14 Corpora damnatorum cum ſuis deformitatibus reſurgent, Supp.q.86.1.c

15 Nihil erit quo corpora damnatorum corrumpi poſſent, 5.q.86.2.c

16 Corpora damnatorum futura ſunt paſſibilia, ſine mutatione naturalis diſpoſitionis propter iuſtitiam, Suppl.q.86.3.o.

17 Sicut per multa & uaria damnati peccarunt, conueniens eſt ut multipliciter & ex multis affligantur, Suppl. q. 97.1.o.

18 Cum poſt diem iudicij nullum corpus mixtum remanſurum ſit, uermis qui damnatis aſſignatur: non erit materialis, ſed ſpiritualis, quo conſcientiæ remorſus dicitur, Suppl. q 97.2.c.

19 Ratione lachrymarum reſolutionis fletus non erit in damnatis, ratione uero commotionis & turbationis capitis in damnatis fletus eſſe poterit, Suppl.q.97.3.o

20 Vt diſpoſitio inferni miſeriæ damnatorum conueniat, erũt in eo tenebre corporales, cum quadam tamen luce. ut uideant damnati ea, quæ animam torquere poſſunt, Suppl. q.97.4.c

21 Ignis inferni erit corporeus, Suppl.q.97.5.o

22 Ignis quo torquẽtur damnati in inferno eſt eiuſdem ſpeciei cum igni noſtro, Suppl.q.97.6.c

23 Et ſi nullus ſcit ubi infernus ſit conſtitutus, niſi qui de hoc à Spiritu ſancto edoctus fuerit, conueniens tamẽ eſt ut ſub terra eſſe credatur, 5.q 97 7.o

24 Quamuis damnati uoluntate naturali aliquid bonum uelle poſſunt, tamen uoluntate deliberata non bona uolunt illud. Suppl.q.98.1.c

25 Damnati per ſe non pœnitebunt de peccatis, ſed per accidens inquantum affligentur à pœna, quam pro peccatis ſubſtinent, Suppl.q.98.2.o

26 Non uellent damnati non eſſe, inquantum non eſſe conſideratur ſecũdũ ſe, quia illud non eſt appetibile, inquantũ uero conſideratur ut eſt ablatiuum pœnalis uitæ aut alicuius miſeriæ non eſſe poteſt deſiderari à damnatis, Suppl.q.98 3.c.

27 Damnati propter conſummatum ſuum odium gaudent de malis, & dolent de bono, & ſic uellẽt ſecum alios eſſe damnatos. Suppl.q.98.4.o

28 Damnati Deũ odio proſequuntur, eum illum non percipiãt in ſe, ſed in effectu ſuæ iuſtitiæ qui eſt illis in pœnã, Suppl. q.98.5.c

29 Cum meritum uel demeritum ordinetur ad aliquod bonũ uel malum conſequendum, neque boni merebuntur neq; mali demerebuntur, quia eorum mala uoluntas non eſt demeritum ſed pœna, Suppl.q.98.6.c

30 Damnati habebunt actualem notitiam eorum quæ ſciuerũt ut inde triſtitia non lætitia afficiantur, Suppl.q.99.7.o

31 Damnati nullo modo poſſunt cogitare de Deo per ſe, hoc eſt, tanquam totius bonitatis principio per accidens uero hoc eſt, per Dei effectus, inquantum punit, & alia id genus poterit Deus à damnatis cogitari. Suppl.q 98 8.c

32 Damnati ante diem iudicij bonos in gloria ſua uident, ſed poſt diem iudicij uiſione beatorum priuabuntur, Suppl. q.98.9.o

1 ¶Damnum eſt ex hoc, quòd aliquis minus habet, quàm debet habere, 22æ.q.62.4.c

2 Dare alicui occaſionem damni, uel periculi, ſemper eſt illicitum, 22æ.q.77.3.c

3 Omnes qui ſunt quocunque modo cauſa damni, qui in his uerſibus ſunt ſcilicet iuſſio, conſilium conſenſus, palpo, recurſus, Participans, mutus, non obſtans, non manifeſtans. Tenentur ad reſtitutionem totius, 22æ q.62.7.o

4 Damnificatio duplex ſcilicet in re habita, & in re habenda. In prima tenetur quis reſtituere totum, in ſecunda uero aliquid, ſecũdum æſtimationem & arbitrium ſapientis, 22æ. q.62.2.4m.*4.o

5 ¶Daniel fuit ſimul accuſator & iudex ſenum, inſtinctu Dei. Et iudicauit non ſubditos, ea commiſſione, 22æ.q.67.1.1m.*3.3m

1 De ratione dationis nihil eſt, niſi quòd datum libere habeatur à dando, 1ª.q.38.1.c

2 Inter dantem & datum non requiritur diſtinctio, niſi rationis, 1ª.q.38.1.1m

3 Dans ſemper diſtinguitur realiter, ab eo cui datur, 1ª.q.38.1.1m

4 Datio duplex ſcilicet ex debito, & ex amore. In prima poteſt eſſe uitium acceptionis perſonarum, non autem in ſecunda, 1ª.q.23.5.5m.*ſi.*22æ.q.63.1.3m

5 Aliquis dupliciter aliquid dat illicitè ſcilicet uel quia ipſa datio eſt illicita & contra legem: ſicut patet in eo qui ſimoniace aliquid dedit, uel quia propter rem illicitam dat, licet ipſa datio non ſit illicita, ſicut cum quis dat meretrici propter fornicationem, 12æ. q. 37. 8.c. 3m.* 22æ. q.62.5.2m

6 Datio & miſſio, dicuntur tantum temporaliter in diuinis, ſed donum æternaliter, 1ª.q.38.1.4m.*q.42.2.o

7 Datio, datum, & donum, in diuinis dicuntur notionaliter. ut importat auctoritatem reſpectu dati. Sed ſine illa, dicuntur eſſentialiter, 1ª.q.38 1.o

8 Donum quadrupliciter differt à dato in diuinis, quia non cõſignificat tempus eſt æternum, ſignificat aptitudinem, & liberalitatem, 1ª.q.38.1.4m.*2.3m

9 Diuinæ perſonæ dantur nobis inuiſibiliter miſſæ, tantum ſecundum dona gratum facientia, 1ª. q. 43. 3.o. 3ª.c. 72.7.c

10 Dari cõuenit eſſentiæ & cuilibet perſonæ diuinæ, & à ſeipſa. 1ª.q.43.4.1m

11 Spiritusſanctus poteſt dici datum noſtrum, non autem donum noſtrum, 1ª.q.38.2.3m.

12 * Nulla creatura poteſt dare ſpiritum ſanctum, 1ª. q. 43. 8. c. ſi.

13 Nulla creatura poteſt dare ſpiritumſanctum: licet aliquis poſſet eſſe miniſter collationis eius, 1ª.q. 4. 8.ſi.* 3ª.q. 8.1.1m

14 Dare ſpiritumſanctum, dicitur dupliciter ſcilicet auctoritate, & ſic eſt tantum Dei, & miniſterio, & ſic homines. & Chriſtus ſecundum quod homo dicuntur eum dare, 3ª. q. 8 1.1m

1 ¶Peccante Dauid, populus punitur primo propter bonũ unitatis, ſecundo propter demerita populi in ſecundo Abſalõ, tertio quia populus erat poſſeſſio eius, 21æ.q.108.4. 1m.

2 * Dauid propheta ſecundum gloſam dicit ſe ſeruaſſe ordinẽ doctrinæ, quo tranſeundũ eſt à facilioribus ad difficiliora, conſtringens ſe maledicto, ſi eum non ſeruaſſet 22æ.q.189 4m.*6.2m

1 De, & ex, denotant habitudinem cauſæ efficientis, uel materialis, non autẽ formalis, uel finalis, 1ª.q.39.2.3m.* 8.c.

2 Quicquid eſt de aliquo, eſt ex aliquo, non autem econuerſo, quia, de, dicit principiũ & cõſubſtantialitatem, ex, uero, dicit principium tantum, 3ª.q.75.8.c

3 De, dicit principium conſubſtantiale efficiens, uel formale ſubſiſtens, uel materiale, 1ª.q.41.3.1m*2m.*3ª.q.32.2.c.*q. 75.8.c

1 ¶Debitum. * In communi importat ordinem exigentiæ, uel neceſſitatem alicuius ad quod ordinatur, 1ª. q. 21. 1. 3m

2 Aliquid dicitur debitum dupliciter, ſcilicet ſecundum ſe, ut finis: vel propter aliud: ut ea quo ſunt ad finem, 12æ.q.44. 1. c.

3 Debitum duplex ſcilicet naturæ: & meriti, 12æ. q. 111. 1. 2m

4 Debitũ duplex ſcilicet legale: & morale. 12æ.q.99.5. o.* 22æ. q.23.3.1m.*q.31.1.3m. *q.78.2.2m.*q.81.1.c.*q.102.2.2m* q. 106.1. 2m. * 4. 1m. * q. 114. 2. c. * q. 117. 3.1m.* q.118. 3.2m

5 Debitum duplex ſcilicet neceſſitatis: & congruitatis vel utilitatis. 12æ.q.99.5.c.*3ª.q.64.1.3m.

6 Aliquid eſt alicui debitum dupliciter ſcilicet ratione neceſſitatis: uel quia dat aliquid, 22æ.q.187.4.c

7 Debitum non minuit meritum: niſi minuat voluntarium, 1ª q.21.1.3m.* 12æ.q.114.1.1m.22æ.q.50.3.2m.*q.104.1.3m. * q.186.3.5m

8 * Deus nulli eſt debitor. 1ª.q. 21.1.4m.* 12æ.q.99.5.c.*q.111 1.2m.*q.114.1.3m

9 Deus reddit duplex debitum ſcilicet reſpectu ſuæ ſapientiæ & uoluntatis, & reſpectu creaturæ. Sed primum præſupponitur in ſecundo. 1ª.q.21.1.3m.*4.c.* 12æ q.114.1.3m

10 In Deo eſt principaliter ratio, & cauſa debiti, 22æ. q. 106. 1. c.

11 Coniuges in petendo debitum, & in aliis, ſunt æquales ſecũdum proportionem, non autem ſecundum quantitatem. 22æ.q 32.8.2m

12 Petere

12 Petere debitum à coniuge in feſto, non licet, quia eſt inhoneſtum; tamen non eſt peccatum mortale ſi ſine contemptu fiat, 22æ.q.186.9.3m.
13 Tenentur coniuges ſibi mutuo debitum præſtare, cum ſacrũ coniugium inſtitutum ſit, ut & uitetur fornicatio, & ut liberis opera detur, ſalua tamen utriuſque incolumitate. Supp.q.64.1.0
14 Cum natura mulieres ſint uerecundę, ita ut non audeãt petere debitum a uiris ſibi præſtari, tenetur uir etiam uxori non petenti debitum reddere, ſi aliquo ſigno ideam uelle perceperit. Suppl.q.64.2.0
15 Sunt uir & uxor in actu coniugij æquales quantum ad æqualitatem proportionis, non autem quantum ad æqualitatẽ quantitatis. Supp.q.64.3.0
16 Non poteſt uir aut uxor abſque mutuo conſenſu continentiam uouere, Suppl.q.64.4.c
17 Cum actus matrimonialis propter delectationẽ carnis reddat hominem ineptum ad ſpiritualia, non licet petere debitum actus matrimonij diebus ſacris, Suppl.q.64.5.0.
18 Non peccat mortaliter uir aut uxor ſi debitum diebus feſtis petat ſi tamẽ hoc faciat ſola dilectionis cauſa, grauius peccat, quam qui hoc facit, ut ſibi de lubrico carnis caueat Suppl.q.64.6.c
19 Tenẽtur coniuges etiam diebus feſtis, & quacunq; hora ſibi mutuo debitum reddere, ſalua tamen honeſtate, Suppl.q.64.7.0
1 Decimæ. * In communi. * non ſoluebãtur ex præcepto ante legem: quia nõ erant determinati miniſtri, 22æ.q.87.1.2m
2 Oblationes & decimæ in ueteri lege erant ſacramenta, non autem nunc, quia tunc erant ut figurales, nunc autem ut morales, 3a.q.65.1.7m
3 Decimæ non erant oblationes, nec ſacrificia, quia non offerebãtur Deo immediate, ſed miniſtris eius, 22æ.q.85.3.1m.
4 Decimatio eſt actus moralis, inquantum offertur ad cultum Dei, & ad ſuſtentationem miniſtrorum eius: ſed eſt figuralis, inquantum ſignificat imperfectionem dantis decimas, 3a.q.31.8.c.*q.65.1.7m
5 Præceptum de ſolutione decimarum quo ad ſuſtentationẽ miniſtrorum Dei, eſt morale, & iuris naturalis, ſed quo ad certum numerum, eſt iudiciale: ſed quo ad ſignificationẽ eius, eſt ceremoniale & quo ad Chriſtianos, eſt præceptũ eccleſiæ poſitiuum, 22æ.q.87.1.0
6 In doctrina Chriſti & apoſtolorum, continetur præceptum de decimis quantum ad id, quod eſt morale tantum, 22æ.q.87.1.2m
7 Eccleſia poteſt determinare aliam partem ad ſoluendum, quàm decimam, 22æ.q.87.1.c
8 Ius percipiendi decimas, poteſt uendi eccleſiæ, non autem laicis, licet fructus quandoque eis concedantur, 22æ.q.87.3.c.3m.*q.100.4.3m
9 Decimæ poſſunt dari in feudum, 22æ.q.87.3.3m
10 Non ſoluens decimas ubi non eſt conſuetudo, non peccat, ſi eſt paratus ſoluere, ad mandatum eccleſiæ, 22æ.q.87.1.5m
11 Decimatio nõ conuenit Chriſto, ſed cuilibet alij, quia ſignificat liberationem à peccato originali, 3a.q.31.8.0
12 Iudæi dabant decimas prędiales, non autem perſonales, 22æ q.87.2.1m
13 Iudæi dabant tres decimas ex præcepto Dei, primas miniſtris, ſicut & nunc, ſecundas in ſacrificia, quę ceſſauerunt, tertias pauperibus quę nunc plus debentur, 22æ.q.87.1.4m
14 Pauper tenetur dare decimas ſacerdoti, licet ſi diues, 22æ.q.87.3.1m.*4.4m
15 Omnes clerici tenẽtur dare decimas papæ, ſi petat, 22æ.q.87.4.3m
16 Clerici tenẽtur dare decimas de prædijs proprijs, nõ autem de prædijs eccleſiæ, 22æ.q.87.4.c.1m
17 Religioſi curati poſſunt exigere decimas, nec tamen tenenẽ dare, non curati uero econuerſo, habent tamen aliquam immunitatem, ſecundum diuerſas conceſſiones eis à ſede apoſtolica factas, 22æ.q.87.3.3m.*4.2m
18 Petens decimas, ubi non eſt conſuetudo, peccat, 22æ.q.87.1.5m.
19 Eccleſia abſtinet a decimis exigendis, in terris in quibus non eſt conſuetum decimas ſoluere, 22æ.q.45.8.5m
20 Eccleſia poteſt petere decimas ab emente rem non decimatam, & etiam à uendente, 22æ.q.87.2.4m
21 Decimæ debent dari ijs, quibus ſolent dari ſecundum conſuetudinem, licet perſonales magis côueniant eccleſiæ parochiali, prædiales uero eccleſiæ ubi eſt ager, 22æ.q.87.3.2m
22 Decimæ debent in uſus pauperum per clericos diſpenſari, 22æ.q.87.1.4m.*3.2m.*4.4m
23 Decimæ debent dari de omni re poſſeſſa ſecundum conſuetudinem ſcilicet de omni lucro prædiali, uel perſonali, & de meretricio, & hiſtrionatu, & huiuſmodi, ſed eccleſia nõ debet recipere, quamdiu ſunt in peccato, 22æ.q.87.2.0
24 Decimæ non debent dari de rapina, furto, uel uſura, nec de alijs obnoxis reſtitutioni, ſed de fructibus rei emptæ ex uſuris, 22æ.q.87.2.2m
25 Nullus tenetur dare decimas, de re ſibi ablata furto, uel rapina niſi ob culpam, ſcilicet negligentiæ, 22æ.q.87.2.4m
26 Decimæ de herbis, & alijs minimis dantur de conſilio, non autem de præcepto, ſicut nec in ueteri lege, niſi de conſuetudine patriæ, 22æ.q.87.2.3m
27 Decimæ debent dari non deductis expenſis, nec tributis, nec mercede operariorum, 22æ.q.87.2.4m
¶Decor faciei eſt periculoſus, & tamen non fuit cauſa principalis matrimonij Iacob cum Rachel, ſed fuit cauſa ſecũda, & hoc bene poteſt eſſe ſine peccato, uel quandoque eſt cum peccato ueniali, ſi autem eſſet principalis cauſa, libido pulchritudinis, tunc non excuſaretur à peccato mortali, ſi eſſet effrenata libido, 22æ.q.167.2.c.ſi.
1 ¶Defectus ſumitur dupliciter, ſcilicet priuatiue, & negatiuẽ, ſecundus eſt in omni creatura, primus autem non eſt in angelis, 1a.q.12.4.2m
2 Defectus in effectu contingit dupliciter ſcilicet defectu agentis & defectu patientis, 1a q.49.1.1.c.
3 Defectus in effectu naturæ & artis, contingit quadrupliciter ſcilicet ex defectu agentis, materiæ, formæ, & effectus, ſed in moribus, tantum ex primo, 1a.q.49.1.c.3m
4 Malum in defectu actionis ſemper cauſatur ex defectu agentis, 1a.q.49.1.2.c
5 Id quod ſequitur defectum actionis, non attribuitur agenti, niſi cum poteſt & debet agere, 1a.q.49.1.3m.*2.3m.*12æ.q.6 3.c.*q.79.1.c
6 Defectus naturæ humanę contingit dupliciter ſcilicet uel quia nondum peruenit ad ultimam perfectionem naturæ, ut in pueris, uel quia receditab ea, ut in ſenibus, 1a.q.99.1.4m
7 Defectus duplex ſequitur ex peccato ſcilicet ut pœna a iudice, uel conſequens pœnam, primus debet eſſe æqualis in peccato æquali, non autem ſecundus, 22æ.q.164.2.4m
8 Chriſtus curans corporalitatem, & paſſibilitatẽ corporis noſtri curauit omnes alios defectus noſtros, quia omnes cauſantur ex ea ſuperadditis quibuſdã particularibus cauſis, 3a.q.14.4.1m
9 Nullus defectus poteſt eſſe in Deo, 1a.q.49.2.c.*22æ.q.161.1.4m
10 *Nullus defectus reducitur in Deum, ſicut in cauſam, 22æ.q.24.10.c
11 Intellectus angeli non habet defectum, ſi defectus accipiatur priuatiue, ut ſcilicet careat eo qđ habere debet, ſi uero accipiatur negatiue, ſic quælibet creatura inuenitur deficiens Deo comparata, dum non habet illam excellentiam quæ inuenitur in Deo, 1a.q.12.4.2m.
¶Degradatio aufert ordinis executionẽ, quaſi in perpetuum, ſed excommunicatio, ſolum uſque ad emendationem, 3a q.82.8.3m
¶Deificatus prædicatur de humanitate Chriſti, non autem de homine Chriſto, 3a.q.16.3.c.2m *3.2m
1 ¶Deitas inquantum una in pluribus perſonis, conuenit cum forma nominis collectiui, 1a.q.39.5.6m
2 *Deitas non poteſt ſupponere pro perſona, 1a.q.39.5.0
1 Delectatio non eſt generatio, ſed generatum eſſe, 12æ.q.31.1.c.*q.35.1.c
2 Delectatio ſecundũ Ariſtotelem, eſt quidam motus animæ, & conſtitutio ſimul tota, & ſenſibilis, in naturam exiſtentem, 12æ.q.31.1.c
3 Delectatio eſt motus, qui eſt actus perfecti, non autẽ eſt motus, qui eſt actus exiſtentis in potentia, 12æ.q.31.2.1m
4 Delectatio eſt motus in appetitu animali, conſequens apprẽhenſionem boni naturalis, præſentis per ſenſuum, 12æ.q.31.1.3m.*q.31.1.c.2m.*q.35.1.2
5 Delectatio eſt operatio cauſaliter, nõ autem formaliter, nec eſſentialiter, 12æ.q.31.1.1m
6 Delectatio eſt paſſio animæ, 12æ.q.31.1.1.0*4.2m.*5.c.ſi.*2m *.q.35.1.c
7 *Nulla delectatio eſt quid optimum, 12æ.q.6.0
8 Obiectum delectationis eſt bonum apparens, conueniens, cõiunctum, 12æ.q.43.1.c
9 Delectatio eſt quietatio cognita in re conueniẽti, 12æ.q.11.1.3m.*q.34.1.c.*q.43.1.c
10 Delectatio eſt quies appetitus tendentis in finem, propter præſentiam eius ſed eſt motus appetitus ab appetibili præſenti immutãte appetitũ, 12æ.q.31.1.c.2m.*q.33.3.1m.*q.34 2.2m.*

a.2m.*3m.*3.3m.4.c.2m.*q.18.1.c
11 Delectatio eſt ſicut quies naturalis,ſed triſtitia eſt ſicut quies uiolenta,12æ.q.31.8.c.1m
12 Delectari de Deo in uia plene nõ poſſumus, ſicut nec Deum cognoſcere,12æ.q.44.6.0
13 Nulla delectatio eſt in carentibus omni cognitione,12æ.q.11.2.c.*q.31.1.c.*q.32.1.c.*q.35.1.c.*q.41.3.c
14 Delectatio proprie dicta eſt in Deo,12æ.q.31.4.2m
15 Delectatio diuerſimode eſt in Deo,angelis,hominibus,& brutis,12æ.q.31.4.2m
16 Delectatio eſt in appetitu ſenſitiuo, & in appetitu intellectiuo,12æ.q.30.1.c.*q.31.3.4.0.*q.33.1.c
17 Omnis delectatio eſt propriũ accidens beatitudinis,uel pars eius,12æ.q.2.6.c.*q.3.4.c
18 Cauſa proxima delectationis eſt operatio, cuius obiectum, eſt cauſa remota,12æ.q.32.1.0
19 Oportet quòd omnis delectatio,aliquam operationem conſequatur,12æ.q.32.1.0
20 Omnis operatio procedens ex habitu perficiente naturam, cauſat delectationem,12æ.q.100.9.c.3m
21 Operatio non eſt propter delectationem,ſed econuerſo,12æ.q.4.2.0
22 Delectatio eſt maior in principio operationis,quàm in proceſſu eius continuitate, quamuis forte in proceſſu operatio ſit intenſior,& hoc triplici ratione,ſcilicet primo,quia cum operatio ſit delectationis cauſa,quanto aliquid attentius operatur, tanto maior delectatio ex operatione conſurgit,homo autem in principio operationis attentior eſt ad operationem quàm in progreſſu, & ideo in progreſſu operationis quando aliquis negligentius intendit operationi, non ſentit tantam in operatione delectationem, ſecundo quia oportet in nobis delectationem eſſe ſecundum modum noſtræ naturæ,unde cum noſtra natura ſit mutabilis,non eſt nobis ſemper idem delectabile,quia iam mutati ſumus à priſtina diſpoſitione, & ſic poſt pauca, non eſt nobis conueniens quod prius conueniens erat, & ideo q prius erat delectabile,poſtea ſit minus delectabile, uel etiã triſte,& hæc eſt etiam ratio, quare continuitas uouit res, in nobis faſtidium parit: alternatio uero delectat, tertio quia cum ad delectionem requiratur conuenientis perceptio,quanto aliquid minus ſentitur,minus eſt delectabile: res autem in ſui nouitate magis ſentiuntur,quia poſtmodum earum diſpoſitio fit quaſi qualitas quædam inhærẽs ſentientibus,12æ.q.32.1.3m
23 Operatio unius poteſt eſſe cauſa delectationis in alio tripliciter ſcilicet benefaciendo, faciendo æſtimationem boni eius,& propter amorem uel odium,12æ.q.32.3.0
24 Ad delectationem requiruntur duo ſcilicet adeptio,uel coniunctio, uel præſentia boni conuenientis, & cognitio huius,12æ.q.32.0.*q.33.1.c.*q.35.1.7.c.*q.43.1.c
25 Motus eſt cauſa delectationis tripliciter, primo quia mutamur, ſecundo quia obiectum excedit tertio ratione cognitionis,12æ.q.32.2.0
26 Conſueta delectant,quia fiunt connaturalia,12æ.q.32.2.3m *8 3m
27 Raro contingentia delectant,ratione admirationis,& deſiderij,12æ.q.32 8.3m
28 Benefacere alijs eſt cauſa delectationis tripliciter ſcilicet propter ſpem,uel amorem, ratione excellentiæ, & ratione libertatis,12æ.q.32.6.0
29 Amor & concupiſcentia cauſant delectationem, ſed magis ſpes 12æ.q.32.3.3m.q.33.3.2m.*q.100 9.3m
30 Spes ratione præſentis æſtimationis delectat,ſed ratione abſentiæ,affligit,12æ.q.32.3.2m.*q 40.8.2m
31 Senſus magis delectat quàm ſpes,& hæc magis quàm memoria,quia delectatio eſt de re præſenti,12æ.q.32.3.0*22æ.q.30 1.3m
32 Vincere delectat inquantum demonſtrat propriam excellentiam,ideo omnes ludi & pugnæ delectant, propter ſpem uictoriæ, 12æ.q.32.6.3m
33 Otium,ludus,& omnia quæ ad requiem pertinet,ſunt delectabilia, inquantum auferunt triſtitiam quæ eſt ex labore 22æ.q.32.1.3m
34 Omne ſimile ratione unitatis delectat,ſed contriſtat, per exceſſum corrumpendum: uel ut impedit proprium bonum, 12æ.q.32.7.0
35 Redarguere & punire delectant,rõne propriæ excellẽtiæ, uel amoris,nõ autem propter malum alterius,12æ.q.32.6.3m
36 Dare alijs,delectat, inquantum indicat proprium bonum,ſed contriſtat inquantum euacuat illud,12æ.q.32.6.2m
37 Triſtitia eſt cauſa per accidens delectationis,inquantum facit magis ei appetit,& gg eſt ſentit 12æ.q.35.3.1m*q.48.1.c.
38 Triſtitia in præſenti cauſat delectationem inquantum repræſentat in memoria rem dilectam, ſed in præterito, quia euaſit ab aliquibus triſtibus & doloroſis,12æ.q 32.4.0
39 Dilatatio metaphorice ſumpta ẽ effectus delectationis, amoris,amoris,& deſiderij,12æ.q.33.1.0*q.37.2.c
40 Qui delectatur,conſtringit rem delectantem, dum ei fortiter inhæret,ſed cor ſuum ampliat,ut perfecte fruatur,12æ.q.33.1.3m
41 Delectio perficit operationem tripliciter ſcilicet ut finis, ut forma,& augendo, 12æ.q.4.1.3m.*q.33.4.0.*q.34 4.3m.*q 40.8 c
42 Quælibet delectatio mitigat quamlibet triſtitiam,12æ.q.35.4.2m.*3m.*q.38.1.0.*3.4.c.*5.0*q.42.1.0.*3ª.q.46.8.2m.
43 Delectatio contemplationis adiuuat uſum rationis,corporales autem impediunt tripliciter ſcilicet per diſtractionem, contrarietatem,& ligationem,12æ.q.4.1.3m.*q.33.3.0.*4.1m.*q.34.1.1m.*22æ.q.15.3.0.*q.53.6.0
44 * Delectatio maxime corrumpit æſtimatione prudentiæ, & præcipue in uenereis,quia totam animam abſorbet, 22æ.q.53.6.c.*q.55.8.3m.*q.153 3.1m
45 Delectationes ſpirituales cauſant deſiderium ſui ſine faſtidio,niſi per accidens,ratione corporis,12æ.q.33.2.0
46 Delectationes corporales ratione habitu excedentis, cauſant faſtidium,ſed ratione non habitu cauſant deſiderium,12æ q.33.2.0
47 Delectationes corporales ſunt medicinales,contra faſtidiũ, uel ſunt ægritudinales id eſt inordinate amatæ,12æ.q.31.5.c.ſi.1m.*q.1m.*q.48.1.c
48 Omnis triſtitia impedit omnem delectationem per redundantiam,ſed per ſe,impedit tantum contraria,12æ.q.33.4.2m.*3m.*6.c.ſi.*3ª.q.46.8.2m
49 Omnis triſtitia impedit aliquam operationem, inquantum eſt contraria operanti. Sed non omnis delectatio coadiuuat ad operandum. Immo extranea impedit, auertendo intentionem,12æ.q.33.3.4.c.
50 Operatio ſecundum ſe eſt delectabilis, ſed per accidens, eſt pœnoſa, & contriſtans ſcilicet ratione motus fatigantis. iõ quies eſt delectabilis per accidens id eſt remouendo contriſtans ſcilicet motum,12æ.q.32.1.3m
51 Quælibet delectatio,contrariatur cuilibet triſtitiæ ſecundũ diſpoſitionem ſubiecti,& ſecundum effectus,quia per primum natura confortatur, & per ſecundum moleſtatur, 12æ.q.35.4.2m.*3m.*q.38.1.1m
52 Delectationi conſiderationis intellectus, nulla triſtitia contrariatur ratione ſui,ſed tantum ratione obiecti,12æ.q.31 5.c.ſi.*q.32.7.2m.*q.35.5.0.*22æ.q.9.4.2m.*q.180.8.c.*3ª.q.46.7 4m
53 Dolor & triſtitia contrariantur cuilibet delectationi ſecundum genus non autem ſecundum ſpeciem,12æ.q.33.3.4.0.*q.38.1.1m
54 Delectatio poteſt eſſe integra & perfecta,non autem triſtitia ſed ſemper eſt ſecundum partem,12æ.q.35.6.c.
55 Delectatio & triſtitia de eodem contrariantur ſecundum ſpeciem,ſed de oppoſitis habent conuenientiam,& de diſparatis,ſunt diſparatæ,12æ.q.33.4.0.*5.c.*q.36.1.2m
56 Omnes fugiunt quamlibet triſtitiam,non autem omnes appetunt quamlibet delectationem,12æ.q.39.1.2m.*3.c
57 Appetitus delectationis eſt maior quam fuga triſtitiæ ſecundum,ſed per accidens, eſt econuerſo tripliciter ſ primo, quia triſtitia magis ſentitur,ſecundo ex cauſa,tertio ex effectu,12æ.q.35.6.0..*22æ.q.138.1.c
58 Delectatio magis afficit quam triſtitia, quæ magis ſentitur, 12æ.q.29.3 0
59 Omne animal appetit delectationes naturaliter, ut medicinas,contra labores ſenſuum,& motuum,12æ.q.32.7.2m. 22æ.*q.4.6.c
60 Delectatio appetitus naturalis dicitur tantum delectatio, & oppoſita paſſio dicitur dolor. Sed delectatio appetitus animalis,dicitur etiam gaudium & oppoſita paſſio,dicitur triſtitia. Primæ ſunt in qualibet potentia,ſecunda uero in cõcupiſcibili tantum,12æ.q.3 31.0.*q.33.2.7 c.*q.41.3.c
62 Iuuenes & melancholici, uehementer appetunt delectationes ſenſuum,propter laborem ſuæ naturæ,12æ.q.32.7.2m
62 Delectatio naturaliter appetitur propter ſe finaliter, non autem formaliter,nec effectiuo,12æ.q.2 6.1m.*3m.*0.34 2.2m
63 Delectatio corporalis plus appetitur,quàm ſpiritualis,per accidens,quia quidam abundant ſenſu, & deficiunt intellectu:& quia plus.bus eſt nota quàm ſpiritualis,12æ.q.2.6.a 1m.*2m.*q.31.5.c.*q.32.7 1m
64 Non omnis delectatio eſt bona,nec omnis eſt mala,ſed aliqua eſt bona & aliqua mala,12æ.q.34.2.c

65 Omnes

65 Omnis triſtitia per ſe eſt mala, licet per accidẽs poſſit eſſe bona, ſed non ois delectatio eſt bona per ſe, 3a.q.15.6.2m°3m
66 Delectatio de apparẽti bono, & uero malo, & triſtitia de apparẽti malo & uero bono, ſunt male moraliter, 12æ.q.35.1.c
67 Triſtitia eſt materia delectationis, & gaudij, per accidens tantum, & econuerſo, inquãtum triſtitiæ accidit eſſe bonum, & illis malum, 12æ.q.35.3.2m°3m
68 Delectatio non dicitur moroſa, niſi ſit cum conſenſu rationis deliberatæ, 12æ.q.74.6.3m°q.88.4.2m
69 Conſenſus rationis in delectationem cogitationis prauæ, ratione obiecti eſt peccatum mortale, ſed ratione cogitationis tantum eſt ueniale, uel nullum, puta cum aliquis cauſa diſputationis, uel cõfeſſionis, & huiuſmodi, cogitat de peccatis carnalibus, 12æ.q.31.5.c°q.74.8.0°q.88.5.2m°22æ.q.154.4.c°q.180.7.0
70 Delectatio actus coniugalis de ſe non eſt peccatum mortale, nec ueniale, 12æ.q.34.1.1m
71 Actus matrimonij propter delectationem iſtum, intra limites matrimonij eſt peccatum ueniale, ſed extra limites matrimonij, uel excludendo ordinem finis ultimi, eſt peccatum mortale, quia quando eſt peccatum luxuriæ, propter ſolam inordinationem concupiſcentiæ, ſicut cum aliqs libidinoſus accedit ad ſuam uxorem, tunc eſt diſtinguendũ, quia quandoque eſt talis inordinatio, quæ excludit ordinem finis ultimi, puta cum aliquis tantum concupiſcit delectationem ueneream, quod ab ea non abſtineret propter præceptum Dei: & q illam mulierem cognoſcere uellet, uel uitam aliam, præter matrimonij legem, & ſic eſt peccatum mortale: quia concupiſcentia nõ refrenatur intra limites matrimonij, aliquando uero inordinatio concupiſcentiæ non tollit ordinem ultimi finis, quando. ſ. aliquis, etſi ſuperabundet in concupiſcentia delectationis ueneræ, tamẽ potius ab ea abſtineret quam contra Dei præceptum ageret, nec iſtam mulierem, aut aliam cognoſceret, ſi ſua uxor nõ eſſet: & tunc concupiſcentia ſiſtit intra limites matrimonij, & eſt peccatum ueniale. Manifeſtum eſt enim quòd in quibuſdam peccatis eſt quidam aliqua inordinatio. nõ tamen per contrarietatem ad ultimum finem. ſed ſolũ circa ea quæ ſunt ad finem: inquantum plus uel minus debito eis intenditur, ſaluatio tamẽ ordine ad ultimum finẽ, puta cum homo, & ſinimis ad aliquam rem temporalem afficiatur, non tñ pro ea uellet Deum offendere, aliquid cõtra præceptum eius faciendo, 12æ.q.87.5.c°22æ.q.68.3.a
72 Delectatio duplex. ſ. carnalis. i. quæ completur ſenſu carnis. ſ. ciborum & uenereorum: & ſpiritualis. i. quæ completur ſola apprehenſione animæ, 22æ.q.118.6.c°q.123.8.a
73 Delectatio corporalis. i. ſecundum ſenſum, eſt uehementior quo ad nos, ſed delectatio ſpiritualis eſt ſimpliciter maior firmior, & dignior, 12æ.q.6.c°q.31.5.0°q.38.4.c°22æ.q.141.4.4m°q.180.7.c
74 Delectatio corporalis uocatur uoluptas, quia pluribus eſt nota quam ſpiritualis, 12æ.q.2.6.c
75 Delectationes corporales indigent temperari, & refrenari p rationem, non autem ſpirituales: quia nõ ſunt ſecundum mentem, quæ eſt regula, ideo ſecundum ſe ſunt ſobriæ, & moderatæ, 12æ.q.31.5.3.5m°22æ.q.141.4.4m.
76 Nullus diu poteſt eſſe ſine delectatione, ideo carens delectationibus ſpiritualibus, tranſit ad carnales, 22æ.q.35.4.2m°q.110.1.3
77 Delectatio ſpiritualis eſt tota ſimul, non autẽ corporalis, 12æ q.31.2.0°5.c.ſi.
78 Delectatio ſecundum eſt maior utilitate, & ſimpliciter, & naturalior, quàm ſecundum alios ſenſus, ſed delectatio ſecũdum uiſum, eſt maior ratione cognitionis, 12æ.q.31.6.0.°22æ.q.15.3.c°q.141.4.c.3m°7.c
79 Delectatio contemplationis excedit omnem delectationem humanam, 12æ.q.3.5.c.ſi.°q.38.4.c°22æ.q.180.7.0
80 Delectatio uitæ contẽplatiuæ eſt nobilior cõuenientior nobis, purior & perfectior, quam uitæ actiuæ, 22æ.q.182.1.c
81 Delectatio contẽplationis in uia, eſt imperfecta reſpectu contemplationis in patria, 22æ.q.180.7.3m
82 Contẽplatio diuinorum in uia, eſt maioris delectationis quacumque contemplatione alterius rei, 22æ.q.180.7.3m
83 Delectatio ſecundum uoluntatem eſt menſura & regula omnis actus moralis, non autem delectatio ſecundũ ſenſum, 12æ.q.34.4.0
84 Delectatio ſenſibilis fuiſſet maior & purior ante peccatum, quam poſt: ſicut delectatio temperati, quam intemperati, 1a.q.98.2.3m
85 Delectatio eſt prior amore, & illudeſiderio, ſecundum rationem finis, ſed ordine generationis, eſt econuerſo, 12æ.q.25.2.c.3m°q.34.4.1m.

86 Delectatio contrariatur delectationi, de obiecto contrario, 12æ.q.31.8.0
87 Differentia inter delectationem, gaudium, exultationẽ, lætitiã, hilaritatem, & iocunditatem, 12æ.q.31.3.0°q.35.2.a
88 Delectatio eſt in tempore per accidẽs tantum. ſ. ratione tranſmutationis adiunctæ, 12æ.q.31.2.0
89 Delectatio dupliciter ſunt innaturales. ſ. quæ ſunt contra rationem, & quæ ſunt contra naturam communem, 12æ.q.31.3.c°7.0
90 Delectari propter ſe formaliter, licitum eſt in omni delectabili, ſecundum ſuam formam: non autem finaliter, 12æ.q.70.1.2m
91 Delectatio non eſt finis charitatis, ſed magis uiſio, cui conſequitur, 12æ.q.4.2.3m
¶ Delitioſi dicuntur qui non poſſunt ſuſtinere aliquos labores, nec aliquid minuens delectationem, 22æ.q.138.1.2m
1 ¶ Delictum communiter ſignificat quamcunque omiſſionẽ, ſed ſtricte omiſſionem pertinentium ad Deum, uel quando ſcienter & cum contemptu omittit homo id quod facere debet, 22æ.q.79.4.1m
1 ¶ Dæmones, ſecundum Apuleium, ſunt corpore aerea, animo paſſiue, mente rationalia, tempora æterna, 1a.q.51.1.1m°q.115.5.c
2 Dæmones ſecũdum Porphyrium ſunt natura fallaces, & ſenſitiui, 1a.q.63.4.1m
3 In dæmonibus eſt ordo, 1a.q.109.1.0
4 Nomina aliquorum ordinum ſunt in Dæmonibus, non tamen ſeraphin, nec throni, nec dominationes, 1a.q.63.7.1m°9.3m°q.109.1.3m
5 Ordinatio Dæmonum eſt facta ex parte Dei, non autẽ ex parte ipſorum, 1a.q.109.1.3m
6 °Dæmones uigent acumine ſcientiæ, & lumen intellectuale in eis eſt perſpicuum, 1a.q.64.1.0
7 Error eſt intellectus Dæmonum ſolum reſpectu ſupernaturalium, 1a.q.58.5.0
8 Dæmones cognoſcunt ueritatem tripliciter. ſ. per naturã, reuelationem, & experientiam, 1a.q.64.1.5m.°22æ.q.172.5.1m°6.0
9 Cognitio ueritatis per naturam & per gratiam, tantum ſpeculatiua eſt, in Dæmonibus, non autem producens amorẽ Dei, 1a.q.64.1.0
10 Boni angeli reuelant aliqua Dæmonibus, 1a.q.64.1.c.5m°q.109.4.1m°22æ.q.172.6.1m°3m
11 Reuelationes a bonis angelis factæ Dæmonibus, ſunt illuminationes ex parte angelorum, quia ordinãt eas ad Deum, non autem ex parte Dæmonum, 1a.q.109.4.1m
12 Reuelatio beatorum angelorum facta Dæmonibus, non eſt per modũ illuminationis, ſed locutionis, 22æ.q.172.5.2m.
13 °Dæmones cognoſcunt futura contingentia, 1a.q.57.3.c°q.86.4.2m
14 Illuminatio non eſt in Dæmonibus, ſed conceptus ſuos manifeſtãt p modũ locutionis, 1a.q.109.3.0.°22æ q.172.5.2m
15 Dæmon non habet cognitionem matutinam, nec ueſpertinam, ſed nocturnam, 1a.q.64.2.3m
16 Dæmones cognoſcebant Chriſtum eſſe Meſſiam promiſſum in lege, non autem diuinitatem eius, niſi per coniecturas, 1a.q.64.1.4m°3a.q.41.1.1m°q.44.1.2m°q.47.5.c
17 Dæmon prohibebatur uirtute diuina ab inueſtigatione beatæ Mariæ, nec nouerat diuinitatum Chriſti, ſed confitebatur ſuſpicando, 3a.q.29.1.3m°q.42.1.1m°q.44.1.2m°q.47.5.c.
18 Dæmones ſciunt ſe damnatos in perpetuum, 22æ.q.18.3.a
19 Liberum arbitrium Dæmonum eſt obſtinatum in malum principaliter ex iuſtitia Dei non dantis gratiam, ſecundo ex indiuiſibili appetitu eorum, tertio ex cognitione intellectiua, quia non poſſunt deponere æſtimationem ſemel habitam, 1a.q.64.2.0
20 Omnis motus liberi arbitrij Dæmonũ eſt inordinatus, nec poſſunt ſe præparare ad gratiam, 1a.q.64.2. m
21 Dæmones poſſunt facere actum bonum ex genere, ſed nullo modo ex bona uoluntate. 1a.q.64 2.1m
22 Dæmones non ſunt naturaliter mali, ſed propria uoluntate. 1a.q.63.4.0°q.67.3.3m
23 Natura Dæmonum eſt bona, ſed uoluntas eorum eſt mala, cuius maliciæ ipſi ſunt cauſa, 1a.q.64.3.3m
24 Omnis actus naturæ Dæmonum eſt bonus, & actus uoluntatis eius eſt malus, 1a.q.64.2.3m
25 Dæmones non diligunt ſe mutuo, licet concordiam habeãt in malo, 1a.q 102.2 2m
26 Nulla paſſio ſenſitiua eſt in Dæmonibus, ſed timor & dolor uoluntatis, eſt in eis, 1a.q.63.2 2m°q.64.3.0
27 Furor, phantaſia, & concupiſcentia, non ſunt in Dæmonibus, niſi metaphorice, id eſt uelle inordinate, 1a.q.54.5.3m.°q.

 58.2.h.°

q.5.a.6.*q.59.4.2m.

28 Dæmon eſt caput omnium malorum, non influxu interiori, ſed gubernatione exteriori, in qua omnes aueruntur a Deo 3ª.q.8.7.8.o

29 Dæmon & Antichriſtus ſunt tantum unum caput malorum; quia Antichriſtus dicitur caput, quia in eo erit pleniſſime malitia diaboli, 3ª.q.8.8.1m

30 Dæmones non meruerunt beatitudinem, ſed ſtatum præbuerunt impedimentum eius, 1ª.q.63.5.4m*6.o

31 Omnes Dæmones ſimul peccauerunt, & tanto grauius quanto ſuperiores, 1ª.q.63.8.1m*3m*12æ.q.24.3.3m

32 In omnibus quæ agunt Dæmones propria uoluntate, peccant mortaliter, 1ª.q.64.2.3m*12æ.q.89.4.o

33 Peccatum Dæmonis durat adhuc ſecundum appetitum, non autem ſecundum æſtimationem, 1ª.q.62.1.3m

34 Primum peccatum Adæ, uel Dæmonum nõ fuit blaſphemia in ſpiritum ſanctum, licet potuerit eſſe, 22æ.q.163 4.3m

35 Omnia peccata ſunt in Dæmonibus ſecundum reatum, ſed tantum ſpiritualia, ſecundum effectum, 1ª.q.63.2.o

36 In Dæmonibus non fuit labor, nec tedium, nec accidie peccatum, 1ª.q.63.2.2m

37 *In Dæmonibus non ſunt propriè niſi duo peccata, ſ. ſuperbia, & inuidia, 1ª.q.63.2.o

38 Dæmones non afficiuntur peccato carnali, ſed tentant ex inuidia, 1ª.q.63.2.1m*2

39 Dæmon tentauit primos parentes ex inuidia, 1ª.q.63.2.o

40 Dæmon non potuiſſet tentare hominem in ſtatu innocentiæ, ſuggeſtione interiori, quia per hanc immutatur phantaſia, 12æ.q.165.2.2m

41 Dæmon tentans primos parentes promiſerat Adæ, quod ſciret bonũ & malũ, ſed nõ ſoluit promiſſum, 22æ.q.163.2.o

42 Dæmon tentans primos parentes non potuit ſumere formã quam uoluit, ſed tantum ſerpentis, 22æ.q.161.2.3m

43 Tentare ad nocendum eſt proprium dæmonum, ſed mundus, & caro, tentant instrumentaliter, Deus autem tẽtat, ſ. faciendo ſciri uirtutem tentati, 1ª.q.114.2.o*22æ.q.97.1.c

44 Impugnatio Dæmonum eſt ex malitia eorum, ſ. ex ſuperbia, & inuidia, ſed ordinatio eius, eſt a Deo, 1ª.q.64.4.c*.queſt. 114.1.o

45 Dæmones dupliciter impugnant homines, ſ. inſtigando ad peccatum, & puniendo, ſecundo modo mittuntur a Deo, non autem primo modo, 1ª.q.114.1.1m

46 *Tentatio dæmonum non ſemper eſt peccatum, quia uitari non poteſt ſicut uitari poteſt tentatio carnis ideo tentatio carnis ſine peccato eſſe non poteſt, ut patet per gloſſam, 12æ q.80.3.3m*3ª.q.31.1.3m

47 Dæmones maxime gaudent de peccato luxuriæ, propter difficultatem euadendi, 12æ.q.73.5.2m

48 Omnia peccata ſunt ex ſuggeſtione dæmonũ indirectè, non autem directè, 1ª.q.63.2.c*q.114.3.o*12æ.q.80.4.o*3ª.q. 8.7.3m

49 Dæmones non ſunt cauſa peccatorum noſtrorum, niſi indirectè, ſ. perſuadendo, uel proponendo aliquod appetibile, 12æ.q.75.3.o*q.80.1.o*3ª.q.8.7.o

50 Dæmon poteſt impedire uſum rationis, ſi permittatur, ideo poteſt ſufficienter impellere in actum peccati, non autem in peccatum, 12æ.q.80.3.o

51 Dæmones inducunt ad peccatũ interius operando, ſ. in phantaſiam, & in appetitum ſenſitiuum tantum, 12æ.q.80.2.o.

52 Dæmon non ſtatim tentat hominem ſpiritualem, de grauibus peccatis, 3ª.q.41.4.c

53 Dæmones uicti non ceſſant a tentatione aliorum, nec eiuſdẽ ſemper, ſed ad tempus, 1ª.q.114.5.o

54 Remedium ſemper eſt paratũ hominibus contra dæmones, ex paſſione Chriſti, etiam tempore Antichriſti, 3ª.q.49.2. 2m.*.3m

55 Dæmones fingunt ſe eſſe animas defunctorum, ut inducant in errorem, uel etiam diuina diſpenſatione apparent animæ defunctorum: nam ſecundum Auguſtinum, non eſt abſurdum credere, aliqua diſpẽſatione permiſſum fuiſſe, ut non dominante arte magica uel potentia, ſed diſpenſatione occulta, quæ phitoniſſam & Saulem latebat: ſe oſtenderet ſpiritus iuſti aſpectibus regis, diuina eum ſententia percuſſurus, uel non uere ſpiritus Samuelis a requie ſua excitatus eſt, ſed aliquod phantaſma, & illuſio imaginaria, diaboli machinationibus facta, quam ſcriptura Samuelem appellat, ſicut ſolent imagines rerum ſuarum nominibus appellari, 1ª.q.89.8.2m*q.117.4.2m*22æ.q.95.4.2m*queſt. 174.5.4m

56 Non licet habere familiaritatem cum dæmone, nec requirere ueritatem ab eo, ad cognitionem occultorum, ſ. de iis quæ excedũt facultatem & cognitionem humanam, nec a dæmonibus auxilium implorare, quia eſt apoſtaſia a fide (ſecundum Auguſtinum,) 1ª.q.114.4.c.2m*22æ.q.90.2.3.o.*q.95.o*q.96.o

57 Dæmon ueritatem dicit, ut decipiat, 1ª.q.64.2.5m

58 Dæmones faciunt aliquas leuitates, ut ſint familiares hominibus, quos conantur decipere, 1ª. q.89 4.3m.*.12æ.q.89. 4.3m.

59 Quærere aliquid a dæmone, ſponte occurrente licet, propter utilitatem aliorum, maxime quando uirtute diuina compelli poteſt ad dicendum uera, ſicut Chriſtus fecit. Nam & Beda dicit, non uelut inſcius dominus inquirit, ſed ut confeſſa peſte, quam tolerabat miſerus curationis gratius emicaret, & ſicut Iacobus, & Simon, & Iudas fecerũt, non autem licet dæmonem inuocare ad auxilium uel cognitionẽ occultorum inquirendo ab ipſo, 22æ.q.90.2.c.6.*3.b*q.95.4 1m*3m.*q.96.2.3m.6.

60 Inuocantes dæmonem peccant mortaliter, & ſunt apoſtatæ à fide (ſecũdum Auguſtinum) propter pactum initum cũ dæmone, tacite uel expreſſe, uel uerbotenus ſi inuocatio interſit, uel facto aliquo, etiam ſi ſacrificia deſint, 22æ. q.96. 2.3m.6.

61 Dæmones alliciuntur diuerſis generibus herbarum, animalium, carminum, & rituum, ut ſignis, non autem ut rebus, 1ª.q.115.5.3m*22æ.q.85.2.2m*q.96.2.o

62 Dæmones uocati ſub certa conſtellatione, ueniunt: licet non ſubſint cœlis, nec alicui uirtuti corporali, ut ducant in errorem: uel quia coguntur a ſuperioribus Dæmonibus, 1ª.q. 115.5.o

63 Dæmones uocati ſub certa conſtellatione, ueniunt: quia ſciunt illius uirtuti iuuare ad effectum requiſitum, 1ª. q. 115.5.2m

64 Dæmones plus uexant lunaticos in augmento lunæ, ut eam infament: & quia tunc cerebrum eſt ſic diſpoſitum per lunam, 1ª.q.11 .3.1m

65 Dæmones maxime anhelant ad hoc: ut eis exhibeatur cultus diuinus, 22æ.q.85.2.3m

66 Deus nõ eſt in dæmone nec in peccatore ſimpliciter: ſed ut eſt creatura: uel addendo per eſſentiam, præſentiam & potentiam, 1ª.q.8.1.4m

67 Dæmon habet poteſtatem aliquam in homine: ex hoc quod ſubditur peccato originali, uel actuali, 3ª.q.71.2.c.2m

68 Nullus ante paſſionem Chriſti potuit euadere manus dæmonum, quin deſcenderet ad infernum, 3ª.q.49 2.2m* 5.1m* q.52.5.2m*6.2m

69 Dæmon etiam nunc poteſt Deo permittente homines tentare quantum ad animam: & uexare quantum ad corpus, 3ª q.49.2.2m

70 Idem dæmon poteſt recipere ſemen uiri, & transfundere in mulierem: & generabitur homo, qui erit filius uiri, & non dæmonis, ſicut & aliarum rerum ſemen aſſumunt, ſecundum Auguſtinum, 1ª.q.51.3.6m

71 *Dæmones nõ permittuntur facere omnia quæ poſſunt naturaliter, nec datur eis poteſtas faciendi aliquid, ſupernaturaliter, 1ª.q.114.4.2m*3ª.q.19.1.3m*q.73.4.c.3m

72 Et ſi dæmones animam alicuius ſancti euocare non poſſint, neque cogere ad aliquid agendum: poteſt tamen hoc fieri diuina uirtute ut dum dæmon conſulitur, ipſe Deus per ſuum nuncium, ueritatem enunciet: ſicut per Heliã reſpõdit, 22æ.q.174.5.4m

73 Dæmones frequenter apparent in figuris beſtiarũ: quæ deſignent conditiones eorum, ex prouidentia & permiſſione Dei: ſicut in figura ſerpentis, cum eſſet tamen in Dæmone decipiendi cupiditas (ſecundum Auguſtinum.) 22æ.q.165. 2.3m.

74 Poteſtas duplex dæmonis. ſ. quæ ſufficienter impellit in actũ peccati, ſed non in peccatum. & quæ trahit ad ſupplicium. 12æ.q.80.3.o

75 Dæmones non poſſunt producere effectus qui non ſunt in poteſtate alicuius uirtutis naturalis actiuè, ut ſuſcitare mortuos, & huiuſmodi, niſi in præſtigio. 1ª.q.91.2.1m*3m *q.114.4.c.2m

76 Dæmones poſſunt uere naturales effectus producere, ſed mediantibus agentibus naturalibus, 1ª.q.113.4.c.2m*q.115.5 1m*q.117.3 c

77 Dæmones nullam formam poſſunt influere in materiam: niſi mediante agente naturali: ſed ſolus Deus, 1ª.q.91.2.c *q.105.1.1m*q.114.4.c.2m

78 Dæmon poteſt dupliciter facere aliquid apparere aliud quã ſit. ſ. immutando alicuius phantaſiam interius, & alios corporeos ſenſus: uel exterius aliquod corpus formando, 1ª. q.114.4 2m

79 Pluuia & uenti, & quæcunq; ſolo motu locali fiunt, poſſunt

cauſari

uexari à dæmonibus, 12æ.q.80.a.2
80 Chriſtus ſufficienter probauit quadrupliciter quòd expelleret dæmones per uirtutem Dei, & non per uirtutem dæmonum: primo per hoc quod ſathanas contra ſeipſum non diuiditur: ſecundo exemplo aliorum, qui dæmonia eijciebant per ſpiritum Dei: tertio quia dæmonium expellere non poſſet, niſi ipſum uiciſſet uirtute diuina: quarto quia nulla conuenientia in operibus nec in effectu erat ſib. & ſathanæ: cum ſathanas diſpergeret, quos Chriſtus colligebat, 3ª.q.43.a.3m
81 Chriſtus permiſit dæmones intrare porcos, & affligere illũ quem liberauit, triplici ratione: ſcilicet ut inſtruat magnitudinem nocumenti dæmonum qui hominibus inſidiantur: ut omnes diſcerent, quod nec aduerſus porcos audent aliquid facere, niſi ipſe conceſſerit: & ut oſtenderet quàm grauiora in illos homines operati eſſent, quam in illos porcos, niſi eſſent diuina prouidentia adiuti, 3ª.q.44.a.4m
82 Dæmones ſuperiores expellunt inferiores corporaliter, non autem à dominio animæ: ſed Chriſtus utroque modo expellit utroſque, 3ª.q.43.a.3m
83 Locus duplex debetur dæmonibus: ſcilicet aer caliginoſus, cauſa exercitandi homines uſque ad diem iudicij: & infernus, ratione pœnæ. 1ª.q.64.a.4
84 Dæmones ubicunque ſint habent ſemper ſecum infernum: nec diminuitur pœna eorum ex receſſu, 1ª.q.64.4.3m.
85 Pœna dæmonum in nullo mitigatur per poteſtatem puniendi alios, 1ª.q.109.a.3m
¶Dæmoniaci neſciunt quid loquantur quando dæmon loquitur in eis, ſicut nec ſerpens quo diabolus tentauit Euã: nec aſina qua Angelus locutus eſt Balaã. 22æ.q.165.a.4m.
1 ¶Demonſtratio duplex ſcilicet propter quid, idest, per cauſam, & ſigni, ideſt, per effectum, 1ª.q.2.a.c
2 Demonſtratio duplex ſcilicet ad ſenſum & ad intellectum, 1ª q.13.a.3m
3 Ex quolibet effectu notiori, poteſt demonſtrari propriã eius cauſam eſſe, 1ª.q.2.a.2.c.3m
4 Unius concluſionis eſt tantum unum medium demonſtratiuum: ſed multa probabilia, 1ª.q.47.a.3m
DEMONSTRATIO quælibet, fit ab aliquo habente ſe per modum formæ: non autem ſemper a forma, 1ª.q.13.11.c.°q.37.a.c
2 Tranſcendentia denominant ſeipſa, non autem formæ ſpeciales, 12æ.q.55.4.1m
3 Agens denominatur ab actione, non autem ab effectu, niſi ſit de intellectu actionis. 1ª.q.37.a.c.2m
4 °In reſpectiuis, fit denominatio ab extrinſeco, non autem in abſolutis, 1ª.q.6.4.c.°q.73.a.c.°12æ.q.7.a.1m
5 Omnia quæ habent ordinem ad aliquid unum, licet diuerſimode, denominari poſſunt ab eo, 1ª.q.60.1.c
1 ¶Denunciatio ſemper debet fieri in peccatis occultis præcedente ſecreta admonitione, niſi mora ſit periculoſa, 22æ.q.33.7.0
2 In denunciatione, non requiritur ſcriptura: quia denuncians non obligat ſe ad probandum: nec punitur non probans, 12æ.q.68.a.
1 Depoſitum datur ad utilitatem dantis: ſed mutuum ad utilitatem accipientis, 12æ.q.105.a.5m.°22æ.q.62.6.c
2 Lex uetus bene ordinauit de mutuis, & de depoſitis, 1ª.q.105.a.4m.°5m
3 Depoſitus gladius non debet reſtitui furioſo. 22æ.q.51.4.c.°q.57.a.1m.°q.62.5. .°q.120.1.c
4 Furans ſuum depoſitum peccat: & tenetur releuare grauamen depoſitarij, 22æ.q.66.3.3m.°5.3m
5 Depoſitum amittens ſine culpa, non tenetur reſtituere, 12æ.q.105.2.5m.22æ.q.62.6.c.
1 ¶Deriſio de re notabili eſt peccatum mortale, & eſt grauius quàm contumelia: ſed grauiſſimum deriſio Dei: ſecundo parentum, tertio iuſtorum. 22æ.q.75.2.0
2 Deriſio ſecundum rationem ſuam eſt minus graue peccatũ detractione, & contumelia: licet quandoque ſit e conuerſo 22æ.q.75.a.3m
3 Recidiuans, & ſimulans, ideſt, fictus, non deridens Deum expreſſe, ſed interpretatiue, 22æ.q.75.a.2m
DESCENDERE Chriſtum ad inferos, fuit conueniens, 3ª.q.52.a.°4.c
1 Chriſtus per ſuum effectum deſcendit uſque ad infernum damnatorum. 3ª q.52.2.c.
3 Chriſtus per eſſentiam deſcendit tantum ad limbum patrũ, ſed per ſuum effectum deſcendit ad quemlibet infernum, 3ª q.52.2.0
4 Chriſtus deſcendens illuminauit limbum patrum, quo ad eos tantum, 3ª.q.52.2.1m
5 Chriſtus poſt mortem ſtatim deſcendit, & ſtatim liberauit iuſtos qui erant in limbo, 3ª q.52.4.1m.°5.3m
6 Chriſtus deſcendens nullum damnatum liberauit de inferno, nec de limbo puerorum, nec de purgatorio: ſed tantũ omnes iuſtos, 3ª.q.52.5.6 7.8.0
7 Chriſtus deſcendens in infernum damnandos confutauit de eorum incredulitate: ſed purgandis dedit ſpem gloriæ 3ª.q.52.2.c.3m.°6.1m
8 Chriſtus deſcendens ad inferos liberauit a purgatorio ſufficienter purgatos, uel qui dum hic uiuerent, hoc meruerunt per fidem & dilectionem & deuotionem ad mortem Chriſti. 3ª.q 52.4.2m
9 Chriſtus deſcendens ad inferos operatus eſt in uirtute paſſionis ſuæ, confringendo uectes, i. impedimenta impedientia partes exire, 3ª q.52.4.2m.°3.6.7.c.°8.c.3m
10 Deſcenſus duplex conuenit Chriſto ſcilicet de cœlo ſecundum deitatem, non quidem motu locali, ſed incarnatione ſecundum exinanitionem, & ad inferos, ſecundum animam qui eſt motus localis, & conuenit Chriſto ſecundũ conditionem humanæ naturæ, 3ª.q.57.2.2m
11 Chriſtus ſecundum animam tamdiu fuit in inferno, ad quẽ deſcẽdit, quamdiu corpus eius fuit mortuum, 3ª.q.52.4 a
12 In myſterio incarnationis non conſideratur aſcenſus quaſi alicuius præexiſtentis, & proficientis, ſed deſcenſus uerbi, ad imperfectionẽ noſtræ naturæ, 3ª.q.33.3.3m.°q.34.1.1m
13 Chriſtus poſtquam aſcendit, aliquando deſcendit de cœlis ad terram, 3ª.q.17.6.3m
14 Deſcribuntur aliqua in libris materialibus, ad ſuccurrendũ memoriæ, 1ª q.24.1.c
¶Deſerere gregẽ ſibi cõmiſſum procedit uel ex timore male humiliante, uel ex amore male inflammante, uel ex amore ſalutis propriæ, ut ſi prælatus ſolus quæratur, 22æ.q.72 3.c.
¶Deſertũ ° Nullus de filijs Iſrael natus in deſerto, mortuus eſt ibi, 3ª.q.70.4 3m
1 ¶Deſiderium dicitur dupliciter ſcilicet appetitus rei non habitæ, & intenſio affectus tollens faſtidium, 12æ.q.33.2.c
2 Deſiderium eſt de bono non habito, ſed amor eſt de bono abſolute, 1ª.q.20.1.c 2m
3 Deſiderium, ſpes, amor, & odium, ſunt aliquo modo in carẽtibus cognitione: non autem timor, nec deſperatio, 12æ.q.41.3.c
4 Deſideriũ proprie eſt in appetitu ſenſitiuo, & in appetitu rationali, 12æ.q 30.1.2m
5 Deſiderium eſt in concupiſcibili, 12æ.q.23.2.c. 1ª.q.40.1.6.0.c.
6 °Deſiderium naturale rationis creaturæ, eſt ad cognoſcendũ, genera, ſpecies & rationem omnium rerum: non autem omnia indiuidua uel futura contingentia, quę ſolus deus in ſua æternitate cognouit 1ª.q.12.8.4m.°q.14.13.0
7 Omne quod naturaliter deſideratur ab homine, naturaliter cognoſcitur ab eo, 1ª.q.2.1.1m.°q.63.3.c
8 °deſiderium animæ beatæ, quieſcit ex parte appetibilis, non autem ex parte appetentis, 12æ.q.4.5.5m
9 Ineſt unicuique rei naturale deſiderium, ad conſeruãdum ſuum eſſe 1ª.q.5.2.3m.°.m.°q.63.3.c.°q 104.2.3.0
10 deſiderium quodammodo facit deſiderantem aptum & paratum ad ſuſceptionem deſiderati, 1ª.q.12.6.c.fi.
1 ¶Deſperatio non importat ſolam priuationem ſpei ſed receſſum a re deſiderata, propter impoſſibilitatem aſtimatã, 12æ.q.40.4.3m
2 deſperatio non reſpicit malum ſub ratione mali, ſed per accidens quandoque inquantũ facit impoſſibilitatem adipiſcẽdi: ſed poteſt eſſe ex ſolo exceſſu boni, 12æ.q.40.4.1m
3 deſperatio eſt peccatum in appetitu, 22æ.q.20.1.0.°2.c
4 deſperatio eſt minus graue peccatum infidelitate, & odio dei: ſed periculoſius, 22æ.q.20.3.0
5 deſperatio poteſt eſſe ex infidelitate, 22æ q.20.2.0
6 deſperatio principaliter cauſatur ex accidia, ſeu triſtitia, & negligentia: ſecundo ex luxuria, 22æ.q.20.4.0
7 °deſperatio eſt prior timore, ſicut ratio & cauſa eius ideo timor conſequitur deſperationem uincendi, 12æ.q 45.3 c.
8 deſperatio oritur occaſionaliter ex timore dei & horrore peccatorum, non autem directe, 22æ.q.10.1.2m
9 deſperatio in damnatis non eſt culpa, ſed pars damnationis: ſicut nec in uiatore, de re, non nata haberi 22æ.q 2. 3m
1 DESPONSATIO beatæ Mariæ, fuit facta duodecim rationibus ſcilicet ne Chriſtus ab infidelibus, tanquam illegitime natus abijceretur, ut conſueto modo eius genealogia, per uirum deſcriberetur: & ad tutelam pueri nati, ne diabolus contra eum uehementius nocumenta procuraſſet. Et ut à Ioſeph nutriretur & per hoc beata uirgo redderetur

immunis a pœna ne.ſ. lapidaretſ a Iudæis,tãquã adultera: & ut per hoc ab infamia liberaretur:& ut ei Ioſeph miniſterium exhiberet: & teſtimonio Ioſeph comprobatum eſt Chriſtum ex uirgina natum:& uerba uirginis matris magis credibilia redduntur,ſuam uirginitatem aſſerentis: & ut tolleretur excuſatio uirginibus: quæ propter ſuã in cautelam,nõ uitant infamiam:& per hoc ſignificatur uniuerſalis eccleſia:quæ cum uirgo ſit, deſponſata tamen eſt uni uiro Chriſto:& quod mater domini fuit deſponſata & uirgo:in perſona ipſius & uirginitas & matrimonium honoratur,contra hæreticos, alteri horum detrahentes. 3^a.q.29.1.o

¶Deſtinare eſt dirigere aliquid in aliquid: uel mente proponere,1^a.q.23.1.c.*2.2^m

1 ¶Detractio quę eſt occulta maledictio,ad denigrationem famæ,per impoſitionem falſi,per adauctionem mali,per reuelationem mali occulti,& per deprauationem intentionis de ſe eſt peccatũ mortale: ex leuitate uero,eſt ueniale,niſi ſit de graui: ſed propter bonum cum debitis circũſtantijs, nullum eſt peccatum,22^æ.q.73 1.2.o*q.74.1.o*q.7?.1.c

2 Detractio non eſt filia iræ,ſed inuidiæ.22^æ.q.73.3.3^m

3 Detractio contrariatur adulationi, quo ad ea quæ dicuntur: licet utrunque ſit malum,non autem quo ad finem: quia prima intendit infamiam:ſecunda uero delectationẽ.22^æ q.115.1.3^m

4 Diligens & inſidioſa inquiſitio eorum quæ ab alijs fiunt, ordinatur ad aliquid noxium.ſ.ad detrahendum proximo. 22^æ.q.167.2.c.3^m fi.

1 ¶Deuotio eſt ſpiritualis actus uolũtatis, prompte tradendi ſe ad famulatum Dei,22^æ.q.82.1.o.*1.c.*q.83.3.1^m

2 Deuotio eſt principalis actus religionis uirtutis,22^æ.q. 82.2 2.o*q.83 3.1^m*15.c.*q.104.3.1^m

3 Deuotio eſt pinguedo animæ cauſata a charitate,& cõſeruãs eam,22^æ.q.82.2^m*3.c

4 Cauſa deuotionis triplex.ſ. extrinſeca & principalis,ſ. Deus: & intrinſeca duplex.ſ.contemplatio bonitatis Dei, & beneficiorum eius,& conſideratio propriorum defectuũ excludens præſumptionem,22^æ.q.82.3.o.4.c

5 Conſideratio eorum quæ ſunt apta excitare dilectionẽ Dei, cauſat deuotionem: ſed conſideratio diſtrahentium mentem a diuinis:impedit eam.22^æ.q.82.3.2^m

6 Ea quæ pertinent ad humanitatem Chriſti maxime excitant deuotionem manducendo,licet deuotio ſit circa ea q̃ ſunt diuinitatis,uel etiam utrunque.22^æ.q.82.3.1^m

7 Deuotio primo & per ſe cauſat delectationem & lætitiam, ſecundario autem & per accidens, cauſat triſtitiam.22^æ. q. 82.4.o

8 Qui ſemel orat deuote, remanet deuotior p plures dies. 22^æ. q.83.14 4^m*q.171.2.2^m

9 Menſes ſemel ad deuotionem excitata,facilius poſtea ad deuotionem priſtinam reuocatur, ideo ad hoc orationes crebræ ſunt neceſſariæ.22^æ.q.171.2.2^m

10 Deuotio ad ſanctos non terminantur ad eos, ſed tranſit in Deum,deuotio uero ad dominos tẽporales, eſt alterius rationis,22^æ.q.82.2.3^m

11 Deuotio abundat in ſimplicibus mulieribus propter humilitatem elationem comprimendo, ſed ſcientia, & quælibet perfectio ſubiecta Deo,auget deuotionem.22^æ.q.82.3.3^m

1 ¶Eſſe proprie conuenit Deo,1^a.q.13.11.o

2 Deum eſſe demonſtratur multipliciter.1^a.q.2.3.o

3 Deum eſſe eſt demonſtrabile per effectus a poſteriori tãtum. 1^a.q.2.1.c fi.*2 o

4 *Dei non eſt demonſtratio,niſi per effectum.1^a.q.3.5.c.fi.

5 *Deum eſſe non eſt per ſe notum, ſed eſt primum inter omnia credibilia.1^a.q.2 1.1^m*22^æ.q.16.1.c

6 *Deum eſſe non eſt nobis naturaliter notum ſecundũ ſe, ſed ſecũdum ſimilitudinẽ & participationem eius.1^a.q.2.1.1^m

7 De Deo ſcimus an eſt.i.hanc propoſitionem eſſe ueram ex effectibus eius,non autem actum eſſendi eius, ſicut nec eſſentia eius,1^a.q.3.4.2^m

8 Eſſe Dei eſt eſſe cuiuslibet creaturæ exemplariter uel cauſaliter,non autem formaliter ſeu eſſentialiter.1^a.q.3.o

9 Eſſe Dei eſt proprium,& determinatum,& diſtinctũ,à quolibet eſſe creaturæ, per hoc quod ei non poteſt aliquid addi,1^a.q.3.2.3^m*4.1^m*q.7.1.3^m

10 Eſſe Dei,per hoc quod eſt ſubſiſtens, non receptũ in aliquo, diſtinguitur a quolibet alio,1^a.q.3 2.3^m*4.1^m*q.7.1.3^m* q.44.1.c

11 *In ſolo Deo,eſſe & eſſentia ſunt idem realiter.1^a.q.2.1.c.*q. 3.4.o.q. .?.c*q.6.3.c*q.12.2.c.3^m*4.c.*q.13.15.c.*q.14.4. c*14 2^m*q.15.1.2^m*q.44.1.c*q.45.1.5^m*q.50.2.5^m*q.54. 2.h.*6.*3.c.*q.61.1.o.*q.73 5.4^m.*q.104.1.c.fi.*22^æ.q.3 7.c.* 3^a.q.15.1.c

12 Eſſentia diuina,eſt actus purus, angelica uero eſt intelligibilis in actu,ſed intellectum noſter,eſt intellectus in potentia tantum,1^a.q.25.1.c*q.27.1.c.2^m

13 Deus eſt ſua eſſentia,1^a.q.3.3.o*q.11.3.c.2^m*q.29.4.c.1^m.

14 De Deo non poſſumus ſcire quid eſt,1^a.q.1.7.1^m*q.2.2.2^m *q.3.principio*q.12.12.c.1^m*13.1^m*q.13.8.2^m

15 Eſſentia diuina,eſt omne quod eſt in ea,1^a.q.40.1.1^m

16 Deus tripliciter dicitur.ſ. eſſentialiter,participatiue,& nuncupatiue.1^a.q.13.9.10.u*12^æ.q.85.2.1^m

17 Deus eſſentialiter eſt extra ordinem totius creaturæ. 1^a.q.28 1.3^m

18 Deus eſt forma,1^a.q.3.2.c.fi.*3^m*7.8.a*3^a.q.2.1.a

19 Vna tantum forma eſt in diuinis.1^a.q.31.2.2^m

20 Deus non eſt forma inhærens.1^a.q.3.8.o

21 Deus non eſt forma corporis,1^a.q.3.8.o* 3^a.q.2.1.c.2^m,*q. 5 1.2^m*q.50.2.3^m

22 Deus non eſt anima mundi,contra quoſdam, Nec anima cœli,contra Almarianos.Nec materia prima, cõtra Dauid de Dinando,1^a.q.3.8.c*q.51.1.1^m*q.90.1.c

23 Anima attribuitur Deo, ſecundum ſimilitudinem actus. 1^a. q.3.2.1^m*q.19.11.c

24 Deus non eſt corpus.1^a.q.3.1.o

25 Deus non habet diffinitionem.1^a.q.1.7.1^m.*q.2.2.2^m.*q.3. 5.c.fi.

26 *Deus non eſt genus,nec ſpecies.1^a.q.3.c.*q.30 4.3^m

27 *Deus non eſt in genere,nec in prædicamento,per ſe, nec reductiue ut principium.1^a.q.3.5.o*q.4.3.1^m*q.6.2.3^m.*q. 88.2.4^m

28 Subſtantia ſecundum quod ſignificat per ſe exiſtere,ideſt nõ in alio,conuenit Deo,non autem proprie,nec uniuoce, 1^a q.29.3.4^m

29 Plus Deus eſt omnino ſimplex.1^a.q.3.o.*q.9.1.c*q.25.1.c.*q. 28.2.c

30 In Deo nulla eſt compoſitio. Sed hanc pluralitatem quæ eſt ſecundum rationem,repræſentat in propoſitione pluralitas prædicati & ſubiecti, unitatem uero repræſentat p compoſitionem.Quandoque enim intellectus noſter enunciationem de Deo format,cum aliqua diuerſitatis nota,cum propoſitionem interponendo, ut cum dicitur,bonitas eſt in Deo,quare & hic deſignatur aliqua diuerſitas,quæ competit intellectui,& aliqua unitas, quam oportet ad rem referre,1^a.q.13.12.c.fi.

31 In ſolo Deo ſunt idem ſuppoſitum & natura, & in omnibus creaturis differunt,3^a.q.17.1.c

32 In Deo non eſt materia,nec potentia, ſed eſt purus actus, 1^a. q.3.1.2.c*q.7.1.c*q.9.1.c*q.12.1.c*q.14.2.3^m*3.c.2^m*q.25 1.c.*q.49*3.2^m*q.50.2.3^m*q.52.1.c*q.75.5.4^m *q.87.1.c* q.89.2.3^m.*q.90.1.c.*q.115.1.2^m*12^æ.q.49.4.c.*q.50.5.c

33 Deus eſt perfectiſſimus,1^a.q.4.1.o.*q.25.1.c.*. 22^æ.quæſ.1.a 1.4^m

34 *Quicquid entitatis bonitatis,& perfectionis eſt in creatura quacunque,totum eſt eminenter in Deo,1^a.q.4.2.o.*q.6. 1.2^m*2.3 4.c*q.9.2.c.*q.11.3.c*q.12.2.c*q.13.2.3.4.5.c*q. 14.6.11.c*q.25.1.c.3^m*5.c*q.26.1.c.2^m*4.o*q.28.2.3^m.* q.26.3.c*q.49.3.c.*q.75.1.5^m*q.91.1.c

35 Quicquid eſt in Deo,eſt Deus,1^a.q.3.3.c*q.27.3.2^m*4.1^m*q. 28.2.c.*q.40.1.c

36 Deus & creatura,non eſt aliquid melius,nec maius,quàm ſolus Deus.1^a.q.4.2.o*q.103.3.3^m*12^æ.q.34.3 2^m

37 In Deo eſt magnitudo uirtutis & perfectionis, non autẽ magnitudo molis.1^a.q.42 1.1^m*4.2^m.3^a.q.58 3 o

38 Magnitudo Dei,eſt perfectio naturæ eius,1^a.q.42.4.c.2^m*2.d. 19.q.1.1.o*q.3.1.o

39 *In Deo non eſt quantitas.1^a.q.28.4.c

40 *In Deo eſt ſimilitudo omnium rerum,ſecundum formam, & ſecundum materiam.1^a.q.57.2.2^m

41 Deus dicitur eſſe finitus ubi, ſecundum ſimilitudinem proportionis tantum.1^a.q 14.3.2^m

42 Deus eſt infinitus negatiue. non autem priuatiue. Formaliter,non autem materialiter,1^a.q.7.1.o.*q.12.1.2^m.*7.c.* q.25.2.o*3.c.*q.52.2.c*q..55.1.c*q.75.5.4^m*q.86.2.1^m*3^a. q.10.3.1^m*2^m

43 Solus Deus eſt omnino immutabilis,1^a.q.9.1.2.c*q.10.2.3.c *q.14.15.o*q 19.7.o*q.50.2.3^m.*q.65.1.1^m.*3^a.q.2.1.c.*q. 57.1.1^m

44 Deus mouetur metaphorice dupliciter.ſ operãdo in ſe,& ſecundum emanationem in alia,11.q.9. .1^m*2^m*q 73.3.c

45 Nulla paſſio eſt in Deo 1^a.q.20 1.o*q.21.1 1^m*q.4?.?.3^m

46 Cognitio Dei per eſſentiam,eſt naturalis ſoli Deo,angelo autem per ſimilitudinem,nobis uero per ſpeculum.i. per ſpeciem aliorum,1^a.q.56.3.o.*q.62.4.c*3^a.q 9.4.c

47 Deum eſſe intelligentem, probatur multipliciter, 1ª.q.14.1.o.° q.26.1.c

48 Intelligere Dei, eſt ſuum eſſe, & ſua eſſentia, 1ª.q.14.4.o.°8.9 c.°q.16.5.2.°q.18.3.c.2m.°4.c.°q.19.1.c.°4.c.2m.°q.26.2.c. °q.27.2.3m.°q.34.2.1m.°q.41.3ª.4m.°q.54.2.c.°.q.79.1.c.° q.87.3.c.°3ª q.9.1.1m

49 Solus Deus eſt, ſuus intellectus, & ſuum intelligere, 1ª.q.14.4 o.°q.18.3.c.2m.°4.c.°q.27.2.c.fi.°2m.°q.28.4.1m.°q.34.2. 1m.°q.41.4.3m.°q.54.1.2.c.°q.79.1.2.c.°q.87.3.c

50 Eſſentia Dei, ſe habet ut intelligens ut intellecta, & ut quo intelligitur, 1ª.q.14.2.4.c

51 Deus nihil intelligit per ſpeciem aliam ab eſſentia ſua, 1ª.q. 14.2.4.c.°.1.o.°.q.55.1.c.3m.°.q.57.1.c.°q.79.1.c.°q.84.2. c.°q.85.4.c.°q.87.1.c.°q.19.1.c

52 °Nihil pertinens ad intellectum in diuinis, dicitur perſonaliter. præter uerbum, 1ª.q.34.1.2m.°q.37.2.1m

53 Impoſſibile eſt quod primum & per ſe intellectum à Deo, ſit aliud, quam, eſſentia eius, 1ª.q.14.2.5.o

54 Deus intelligit tantum in actu nihil autem in potentia, 1ª. q.14.2.c.2m.°q.79.2.c

55 Deus intelligendo, non componit, nec diuidit, 1ª.q.14.5.3m °14.o.°q.85.5.2

56 Deus intelligit ſe, 1ª.q.14.2.3.o.°5.c

57 Deus intelligit omnia, 1ª.q.14.5.o°7.o.°12.c.°q.79.2.c.°q.87 1.c.°q.85.1.c

58 Deus intelligit oīa ſimul, 1ª.q.14.7.o.°.12.1m.°13.c.°q 22.3 3m.°q.57.1.3m.°q.85.4.c

59 Deus cognoſcit omnia unica cognitione, 1ª.q.19.2.4m.°5.c °q.22.3.3m.°q.27.5.3m.°q.28.4.2m.°q.34.3.c.°q.41. 6.2.

60 °Deus cognoſcit omnia ſingularia diſtinctiſſime, 1ª.q.14.6. 11.o.°.12.c.fi.°q.22.2.3.c.°q.55.1.3m.°q.57.2.c.fi.°q.89. 4.2.

61 Deus Intelligit enunciabilia, 1ª.q.14.14.o.°q.56.5.1m

62 Videre Dei eſt approbare, ut maneret quod fecerat, non q alio modo cognoſceret, aut placeret ei creatura, antequā faceret. 1ª.q.12.1.3m.°q.73.5.3m.°q.74.3m

63 Deus intelligens uilia, non uileſcit, 1ª.q.22.3.3m

64 Intellectus Dei cognoſcens mala, non impeditur à conſideratione meliorum, ſicut ſit in nobis, & eius uoluntas ad malum flecti non poteſt, 1ª.q.22.3.3m

65 Deus cognoſcit ſe & creaturas eadem ratione ex parte cognoſcentis, ſed diuerſa ratione, ex parte cogniti, 1ª.q.85. 3.4m

66 Deus ab eterno cognouit creaturas, & non entia quæ aliquādo erunt, non ſolum ut ſunt in Deo, uel in eius intellectu, ſed etiam in proprijs naturis, 1ª.q.28.2.2m.

67 Deus per ideam cognoſcit omnes conditiones particulares, rerum, 1ª.q.14.11.o°12.c.°q.15.3.4m

68 Scientia eſt in Deo perfectiſſime, 1ª.q.14.1.o

69 ° Scientia dicitur analogice de Deo, & de creatura, 1ª.q.13. 5.c.

70 ° Scientia Dei non eſt habitus, nec æqualitas, nec effectus demonſtrationis, uel principiorum, uel habens cauſalitatem 1ª.q.14.1.1m.°q.19.5.c.°22æ.q.9.1.1m

71 ° Scientia Dei non eſt uniuerſalis, nec particularis, nec in potentia, uel habitu: ſed ſemper in actu, 1ª.q.14.1.3m

72 Scientia Dei, non eſt inquiſitiua uel diſcurſiua, 1ª.q.14.7.o.° q.8 .5.c.°12æ.q.14.1.2m.°22æ.q.9.1.1m.°q.49.5.2m.°3m

73 Scientia Dei eſt uniformis, & inuariabilis, 1ª.q.14.15.o.°q.19. 5.c.

74 Scientia Dei de ſeipſo, eſt tantum ſpeculatiua, ſed de alijs, eſt ſpeculatiua & practica ſimul, 1ª.q.14.16.o.°q.34.3.c.°12æ. q.3.5.1m.

75 Scientia Dei duplex ſcilicet uiſionis, & ſimplicis intelligentiæ. Prima eſt tantum entium: ſecunda eſt etiam non entium, quæ poſſunt eſſe, 1ª.q.14 9.12.o°q 34.3.3m.°3ª. q.10.2.3m.°3.c.°q.13.1.2m

76 ° Deus ſcit infinita, etiam ſcientia uiſionis, 1ª.q.14.12.o.°3ª. q.10.3.o

78 Solus Deus habet ſcientiam de futuris contingentibus in ſe 1ª.q.14.13.o.°q.86.3.4.o

79 Neceſſe eſt quod ſcientia Dei, uſque ad ſingularia ſe extēdat quæ per materiam indiuiduantur, 1ª.q.14.11 c.fi.

80 ° Deus ſciuit aliqua, quæ neſcit & econuerſo, 1ª.q.14.15.3m

81 Mala ſciuntur à Deo, 1ª.q.14.10.o.°q.15.3.1m.°.q.18.4.4m

82 Mala pertinent ad ſcientiam eius practicam, 1ª.q.14.16.c.fi.

83 Scientia Dei duplex ſcilicet ſimplicis notitiæ, & approbationis. Secunda eſt tātum bonorum: ſed prima eſt etiam malorum, 1ª.q.14.8.c.fi.

84 Deus eadem ſcientia cognoſcit ſe, & ea quæ facit, 1ª.q.1.4.c. °q.14.16.c.

85 Scientia Dei eſt cauſa rerum adiūcta uoluntate, 1ª.q.14.8.o° 9.3m.°16.1m.°q.19.4.c.4m.°11.1m.°q.27.1.3m.°q.45.1 c.

86 Scientia Dei comparatur ad creaturas, ut ars ad artificiata, 1ª.q.14.8.o.°q.17.1.c.°q.21.2.c.°q.22.2.c.fi.°q.74.3.1m.° q.91.3.c.°12æ.q.13.2.3m.°q.93.2.2

87 Scientia Dei, cauſat res, noſtra uero cauſatur à rebus & dependet ab eis: ſed angelica nec cauſat nec cauſatur à rebus 1ª.q.14.8.3m.°11.c.fi.°q.21.2.c.°.12æ.q.2.3.c.°.q.3.5.1m.

88 Deus eſt cognoſcibilis ab omni intellectu creato, 1ª.q.12.o.° 12æ.q.93.2.o.

89 Intellectus creatus poteſt uidere Deum per eſſentiam, 1ª.q.12. 1.o.°q.4.1m.°12æ.q.5.1.c

90 Deus non poteſt uideri per eſſentiam naturaliter ab aliqua creatura, 1ª.q.12 4.o.°q.23.1 c.°q.56.3.c.2m.°q.62.1.2 9.c. °q.6 1.2m.°q.94.2.c.fi.°q.108.4.c.°12æ.q.5.5.7.c.°3ª.q.10. 4 2m

91 Qui impurus eſt, non poteſt intrare in templum Dei quanto magis nec Deum uidere, 12æ.q.109.1.o

92 Iacob uidit Dominum facie ad faciem, & ſalua facta eſt anima eius. 1ª.q.12.11.2.3.° 1m

93 °Deus non poteſt uideri per eſſentiam, In hac uita mortali, 1ª q.12.11.o.°q.13.1.c.°.2.3m.°12æ.q.5.3.c.°q.93.2.o°22æ. q.180.5.o

94 Cognitio diuinæ ueritatis & bonitatis duplex ſcilicet cognitio pure ſpeculatiua, & cognitio affectiua ſeu experimentalis, 1ª.q 64.1.3m.12æ.q.112.5.c.1m.°5m.°22æ.q.97.2.2m.°q. 154.5.c.°q.161.3.1m.°q.180.5.2m

95 Per illuſtrationem diuini luminis, de facili poſſunt quæcunque uideri, 21æ.q.180 6.3m

96 Cognoſcimus eſſentiam Dei in hac uita, ſecundum quod ea præſentatur in creaturis nō autem ut eſt in ſe, 1ª.q.1.7.1m °q.2.1.o°.12.12.c.°q.13.2.3m.°q.32.1.c.°q.16.2.1m

97 Solus homo uiator, cognoſcit Deum per creaturas, 1ª.q.12. 12.o.

98 Creatura uenit in cognitionem Dei tripliciter ſcilicet p uiam cauſalitatis, eminentiæ, & remotionis, 1ª.q.12.12.c.°q.13.2 2.°8.2m.°10.5m.°q.84.7.3m

99 Deum eſſe, poſſumus cognoſcere, per rationem naturalem, 1ª.q.12.12.o

100 Similitudo intellectus noſtri, non ſufficienter probat aliqd de Deo, propter hoc quod intellectus non uniuoce inuenitur in Deo & in nobis. Et deinde eſt, quod Auguſtinus dicit: quod per fidem uenitur ad cognitionem, & non econuerſo, 1ª.q.32.1.2m.fi.

101 Intellectus noſter intelligit totum Deum, non autem totaliter, 1ª.q.12 7.3m °3ª.q.10.1.2m

102 ° Deus non eſt primum cognitum ab intellectu noſtro, 1ª. q.88.3.o

103 Quilibet intellectus etiam infimus poteſt per gratiam Dei uidere Deum per eſſentiam, 12æ.q.109.1.o

104 Deus perfectius cognoſcitur per gratiam, quàm per naturā à nobis, 1ª.q.12.13.o

105 Intellectus noſter indiget noua illuminatione, reſpectu ſupernaturaliū, nō aūt reſpectu naturaliū, 1ª.q.1.1.c.1m.°2m

106 Solus Deus format mentem p gratiam, & p lumen connaturale, non aūt per aliud lumen immediate, 1ª.q.105.1.3m

107 Inter Deum & mentē noſtram, deus mediū, quo ad gradū naturæ nun aūt ut eſt obiectū beatitudinis, 12æ.q.5.1.3m

108 Non eſt poſſibile uidere rationes rerum in diuina eſſentia. niſi ipſa uideatur. 21æ.q.173 1.c

109 Dei non eſt demonſtratio, niſi per effectum, 1ª.q.3.5.c.fi.

110 Illud uerbum Iob. Semel loquitur Deus, referendum eſt ad æternam Dei locutionem, qua Deus pater uerbum unicū protulit ſibi coæternum, Et tamen poteſt dici, quod licet idem corporali uoce Deus protulerit: non tamen propter idem, ſed ad oſtendendum diuerſum modum quo homines participare poſſunt ſimilitudinem filiationis æternæ. Vnde filius Dei non habetur ex qualicunque cognitiona Dei: ſed tantum ex ea quæ eſt cum amore, 1ª.q.27. .3m.° q.43.5.2m.°3ª.q.45.4.1m

111 Cognitio Dei acquiritur per alia. Sed poſtquam iam cognoſcitur, non per alia cognoſcitur ſed per ſe, 1ª.q.2.2.o.°q.27 3.2m °q.34.1.c.°q.171.2.3m

112 Videre Deum facie ad faciem, eſt uidere eum per eſſentiam immediate, 1ª.q.12.1.2.1

113 Eſſentia Dei uidetur mediate, & ſemper, à quolibet beato, 1ª.q 12.2.o°q.58.1.c.°q.62.9.c.°q 106.1.1m.°q.112.3.c.°12æ. q 5.6.3m.°3ª.q.9.3.3m.°q.10.4.1m

114 Eſſentia Dei, eſt in intellectu beatorū ut forma, quo ad operationem, no autem quo ad eſſe, 1ª.q.12.3.3m.°5.c.°3ª.q. 9.2.c.°3.3m

115 Eſſentia Dei p nullam ſpeciem creatā repræſentari pōt, 1ª. q.12.2.o°

q.12.2.0° 6.18.c° q.56.3.c° 22æ.quæſt.175.4.0° 3ª.quæſt.9.3.3m
116 °Eſſentia Dei non poteſt uideri ab aliquo intellectu creato, ſine lumine ſupernaturali.ſ.gloriæ, 1ª.q.12.3.c.5m.°5.o.° 22æ.q.174.5.1m°q.75.3.2m° 3ª.q.10.4.c° q.45.2.2
117 Quidam clarius al js, uidebunt eſſentiam Dei, 1ª.q.12.6.o.°.7.8.c°q.62.9.c
118 Deus ſolo intellectu uideri poteſt, quia quælibet potētia ſenſitiua ſe extendit tantum ad corporalia, 1ª.q.12.3.c.3m.° 22æ.q.175.4.2
119 Deus a nullo oculo corporali, poteſt uideri, 1ª.q.12.3.o°.4.5m°22æ.q.175.4.c
120 Beati uident eſſentiam Dei, oculis corporalib. per accidēs, non autem per ſe 1ª.q.12.5.2m
121 Naturale eſt homini, quod aliquando uideat eſſentiā Dei, 1ª.q.12.1.c°5ª.q.9.2.5m
122 Deus uideri non poteſt per eſſentiam, niſi uideatur trinitas perſonarum.22æ.q.2.8.3m
123 Viſio Dei per eſſentiam, ut eſt ſpecies rerum, eſt perfectior uiſione eius, ut eſt obiectum beatitudinis, 1ª.q.12.8.3m
124 °Quicunque uidet Deum per eſſentiam, impoſſibile eſt quin diligat ipſum, 1ª.q.60.5.5m
125 °Omnes qui uident ipſam Dei eſſentiam, eodem motu dilectionis, mouentur in ipſam Dei eſſentiam, prout eſt ab aliis diſtincta; & ſecundum quod eſt quoddam bonum cō mune, 1ª.q.60.5.5m
126 Beati uident in eſſentia Dei ſimul omnia, quæ aliquādo uident, 1ª.q.12.10.0°q.58.2.c.°2.0
127 Videntes eſſentiam Dei, non uident omnia quæ Deus facit, vel facere poteſt, 1ª.q.12.8.0°q.57.5.2m°q.106.1.1m° 3ª.q.10.2.c
128 Beati uident res in eſſentia Dei, non per ſimilitudines earū, ſed per eſſentiam Dei, 1ª.q.10.9.0.°.8.c° 3ªq.9.5.3m
129 Quanto quis limpidius uidet eſſentiam Dei, tanto plura in eo uidere poteſt, 1ª q.12.8.c.°.q.106.1.2m.°.22æ.q.180.7.3m° 3ª.q.10.2.c
130 Quilibet uidens Deum, uidet omnia quæ pertinent ad perfectionem intellectus.ſ.ſpecies, & genera, & rationes rerū. 1ª.q.12.8.4m
131 Res uidentur in eſſentia Dei, ſicut in uerbo, ſicut effectus in cauſa, & concluſio in principio.ſ.unite, non autem ſicut in ſpeculo, 1ª.q.12.8.c° 22æ.q.173.1.c ſi.
132 Per uiſionem Dei, nō ſolum ratio glorificatur, ſed totus homo, 12æ.q.3.3m
133 Voluntas eſt in Deo, 1ª.q.19.1.0°3ª.q.18.1.2
134 Voluntas Dei, eſt ſuum eſſe; ſed differt ab eo ſecundum rationem, 1ª.q.19.1.c°2.1m°q.54.2.c°q.62.3.1m
135 Voluntas Dei eſt ſua eſſentia, 1ª.q.19.1 5m.°.q.20.3.2m.°.q.59.2.c
136 Voluntas Dei, eſt tantum una numero, licet ſit multorū nolitorum, 1ª.q.19.2 4m°5.c.°q.27.5.3m°q.41.6.c
137 Deus communicat naturam ſuā, per actum uoluntatis, non autem creatura, quia in ſolo deo idem eſt intellectus, uolūtas, & natura, 1ª.q.27 3.2m°3m°4.c°q.59.2.c
138 Voluntas dei, reſpectu ſuæ bonitatis eſt neceſſaria, ſed reſpectu creaturarum, eſt ad utrumlibet, & ex neceſſitate ſuppoſitionis, 1ª.q.19.3.0°7.4m°10.c.°q.23.6.3m°q.41.2.3m°q.46.1.2.c°3ª.q.46.1.2 c
139 Voluntas dei eſt perfecta per ſe, non autem per aliud, 1ª.q.14.2.3m°4.0
140 Primum obiectum uoluntatis dei, eſt eius eſſentia, 1ª.q.19.1.3m°2.0°3.c°4.5m
141 Finis naturalis uoluntatis dei, eſt bonitas eius, quam nō poteſt non uelle.1ª.q.19.1.1m°3m
142 Error reducentium omnia in ſimplicem dei uoluntatem, 1ª q.19.5.2m°3m°q.23.5.c
143 deus non uult omne bonum, licet neceſſario ſciat omnia uerum, 1ª.q.14.3.5m°3.2m
144 Voluntas dei eſt cauſa rerum, 1ª.10.4.0°q.20.2.2°q.25.5.c°q.45.6.c°46.1.c°12æ.q.110.1.c°3ª.q.86.2.c
145 Voluntas dei, non aufert contingentiam a rebus, ſed eā quibuſdam imponit, & quibuſdam neceſſitatem, 1ª.q.19.8.0°12æ.q.10.4.0
146 °Ratio aliqua eſt uoluntatis dei, 1ª q.19 5.0
147 Nihil eſt cauſa uoluntatis Dei, niſi ſua bonitas, 1ª. quæſt. 19.5.0
148 Ratio aliqua eſt uoluntatis dei, non ex parte eius, ſed ex parte uoliti propter aliud, 1ª.q.19.5.0°q.25.5.c
149 °Voluntas dei, eſt omnino immutabilis. licet effectus eius mutentur, 1ª.q.19.3.7.0°q.23.8.c°3ª.q.46.2.c
150 °Voluntas dei, non mouetur proprie, ſed metaphoricè, a ſola bonitate ſua, 1ª.q.19.1.3m°2.2m°q.105.2.2m
151 Voluntas dei duplex.ſ.antecedens.i. reſpectu uoliti abſolute & conſequens, ideſt, reſpectu uoliti cum conditionibus eius, 1ª.q.19.6.1m°q.23.4.5m
152 Nihil fit contra uoluntatem dei conſequentem, ſed præter eam, & contra uoluntatem eius antecedētem, 1ª.quæſt.19.6.0
153 Omnia quod eſt præter, uel contra uoluntatē dei antecedentem, obſequitur & ſeruit uoluntati eius conſequenti, 1ª.q.19.6.0
154 Voluntas dei duplex.ſ.beneplaciti, & ſigni. Quæ ſigna ſunt quinque.ſ. prohibitio præceptum, conſilium, operatio, & permiſſio, 1ª.q.19.11.12.0°q.23 5.2
155 Voluntas ſigni in deo, dicitur tantum metaphoricè, ſed uoluntas beneplaciti, dicitur proprie, 1ª.q.19.11.2
156 Voluntas dei, ſemper & infallibiliter impletur, 1ª.quæſt.19.6.c
157 Impoſſibile eſt, præſcientiam dei falli, & eius uoluntatem & diſpoſitionem caſſari, 3ª.q.46.2.2
158 deus vult alia a ſe, 1ª.q.19.2.0
159 Solus deus nihil extra ſe uult, niſi ratione ſuæ bonitatis, 1ª.q.19.2.c
160 deus uno actu uult ſe & omnia alia quæ uult, 1ª.q.19.2.5m°5.r.°q.27.5.5m°q.41.6.c
161 Quicquid deus uult, uult ſub ratione boni cōis, quod eſt ſua bonitas, quæ eſt bonum totius uniuerſi, 12æ.quæſt. 19.10.2
162 Multitudo uolitorum, non repugnat ſimplicitati dei, 1ª.q.19 2.4m
163 deus ſimpliciter uult omnes homines ſaluos fieri.ſ. uel ut ſit ibi diſtributio accommoda, uel ut ſit diſtributio pro generibus ſingulorum & non pro ſingulis generum, uel uoluntate antecedente, & non uoluntate conſequente, 1ª.q.19.6.1m°q.23.4.5m
164 deus non poteſt uelle malum culpæ, ſed malum pœnæ. per accidens tantum, 1ª.q.19.9.0°10.1m°2m°q.22.2.3m°q.48.6.c°12æ.q.39.2.3m°q 79.4.2m
165 Mala culpæ fiunt deo non uolente, nec nolente, ſed permittente, 1ª.q.19 9 3m.12æ.q.39 2.3m
166 Volūtas creaturæ mouetur a ſolo deo, ut a principio intrinſeco, 1ª.q.57.4.c.ſi.°q.105.4 0°q.106.2 c°q.111.2.0°12æ.q.6.4.1m° quæſt.9.6.0 °quæſt.80.1.0°3.c.ſi.°q.111.4.c°3ª.q.18.1.1m
167 Omnis motus tam uolūtatis, quàm naturæ, procedit a deo, ſicut a primo mouente, 12æ.q 6 1.3m°q 4.1m°6.c°q.55 4.6m°q.80.1.5m°q.109 1.9.c°22æ.q.104.4 c
168 deus mouet hominem ad agendum tripliciter.ſ. proponendo appetibile, & mutando corpus, & mouendo uoluntatē, 22æ q.6.1.5m
169 Motus uoluntatis hominis, diſponuntur immediatè a deo. intellectus autem mediantibus angelis, corporalia uero interiora & exteriora eius, mediantibus angelis & cœlis ut multiformia, mutabilia, & defectibilia ab oppoſitis, 1ª.q.79.4 c°q.105.1.c°q.115.5.c°4.2m°12æ.q 9 5.2m
170 Solus deus imprimere in uoluntatem poteſt.1ª.q.105.4.c°q.106 2.c°q.115.4.0°q.116.1.c.ſi.°12æ.q.75.5.c°q.80.1.0°5.1m°22æ.q.172.2.1m
171 Solus deus implet uoluntatem, quia ſolus deus mouet eam ſufficienter, ut obiectum, 1ª.q.105.4.c°q.106.2.c°q.111.2.c° 12æ.q.2.7.8.c°q.5.1.c
172 Voluntas creaturæ poteſt conformari uolūtati dei quadrupliciter, ſ. materialiter, formaliter, effectiuè, & finaliter, 12æ q.10.19.c.co.2
173 Voluntas, ſcientia, & actio creaturæ, poteſt & debet conformari uoluntati, ſcientiæ, & actioni dei, ſecundū imitationem, non autem ſecundum æquiparantiam, 12æ.q.19.9.1m
174 Virtus & rectitudo uoluntatis humanæ, principaliter conſiſtit in hoc, quod diuinæ uoluntati conformetur, & eius ſequatur imperium, 22æ.q.104.4.2m
175 conformitas uoluntatis humanæ ad diuinam, attenditur ſecundum uoluntatem rationis, 5ª.q.18.5.c.2m
176 Ad bonitatem uoluntatis humanæ requiritur, quod cōformetur uoluntati dei, 12æ.q.19.9.0
178 Quilibet homo tenetur conformare uoluntatem ſuam uoluntati dei, in uolito formaliter, ideſt ſecundum rationē communem boni, & in modo, ſ.ex charitate, & effectus, id eſt, quod uelit id quod deus uult eum uelle non autē materialiter, ideſt, in quolibet particulari, 12æ.q.19.10.0°.q.19 2.3m°22æ.q.104.4.5m
179 Voluntas beatorum conformatur uoluntati dei, in quolibet uolito, 12æ.q.19.10.1m
180 Potentia propriè conuenit deo, 1ª.q.25.1.0

181 *Potentia ſecundum propriam rationem principij conuenit Deo reſpectu actionum notionalium ſecundum quas aliqua procedunt ſecundum rem, non autē reſpectu aliarum, 1ª.q.41.4.3m

182 *Potentia actiua proprie conuenit deo, non autem paſſiua. 1ª.q.25.1.o*3.1m*q.41.4.2m

183 Potentia Dei eſt principium ſuæ actionis ſecundum rationem tantum: ſed eſt principium realiter ſuorū effectuum 1ª.q.25.1.3m.*q.41.3 4m

184 Potentia Dei, eſt eius eſſentia, 1ª.q.25.1.2m

185 Potentia Dei, eſt infinita, 1ª.q.25.2.o

186 Potentia Dei duplex, ſcilicet abſoluta, ideſt ſecundum ſe, & ordinata, ideſt, cum præſcientia & uoluntate, 1ª. q.25. 5.1m

187 Potentia Dei non eſt ad malum, quia eſt ſua bonitas: 12æ. q. 2.4.1m

188 Circa potentiam Dei fuit duplex error, ſcilicet quod Deus agit ex neceſſitate naturæ, & quod diuina ſapientia limitatur ad hunc ordinem rerum qui nunc eſt, 1ª. quæſt. 25.5.c

189 Potentia generandi eſt in Deo, 1ª.q.41.4.o

190 Potentia generandi in Deo: eſt medium inter abſolutum: & relatiuum, 1ª.q.41.5.o

191 Potentia generandi in Deo: ſignificat eſſentiam in recto, & relationem in obliquo, 1ª.q.41.5.o

192 Potentia generandi in diuinis: non continetur ſub omni potentia Dei, 1ª.q.42 6.3m

193 Potentia generandi in diuinis; *ſumitur tripliciter, ſcilicet actiue: & paſſiue: & impersonaliter. Prima conuenit ſoli patri: ſecunda tantum filio: ſed tertia cuilibet perſonæ, 1ª. q.41.6.1m

194 *Cum pater ſit principium generationis, & pater & filius ſint principium ſpirationis: in patre erit potentia generādi, & in patre & filio potentia ſpirandi, 1ª.q.41.4.3m

195 Eadem numero potentia generādi eſt in patre ut generet: & in filio ut generetur, 1ª.q.31.6.1m.*q.42.6.3m

196 Deus eſt omnipotens, 1ª.q.25.3.o.* 3ª.q.13.1.c

197 Deus poteſt facere quicquid non implicat cōtradictionem 1ª.q.7.2.1m *q.25.3.4.o.* 3ª.q.13.1.c

198 *Deus diſpenſare non poteſt ut homini liceat non ſubdi ordini eius, etiam in ijs, ſecundum quæ homines ad inuicem ordinantur, 12æ.q.100.8.2m

199 Deus poteſt diſponere: agendo præter ordinem ſuæ prouidentiæ: quo ad res ſubiectas ordini: non autem quoad rationem ordinis, quæ eſt in Deo, 1ª.q 105.6.c

200 Diuina potentia: non eſt ita ordini eius alligata, quin poſſit quandoque præter ordinem cauſarum ſecundarum aliquid agere: cum ſibi placuerit, ut patet in operibus miraculoſis, 1ª.q.55.5.c

201 Deus non poteſt facere duo contraria: uel priuationem & habitum: uel alia oppoſita eſſe ſimul in eodem, 1ª. q.105. 2.6 c.* 12æ.q.51.4.c

202 Deus non poteſt aliquid facere: quod non ſit conueniens ſapientiæ & bonitati eius, 1ª.q.21.4.c

203 Deus poteſt facere quicquid olim fecit: niſi ſit impoſſibile ratione præteriti, 1ª.q.25.4.2m

204 * Deus poteſt reparare uirginitatem perditam, 2ª. q. 25. 4.3m

205 Deus poteſt facere quæ non facit, & dimittere quæ facit. 1ª. q.25.5 o.* 3ª.q.13.3m

206 Solus Deus poteſt mutare formam in formā, & materiam in materiam, & totum in totum, 3ª.q 75.4.c.3m

207 Deus poteſt tranſmutare omnem materiam: in quamcunque formam, 3ª.q.28.1.5m

208 Deus poteſt immediate mouere materiam ad formam; & omne corpus ad locum: & intellectum; & uoluntatem; interius eam inclinando. 1ª.quæſt.105.1.2.3.4.o.*quæſt.110. 2.c

209 Deus non poteſt facere, materiam eſſe ſine forma. 1ª.q. 66.1.o

210 Deus poteſt facere raritatem & denſitatem eſſe ſine materia 3ª.q.77.2.3m.*7. 1m *2m

211 Deus poteſt facere angelum non eſſe. 1ª.q.9.2.c.*q.10.5.c. 3m.* 2.d.2.q.1.1.7m

212 Deus poteſt immediate mouere quodlibet corpus, quacunque mutatione poſſibili cuicumque creaturæ, 1ª. q.105. 1.6.c.

213 Deus poteſt immediate facere omnem effectum cuiuſcunque agētis, ſine eo. 1ª.q.105.2.6 c.* 12æ.q 51 4 c.3ª.q.77.1.c

214 Nullius rei uirtus poſſet aliquid niſi per uirtutē Dei, a quo eſt omnis uirtus, & uirtutis conſeruatio. & ordo ad effectū. 12æ.q.109.1.c.

215 Hoc quòd Deus in omnibus operatur ſecundum modum eorum non excludit quin Deus quædam operetur, quæ natura operari non poteſt 12æ.q.13.4.2m

216 * Nihil prohibet eſſe aliquid in potentia diuina, quod non uult, & quod non conuenit ſub ordine quem ſtatuit rebus. 1ª.q. 25.5.1m

217 Solus Deus poteſt facere præter ordinem & curſum totius naturæ. 1ª.q.105.6.o.*q.106.3.c.*.1ª.q.43.3.c

218 Quicquid poteſt intelligi eſſe ſine alio, Deus poteſt facere eſſe ſine eo, non autem ſi poſſet intelligi alio, non intellecto, ut ens ſine bono, 12æ.q. 110.4.4m

219 *Deus poteſt facere uniuerſum, & quamlibet creaturam meliorem quam fecerit. 1ª.q.25.3m.*6 o

220 Qualibet re creata, Deus poteſt facere aliam meliorem, bonitate eſſentiali & accidentali. 1ª.q.25.5.3m.6.o

221 Deus poteſt facere aliquid melius humanitate Chriſti, matre eius, beatitudine, & gratia, ſecundum ſe, non autem ut relata ad Deum, 1ª.q. 25.6. 4m. * 3.q.7.12.2m. *quæſt.10. 4.3m

222 Deus non poteſt peccare. 1ª.q.25.3.2m.*q. 63.1.o.* 22æ.q. 6.2.c.2m

223 Deus ſi uellet, poſſet praua agere, & peccare. Et iſtius conditionalis. Socrates poteſt currere, ſi uult: antecedens eſt poſſibile & ideo ſequitur poſſibilitas conſequentis. Sed in hac conditionali, Deus poteſt peccare ſi uult, antecedens eſt impoſſibile. Non enim poteſt Deus uelle malum. Et ideo non eſt ſimile. 1ª.q.25.3.2m

224 * Deus eſt cauſa peccati. 12æ.q.79.o.*q.80.1.c

225 Deus eſt cauſa mali pœnæ per accidens tantum, mali autē culpæ nullo modo eſt cauſa, 1ª.q.48.6.c. *q.49.2.o.*q.63. 5.c.fi. * 12æ.q.87.1.2m * 12æ.q.89.1.3. *q.24.10.c

226 Deus eſt cauſa excæcationis & obdurationis per accidens tantum, ſcilicet ſubtrahendo gratiam, 1ª.q.23.3.2m. * 12æ q.79.3.c.* 22ª.q 15.1.o

227 Deus per ſe inclinat ad bonum, dando gratiam & uirtutes, & directe ordinando ad bonum, ſed inclinat ad malum per accidens tantum, ſcilicet non dando gratiam, 12æ. q. 79.1.1m

228 Deus eſt cauſa productiua cuiuslibet rei, 1ª. q. 22. 2. c.*q. 44 o.*q.45.2.*q.55.1.2m.*q.57.2.c.fi. *q.61. 1. o. *q. 65. 1. o.* 3.c *q.75.3.1m q.7 ,2.c.*q.103.q.7.c.1.1m.q.79.2.c.* q.93.1.c

229 Deus eſt cauſa omnium efficiens exemplaris, & finalis, 1ª q 44.1.2.3.c.*q.63.2.o.*q.103.2.o.*5.c.q.105.5 c.*q.12æ.q. 79.2.c

230 Deus eſt cauſa omnis motus, tam uoluntatis quam naturæ 12æ.q.6?

231 Deus immediate producit omnia, 1ª. q. 63.3.o. * 3ª.q.6. 1. 1m

232 Deus agit mediantibus alijs cauſis, non ex inſufficientia eius, ſed ut dignitatem cauſandi communicet creaturis, 1ª.q.22.3.c.* 8.2m.*q.103.6 c.2m. *q.106.4.c

233 Bonitas, liberalitas, iuſtitia, & miſericordia Dei differenter producunt res, 1ª.q.21.3.c

234 Deus produxit creaturas, non ex neceſſitate, 1ª. q. 19.4.o.* q.25.3.o.*q.28.1.3m.*q.32.1.3m.* q.45.6.c.*q. 50 1. c. * q.61.2.1m.*q.104.3.o.*q.105.1.2m.* 12æ.q.66.1. 1m. *q. 109.1.c.* 3ª q.50.2.3m

235 Deus in productione rerum, finem aliquem intendit. ſ. diuinam bonitatem, 1ª.q.25.5.c

2 ¶Dextrum & ſiniſtrum, & aliæ differentiæ ſitus, ſunt in inanimatis quoad nos tantum: in animatis uero ſunt ſecundum ſe, 1ª.q.13.7.c

¶ *Diabolus dicitur eſſe Deus huius ſeculi non creatione, ſed quia ſeculariter uiuentes ei ſeruiunt: eo modo loquendi quo Apoſtolus loquitur dicens, quorum Deus uenter eſt, 1ª.q.63 1.c.fi.*q.114.3.2m. * 12æ.q. 1.5.b

1 ¶Diaconus non eſt proprius miniſter alicuius ſacramenti, 3ª. q.67.1 o

2 Diaconus eſt proprius diſpenſator ſanguinis Chriſti, non autem corporis Chriſti, niſi de licentia epiſcopi, uel preſbyteri, uel in neceſſitate, 3ª.q.82.3.o

3 Diacono non licet tangere corpus Chriſti, quia non habet manus conſecratas, 1ª.q.82.3.o

4 Ad diaconum pertinet aſſiſtere & miniſtrare maioribus ſacerdotibus, in omnibus agendis, circa ſacramenta eccleſiæ, 3ª.q 67.1.c. *q. 71.4.c

5 Ad diaconum pertinet purgare tantum, ideſt, eijcere immundos, & diſponere fideles per admonitiones. Sed ad ſacerdotes pertinet etiā illuminare, ideſt tradere ſacramenta, ad epiſcopos perficere, 3ª.q.64.1.1m. *q.67.2.1m. *2m. *q.83.3.3m

1 Dialectica

1 Dialectica ſcientia eſt tantum una in ſpeculabilibus: demonſtratiuę vero ſunt plures, 12æ.q.57.6.3m.*22æ.q.51.4.2m
2 Dicere proprie importat principaliter reſpectum ad verbũ, ſecundario autem ad rem intellectam, ideo in diuinis conuenit tantum patri, 1ª.q.34.1.3m.*3ª.q.39.8.2m
3 Dicere ſe habet tripliciter ad illud, quod dicitur, ſcilicet enunciatiue, cauſatiue ſeu imperatiue, & optatiue, 22æ.q.76.1.c
3 Dicere Dei ſumitur dupliciter, ſcilicet pro formatione uerbi: & pro expreſſione eius, primum eſt æternum: non autem ſecundum, 1ª.q.32.1.3m.*q.47.1.c.fi.*q.65.4.c.fi.*q.67.4.c.2m.*q.74.3.1m.*3m.*5m
4 Per hoc quod dicitur in ſcriptura, dixit Deus, importatur diuinum imperium, ſecundum Baſilium prius autem oportuit produci creaturam quæ obediret, quàm fieri mentionem de diuino imperio, 1ª.q.74.4.1m
1 ¶Dici ut uerbum conuenit tantum filio in diuinis: ſed dici ut res, conuenit ſingulis perſonis, toti trinitati, eſſentiæ Dei, & omni creaturæ, 1ª.q.34.1.3m

1 Dies dicitur dupliciter, ſcilicet naturalis continens viginti quatuor horas; & artificialis, ſcilicet à claritate ſolis, 3ª.q.53.2.3m
2 Dies naturalis ſecundum eccleſiam incipit in media nocte, non autem dies artificialis, 3ª.q.80.8.5m
3 Dies naturalis non terminatur in veſpere: ſed in mane ſecundum Chryſoſtomum, 1ª.q.74.3.6m
4 De operibus ſeptem dierum, in principio bibliæ, 1ª.q.65.vſque 75.o
5 Septem dies fuerunt unum inſtans ſecũdum cognitionem ſeptem operum Dei in mente Angeli, ſecundum Auguſtinum: licet ſecundum alios fuerint uere ſeptem dies ſucceſſiue, 1ª.q.58.6.c.*7.1m.*q.68.1.c.*q.69.1.c.*q.70.1.1m.*q.74.1.2.o
6 Diuerſæ res diuerſimode præfuerunt in operibus ſeptem dierum, 1ª.q.73.1.3m.*q.90.4.o.*q.91.2.4m.*q.92.4.3m.*q.118.3.1m
7 Dies primi, ſcilicet creationis, à luce in noctem computantur propter futurum hominis lapſum, ſed econuerſo triduum Chriſti in ſepulchro propter reparationem hominis, 3ª.q.51.4.1m.*q.53.2.3m
8 ¶Prima dies dicitur habuiſſe veſpere: & non mane, 1ª.q.63.6.4m
9 Dies dominicus ſuccedit ſabbatho ex ſtatuto eccleſiæ, & cõſuetudine Chriſtianorum tãtum: ideo obſeruatio eius nõ eſt ſic arcta, nec figuralis, ſicut ſabbatũ: quia ueritas etiam in modico prætermitti non dēt. 12æ.q.103.3.4m.*22æ.q.122.4.4m
10 Dies in qua res creatæ ſunt, ſcilicet prima, non debuit benedici, ſeu ſanctificari, 1ª.q.73.3.2m
11 De ſecunda die non dicitur, uidit Deus, pluribus rationib. ſcilicet uel quia quod ponitur in tertia die, refertur etiam ad ſecundam: uel quia eſt de ijs quæ non ſunt manifeſta populo: uel quia per firmamentum ſimpliciter, intelligitur aer nebuloſus qui non eſt de partib. principalib. mundi: uel eſſet myſtice ex parte numeri: quia dualitas ab vnitate recedit, 1ª.q.74.3.3m
12 In tertia die informitas terræ remouetur ſecundum Auguſtinum, 1ª.q.69.1.2 c.principio.
13 Die quarta producuntur luminaria quæ mouentur cœlo, ad ornatum ipſius, 1ª.q.70.1.c
14 Die quinta producuntur aues, & piſces ad ornatum medij elementi: qui habent motũ in aere & aqua quæ pro vno elemento accipiuntur, 1ª.q.70.1.c.*q.71.o
15 Die ſexta producũtur animalia, quę habent motum in terra, ad ornatum ipſius, 1ª.q. o.1.c.*q.72.o
16 Dies ſeptima debuit benedici, & ſanctificari, 1ª.q.73.3.o
17 Diei ſeptimæ conuenit completio operum Dei, & requiem eius. 1ª.q.73.1.2.o
1 ¶Differentia eſt nobilior genere ſicut determinatum indeterminato, & proprium communi; non autem ſicut alia natura, 1ª.q.50.4.1m.*q.75.7.2m
2 *Differentia complet eſſentiam generis, 12æ.q.67.5.c
3 Differunt ab genus ſecundum conſiderationem realem & metaphyſicalem, fundantur ſuper diuerſas naturas neceſſario, non autem logice, 1ª.q.50.2.1m
4 Id à quo ſumitur differentia, ſe habet ad illud à quo ſumitur genus, ut actus ad potentiam, 1ª.q.5.3.c.*q.50.2.1m.*q.35.3.4m.*5.3m.*12æ.q.67.5.c
5 Differentia, ſecunda ſpeciei, ſumitur à forma: genus à materia cõi, ſed particulare, à materia indiuiduali, 1ª.q.85.5.3m
6 Differentia ſignificat totum compoſitum, ſicut & ſpecies licet ſumatur à parte formali, & genus à parte materiali: licet genus ſignificet totum, 1ª.q.85.5.3m.*12æ.q.67.5.c
7 Differentia eſt in genere tantum in potentia: ideo non participat genus, nec eſt de intellectu eius, nec econuerſo, 1ª.q.3.5.c
8 Differentia importat diſtinctionem formæ, 1ª.q.31.2.2m
9 Differentia eſt forma generis, in quantum facit ipſum eſſe actu, ſed genus eſt formalius ſpecie, in quãtum eſt uniuerſalius, 12æ.q.18.7.2m
10 Remota differentia non remanet genus idem numero, 12æ.q.67.5.c
11 Differentia formæ proueniens ex ſola diſpoſitione materiæ, non facit diuerſitatem ſecũdum ſpeciem, ſed tantum ſecundum numerum, 1ª.q.85.7.3m
12 Differentia ſecundum ſpeciem eſt propter finem: ſed differentia ſecundum numerum, eſt propter materiam, 1ª.q.62.6.3m
13 Differentiæ eſſentiales ſunt nobis ignotæ, 1ª.q.29.1.3m
14 Differentiæ eſſentiales ſæpe nominantur ex accidentibus, 1ª.q.29.1.3m.*q.77.1.7m.*12æ.q.29.2.3m.fi.
15 Differentiæ per ſe, ſcilicet contentæ uirtualiter in genere, conſtituunt veras ſpecies eius: non autem differentiæ extraneæ, niſi improprie, 12æ.q.18.7.c.*q.35.8.c
16 Differentiæ quæ conſequuntur diuerſitatem ſpecierum, poſſunt eſſe in rebus eiuſdem ſpeciei: non autem differentiæ quæ conſtituunt ſpecies, 12æ.q.72.5.c
17 Diuiſio generis in ſpecies non eſt ſemper per ueras differentias, 12æ.q.49.2.3m
18 Differentia triplex inter homines, ſecundum habitus & actus animæ rationalis, ſcilicet ſecundum diuerſas gratias gratis datas, ſecundum duplicem uitam, contemplatiuam & actiuam, & ſecundum diuerſos ſtatus & officia, 22æ.q.171. principio.
19 Differentia informis eſſe non poteſt, niſi ſecundum quod vna eſt perfectior alia, 1ª.q.32.2.2m
1 *Differre propriè, eſt ſemper per aliud: & eſt relatum: ſed diuerſum, eſt abſolutum, & ſeipſo, uel alio ideo omne differens eſt diuerſum, & non econuerſo, 1ª.q.3.8.3m.*q.90.1.3m
2 Simplicia ſeu prima non proprie differunt. ſ. per aliud ſicut compoſita ſeu ſecunda: ſed ſunt diuerſa, ſ. ſeipſis tantum, 1ª.q.3.8.3m.*q.90.1.3m
3 Differre ſpecie, contingit dupliciter, ſ. in diuerſis ſpecieb. cõpletis, uel ſecundum diuerſos gradus in generatione eiuſdem ſpeciei, 12æ.q.72.7.c
4 Propter diuinam ſimplicitatem, conſideratur duplex realis identitas, in diuinis, eorum quæ differunt in rebus creatis, 1ª.q.40.1.1m
1 ¶Difficile eſt id quod tranſcendit potentiam ſecundum naturam, uel propter impedimentum, 1ª.q.62.2.2m.*4.1m
2 Difficultas operandi duplex, ſcilicet ex magnitudine operis, uel ex defectu uoluntatis: prima auget meritum, ſecunda uero minuit illud, 12æ.q.114.4.2m.*22æ.q.155.4.1m
3 Ratio uirtutis magis cõſiſtit in bono, quam in difficili: ideo magnitudo eius magis menſuranda eſt ſecundum rationem boni, quàm ſecũdum rationem difficilis, 22æ.q.123.12.2m.*q.137.1.1m.fi.*q.141.8.2m
4 *Opera uirtutum ſunt difficilia, 12æ.q.107.4.c
5 Opus uirtutis habet duplicem difficultatem. ſ. ex ſpecie actus, ut in fortitudine & temperantia ex diuturnitate, ut in perſeuerantia, 22æ.q.137.1.c
6 Difficultas in actibus uirtutum duplex ſcilicet in inueniendo medium rationis, & in refrenando paſſiones: tantum prima eſt in uirtutibus intellectualibus & in iuſtitia: ſecunda uero in alijs, 22æ.q.129.2.c
7 Vbi eſt ſpecialis difficultas, ibi requiritur ſpecialis uirtus, 22æ.q.137.1.c
8 Difficultas duplex circa actus uirtutum habentium materiam exteriorem, ſcilicet propter exceſſum paſſionũ principaliter, uel principaliter propter magnitudinem obiecti in prima ſufficit una uirtus: ſed in ſecunda requiruntur duæ, 22æ.q.129.2.c.*q.134.3.1m
9 Difficultas uitandi peccatum duplex, ſcilicet propter uehementiam paſſionis, ut ira: uel propter latentiam, ut ſuperbia, 22æ.q.162.6.1m
1 ¶Diffinitio non poteſt eſſe falſa niſi per accidens. ſ. rõne duplicis compoſitionis, 1ª.q.17.3.c.*q.58...c.*q.85.6.c
2 Doctores & philoſophi negligẽtes modũ diffinitionis, & tangentes principia prætermiſſunt formã ſyllogiſmi, ponentes ea, ex quibus ſyllogiſmus formari poteſt, 22æ.q.4.1.c

3 *Cum

5 *Cum demonſtratur cauſa per effectum, neceſſe eſt uti effectu, loco diffinitionis cauſæ, 1a.q.2.2.2m.*q.2.2.2m.

6 Vnius rei eſt tantum una diffinitio perfectiſſima. ſ. per omnes cauſas: ſed ſunt plures per diuerſas cauſas, uel proprietates, 12æ.q.55.4.c.

7 Vnumquodque diffinitur & denominatur ſecundum illud quod conuenit ei primo, & per ſe non autem per illud quod conuenit ei per aliud, 3a.q.60.4.1m.

6 Materia communis ponitur in diffinitione ſpeciei, non autem materia indiuidualis, 1a.q.29.2.2m.*quæſt.75.4.c.*q.85.1.2m.

7 Diffinitio naturalium ſignificat formam & materiam, 1a.q.29.2.3m.*q.75.4.c.*q.85.1.2m.

8 Nomina intentionum quandoque ponuntur in diffinitione rerum: quando nomina non ſunt impoſita rebus: ut in diffinitione perſonæ, 1a.q.29.1.3m.

9 Singulare non diffinitur, 1a.q.26.1.1m.

10 Nomen pertinens ad communem rationem ſingularitatis, diffiniri poteſt: ut perſona & huiuſmodi, 1a.quæſt.29.1.1m.

11 Diffinitio & ſcientia ſunt tantum entium, non ſecundum modum rei, ſed ſecundum modum intellectus, 1a.q.44.3.3m.

12 Partes rei uel diffinitionis ſunt prius notæ quam totum uel diffinitum: ſed us partes, eſt econuerſo, 1a. quæſt.85.3.2m.*3m.

1 Digeſtio eſt completio à calore naturali, 3a.q.72.5.3m.

1 Dignitas eſt de abſolutis: ideo eſt eadem in patre & filio, 1a.q.42.4.2m.

1 ¶Diligentia idem eſt quod ſolicitudo, ideo requiritur in omni uirtute: ſicut etiam ſolicitudo, 22æ.q.54.1.1m.

1 Diluculum poteſt dici pars diei & noctis, 3a.q.51.4.3m.

1 ¶Situs eſt de ratione quantitatis dimenſiue, 3a.q.77.2.c.

2 Additio quantitatis non tollit eſſentiam dimenſionis, 3a.q.67.8.4m.

3 *Dimenſio corrumpitur tripliciter. ſ. per additionem, diuiſionem, & diminutionem, 3a.q.77.4.0.

4 Quantitas dimenſiua eſt aliquorum dupliciter. ſ. per ſe: & per accidens, uel propriè & ſimilitudinariè, primo modo conuenit corporib. ſed ſecundo modo conuenit etiam aliis, 1a.q.3.1.1m.*3m.

¶Dionyſius dicit in quadam epiſtola ſuper Ioãnem, quod Chriſtus operabatur diuinitus, ea quæ ſunt hominis: & hoc monſtrat uirgo ſupernaturaliter concipiens: & aqua inſtabilis, terrenorum pedum ſuſtinens grauitatem, 3a.q.18.2.3m.fi.*q.45.2.c.

¶Diſciplina eſt pars potentialis iuſtitiæ, contenta ſub humanitate, 22æ.q.80.3m.

1 ¶Diſcordia importat diſgregationem quandam uoluntatum in diuerſa, 22æ.q.37.1.c.3m.

2 Diſcordia per ſe. i. ea intentione deliberata diſſentiendi à bono Dei uel proximi, eſt peccatum mortale: non autem ſi per accidens, 22æ.q.37.1.0.*q.42.2.2m.

3 Diſcordia principaliter oritur ex inani gloria: ſecundario autem ea inuidia, 22æ.q.37.2.0.*q.38.2.c.*q.132.5.0.

1 ¶Diſpenſatio importat commenſuratam diſtributionem, uel applicationem alicuius cõmunis ad ſingula, 12æ.q.97.4.c.*22æ.q.88.10.c.

2 Nunquam diſpenſandum eſt, in præiudicium boni communis, 12æ.q.97.4.1m.*100.8.c.

3 Omnis diſpenſatio à prælato, debet fieri ad honorem Chriſti uel ad utilitatem eccleſiæ, 22æ.q.88.12.c

4 Infidelis eſt, qui diſpenſat non habens intentionem ad bonũ commune: imprudens autem, non habens rationem diſpẽſandi, 12æ.q.97.4.c.

5 Diſpenſatio non poteſt fieri contra præcepta iuris naturalis communia: ſed tantum contra ea quæ ſunt quaſi concluſiones eorum, 2æ.q.97.4.3m.*22æ.q.147.4.1m.

6 Solus Deus poteſt diſpenſare in præceptis diuinis, non autem Papa, 12æ.q.94.5.2m.*q.97.3.1m.*4.3m.*q.100.8.0.*22æ.q.89.9.1m.

7 *Omnia præcepta decalogi ſunt omnino indiſpenſabilia, etiã à Deo, 12æ.q.99.5.c.*q.100.8.2m.

8 Præcepta continentia intentionem legiſlatoris. ſ. conſeruationem boni communis, uel ordinem iuſtitiæ & uirtutis, ut omnia præcepta decalogi: ſunt omnino indiſpẽſabilia, 12æ q.100.8.0.

9 Cum diſpenſatur in aliqua lege humana, non fit ut legi humanæ non obediatur, quod eſſet contra legem naturæ & mandatum diuinum, ſed fit ut hoc quod erat lex, non ſit lex in hoc caſu, 22æ.q.88.10.2m.

10 Facilius diſpenſatur in gradibus prohibitis conſanguinitatis & affinitatis, circa perſonas excellẽtes, ſine acceptione perſonarum: propter pacem communem, 12æ q.97.4.2m.*22æ.q.63.2.2m.

11 In publica lege humana nullus poteſt diſpenſare, niſi ille à quo lex habet auctoritatem, uel cui ille commiſerit, 12æ.q.97.4.3m.

12 Inferior poteſt diſpenſare in præceptis ſuperioris, quando ſibi permittitur à ſuperiori non autem aliter, 12æ.q.97.4.3m.

13 Rectores multitudinis poſſunt diſpenſare in legibus humanis, quando deficiunt in aliquo caſu, uel neceſſitas imminet, uel quando non expediunt alicui perſonæ, 12æ.q.96.6.c.*q.97.4.0.*q.100.8.c.*22æ.q.88.0.c.2m.*q.89.9.0.*q.147.4.c.1m.

1 ¶Diſpoſitio ſemper importat ordinem habentis partes, 12æ.q.49.1.3m.*2.1m.

2 Diſpoſitio poteſt dici tam ratio ordinis rerum in finem, quã ratio ordinis partium in totum prouidentia uero, primum tantum, 1a.q.22.1.c fi.

3 Diſpoſitio ſumitur dupliciter. ſ. pro genere habitus, & ut diuiditur contra habitum, & hoc dupliciter, ſ. uel ut diuerſæ ſpecies, uel ut imperfectum contra perfectum, in eadem ſpecie, 12æ.q.49.2.3m.

4 Diſpoſitio triplex. ſ. uel ſecundum locum, i. prædicamentum ſitus, uel ſecundum potentiam, i. præparatio ad habitum, uel ſecundum ſpeciem, i. habitus, ſed diſpoſitio tertio modo fit habitus, non autem ſecundo modo, 12æ.q.40.1.3m.*2.3m.*4.c.*q.48.4.4m.

5 Diſpoſitio duplex. ſ. diſpoſitio remouẽs, & diſpoſitio perficiẽs, 12æ.q.88.3.c.

6 Diſpoſitio duplex. ſ. materiæ; & agentis prima eſt tantum entium ſecunda uero eſt etiam non entium, ut prædeſtinatio, 1a.q.23.2.3m.

7 Diſpoſitio dupliciter ſe habet ad id ad quod diſponit, ſ. ut uia ad perfectionem, & ut effectus, ſecundo modo manet cum perfectione, non autem primo modo, 3a.quæſt.9.3.1m.

8 Diſpoſitio tripliciter ſe habet ad id ad quod diſponit. ſ. ut idẽ in eodem, in eodem ut non idem: & ut nec idem nec in eodem, 12æ.q.74.4.3m.

9 Diſpoſitio quæ diuiditur contra habitum, ut imperfectum contra perfectum in eadem ſpecie, fit habitus, non autem quæ diuiditur contra habitum, ut diuerſa ſpecies, 12æ.q.49.2.3m.*q.88.4.4m.

10 Omne ſubiectũ diſpoſitionis uel habitus, requirit tria. ſ. compoſitionem ſubiecti ex actu & potentia: indeterminationẽ ad multa, & concurſum plurium accidentium, 12æ.q.49.4.0.

11 Nulla diſpoſitio uel habitus ad operationes eſt principaliter in corpore, ſed tantum diſpoſitio ad formam: non autem habitus propriè, 12æ.q.50.1.0.*2.c.

12 Difficile mobile diuerſificat habitum à diſpoſitione, non autem ab aliis ſpeciebus qualitatis, 12æ.q.49.2.3m.

13 *Habitus uel diſpoſitio non eſt in Deo nec in angelis, nec in cœlis, nec in elementis 12æ.q.49.4.c.

14 Eiuſdem eſt diſponere ad finem, & ad finem perducere, uel per ſe, uel per ſuos ſubditos, 12æ.q.58.2.3.c.

15 Diſpoſitio eorum quæ ſunt ad finem, attenditur ſecundum rationem finis. 12æ.princ.*q.95.3.c.*q.102.1.c.*22æ.q.55.2.6.c.

16 Omne quod eleuatur ad formã altiorem ſua natura requirit diſpoſitionem ſupra naturam ſuam. 1a.q.12.5.c

17 Quilibet artifex etiam artifex diuinus, intendit operi ſuo inducere diſpoſitionem optimam reſpectu ſui finis: non autem optimam ſimpliciter, 1a.q.47.2.1m.*q.91.3.c.

18 Diſpoſitio patientis eſt in eodem ſubiecto cum forma ad quam diſponit. non adꝫ diſpoſitio agentis. 22æ.q.74.4.3m.

19 Forma non neceſſario conſequitur diſpoſitionem, niſi per uirtutem agentis, quod cauſat diſpoſitionem, 12æ. q.112.3.3m.

20 Diſpoſitio ſequitur naturaliter formam & perfectionem, ad quam diſponit, licet præcedat eam uia generationis, 3a.q.7.10 2m.

21 Prima diſpoſitio materiæ eſt quantitas dimẽſiua. 3a.q.77.2.c

22 Diſpoſitio materialis non eſt cauſa ſimpliciter, ſed ſecundum quid, 12æ.q.27.3.c.

23 Forma ſemper eſt in materia diſpoſita, non quidem reſpectu primi effectus formæ ſcilicet eſſe actu, ſed reſpectu effectuũ poſteriorum. 1a.q.76.6.1m.

24 Diſpoſitio eſt in eodem ſubiecto cum eo ad quod diſponit propinque, 3a.q.63.4.2m.

25 Diſpoſitio ſubiecti eſt prior naturaliter ſuſceptione formæ

ſed

ſed eſt poſterior actione agentis,12æ.q.113.8.2m.
16 Omnis diſpoſitio inordinata habet unitatem ſpecificam à ſua cauſa, ſed unitatē numeralem habet à ſuo ſubiecto,12æ.q.82.2.c.

1 ¶Contentio in diſputatione importat quādam acrimoniam locutionis,22æ.q.38.1.c.
2 Diſputatio cum infidelis intentione confutandi errores, uel cauſa exercitii eſt laudabilis:ſed abſint rudes:niſi ab infidelibus tententur,22æ.q.10.7.0.

1 ¶Diſſenſio duplex.ſ.ad ſe,& ad alterum. & utraque opponitur paci:ſed tantum ſecunda opponitur concordiæ, 22æ.q.29.1.3m.

1 ¶Diſtantia & propinquitas creaturæ ad Deum,eſt ſimilitudo uel diſſimilitudo: non autem ſecundum locum,1ª.q.8.1.3m.
2 Corruptibilia plus diſtant à Deo, quàm incorruptibilia: ideo debiliter eſſe recipiunt 1ª q.65.1.1m.

1 ¶Diſtinctio duplex.ſ.formalis.i.ſpecifica,& materialis,id eſt, numeralis, 1ª.q.50.3.c.°q.47.1.2.c.
2 Diſtinctio numeralis eſt propter ſpecificam.quia ſpecifica eſt nobilior,1ª.q.47.2.c.
3 Diſtinctio formalis,ſemper requirit inæqualitatem, 1ª.q.47.2.c.
4 Omnia quæ dicuntur ſecundum ordinem ad aliquid:diſtinguuntur ſecundum diſtinctionem eorum ad quæ dicuntur,12æ.q.54.2.c.
5 Prima diſtinctio rerum à principio fuit ſolum à Deo,ad perfectionem uniuerſi,1ª.q.47.1.0°.2.c. q.25.3.2m.
6 Diſtinctio potentiarum non eſt ſecundum materialem,ſed ſecundum formalem diſtinctionem obiectorum:quæ eſt ſecundum rationem,1ª.q.59.2.2m.°q.77 3.5m.°q 80.1.2m.°22æ.q.17,6.1m.°q.47.5 c.
7 Ea quæ non conueniunt in una potentia, ut differentiæ,generaliſſima,& materię à ſe ipſis diſtinguuntur, 1ª.q.85.1.2m.
8 Omnis diſtinctio formalis eſt per aliquam oppoſitionem,1ª.q 36.2.c.
9 In diuinis nulla eſt diſtinctio realis,niſi per oppoſitas relationes originis,1ª q.27.princ.°q.28.3.c.°q.29 4.c. °q.36.2.c.°q.32.5 c.3m.°q.36 2.c.m.°q.40.2 3.0.°q.95.5.c.
10 Diſtinctio realis in perſonis diuinis, ſtat cum identitate eſſentiæ,1ª.q.39.1.0.
11 Diſtinctio in diuinis perſonis non eſt per diuiſionem alicuius communis: quia eſſentia communis remanet indiuiſa: ſed oportet diſtinguentia conſtituere perſonas, 1ª.q.40.2.3.c.
12 Diſtinctio diuinarum perſonarum eſt minima ſecundum quantitatem:& eſt maxima ſecundum dignitatem & cauſalitatem,1ª.q.40.2.5m.
13 Proprietates in diuinis determinant & diſtinguunt perſonas non autem eſſentiam,1ª.q.40 1.2m.
14 Perſonæ diuinæ conſtituuntur & diſtinguuntur per origines:ſed primo & principalius per relatione, 1ª.quæſt.41.2.c fi.
15 Relatio ut relatio non conſtituit,nec diſtinguit perſonas diuinas:ſed ut diuina,1ª.q.40.2.u.
16 Remotis relationib. perſonæ diuinæ non diſtinguerentur, 1ª.q.40.5.0.°3ª.q.3.5.3m.
17 Relationes diuinæ diſtinguuntur ab inuicem realiter,ut relatiuæ:non autem ut abſoluta,1ª.q.28.3.0.°quæſt. 30.1.c.c.°2 c.

1 ¶Diuerſitas °In Deo nulla eſt diuerſitas,1ª.q. 31. 2.c.1m.
2 Diuerſitas ſpeciei, ſumitur à forma, 12æ. q.23.1.c.° quæſt.34.1.1m.
3 Materia ſecundum ſe,diuerſificat genus:ſed diſtinctio materiæ per quantitatem diuerſificat tantum indiuidua, 1ª.q.50.4.c,°12æ.q.23.1.c°.q.154.1.1m.
4 Diuerſitas materiæ diuerſificans formam, diuerſificat ſpeciē, 22æ.q.154.1.1m.

1 ¶Diuinatio:non dicitur ſi quis prænunciet ea quæ ex neceſſitate eueniunt,uel ut in pluribus,quę humana ratione prænoſci poſſunt ex cauſis:neque etiam ſi quis futura aliqua contingentia,Deo reuelante cognoſcat,tunc enim non ipſe diuinat.i.quod diuinum eſt facit:ſed magis quod diuinum eſt ſuſcepit,22æ q.95.1.c.fi.
2 Conſiderare huiuſmodi effectus contingentes in ſeipſis antequam fiant,non eſt alicuius diuini,ſed eſt Dei proprium,q ſolus in ſua æternitate uidet ea quæ futura ſunt quaſi præſentia,22æ.q.63.1.c.
3 Si quis huiuſmodi futura prænunciare, aut prænoſcere quocunq; modo præſumpſerit,non Deo reuelante:manifeſtè uſurpat ſibi quod Dei eſt,& ex hoc aliqui diuini dicuntur,22æ.q.95.1.c.
4 Diuini enim dicti ſunt,ſecundum Iſidorum,quaſi Deo pleni, diuinitate enim ſe plenos ſimulant, & aſtutia q adam fraudulentiæ, hominibus futura coniectant, 22æ.q.95.1.c.
5 Homo habet naturalē inclinationem ad cognoſcendum futura, ſecundum modum humanum:non autem ſecundū indebitum diuinationis modum. 22æ.q.95.1.3m.
6 Diuinatio non dicitur ab ordinata participatione alicuius diuini:ſed ab indebita uſurpatione eius quod Dei eſt,22æ.q.95.1.c,1m.
7 Si huiuſmodi diuinatio cauſetur ex reuelatione dæmonum, cum quibus pacta habentur,uel expreſſa,quia ad hoc inuocantur,uel tacita,quia huiuſmodi diuinatio extenditur ad id,quod ſe non poteſt extendere.erit diuinatio illicita & ſuperſtitioſa,22æ.q.95.6.fi.
8 Diuinatio igitur eſt indebita uſurpatio prænunciandi,futuros euentus,22æ.q.9..1.0.
9 Diuinatio ſemper eſt peccatum: quia ſemper in malam partem accipitur ſecundum Hieronymum, 22æ. q. 95.1.c.fi.
10 Omnis diuinatio prouenit ex operatione dæmonum: ideo eſt ſpecies ſuperſtitionis,22æ.q.95.2.0.°3.c.princ.
11 Diuinatio eſt ſpecies ſuperſtitionis, ratione finis: ſed quoad modum operis,eſt ſpecies ſuperſtitionis,22æ.q.95.2.1m.
12 Genus diuinationis triplex,ſ.nigromantia,augurium,& ſortilegium:quorum quodlibet multas habet ſpecies, 22æ q.95.3.0.
13 Diuinatio facta per inuocationem dæmonum per aſtra,ſomnia,auguria,uel ſortes,non eſt licita,ſed ſuperſtitioſa,22æ.q.65.0.°q.9..1.0.
14 Dæmones poſſunt diuinari uerum tripliciter,ſ.ſubtilitate naturæ,reuelatione & experientia,1ª.q.64..5m.°22æ.q.172.3.1m.°6.0.

¶Diuinum prędicatur de eſſentia:& de perſonis diuinis.5æ.q.16 2 3m.

1 ¶Diuiſio duplex.ſ.ſecundum quantitatem, & ſecundum formam:prima eſt poſterior unum:ſecunda uero prior:ideo diuiſionis unitatem,1ª.q.30.3.c.
2 Continuum mathematicè diuiditur in infinitum, ſecundum eandem proportionem: non autem ſecundum eandem quantitatem,ſed per minorem,1ª.q.48.4.3m.°12æ.q.85.2.c.
3 Vnumquodque poteſt per ſe diuidi, ſecundum illud, quod in eis ratione continetur: non autem per alia,12æ.quæſt.9.4.c.
4 Res diuiditur per ſe id ſolum quod conuenit ei ſecundum genus,12æ.q.18.7.c.
5 Partes diuiſionis uniuocæ,ſunt coæquæ ſecundum rationem generis:licet altera earum ſit prior ſecundum rem: ſed in analogis,una earum ſemper eſt prior re,& ratione, 12æ.q.61.1.1m.
6 Omnis pluralitas ſequitur aliquam diuiſionem, 1ª. quæſt.30.3.c.
7 Diuiſorum ex oppoſito aliqua ſunt ſimul ſecundum rem, & ſecundum rationem,ut ſpecies animalis, & coloris:aliqua ſimul ſecundum rationem:ſed unum eſt prius ſecundum rem,ut ſpecies numeri, figuræ, & motus aliqua quorum unum eſt prius alio ſecundum rem & ſecundum rationem,ut ſubſtantia accidente, 1ª.q. 77.4. 1m.° 12æ.q.29.2.5m.

1 Diuitiæ duplices,ſ.corporales,& ſpirituales,ſecundæ ſunt ueræ,non autem primæ,22æ q.125.1.3m.
2 Diuitiæ dupliciter.ſ.naturales,& artificiales primæ appetuntur finite: ſecundæ dum habentur appetuntur finite,ſed dum non habentur,infinite,12æ.q.2.1.c. 3m. °q.30.4.0.
3 Diuitię cauſant tria mala: quæ uitantur per paupertatem. ſcilicet ſolicitudinem,elationem,& amorem earum,22æ.q.188.7.c.
4 Diuitiæ non ſunt finis œconomicę:ſed bene uiuere,22æ. q.50.3. m.
5 Diuitiæ inquantum proſunt ad uirtutes,ſunt bonæ,ſed ſunt malæ inquantum impediunt:ſimiliter & paupertas,12æ.q.18.1.5m.
6 Deus dat aliquibus abundantiam diuitiarum, ut meritum bonæ diſpenſationis acquirant, 22æ.q.116.1.1m.°quæſt.126.1.3m.
7 Difficile eſt inter diuitias,charitatem ſeruare quia impediunt eam principaliter alliciendo animum,& diſtrahendo,22æ.q.186.3.4m.°q.188.7.c.
8 Diuitiæ ſunt uiles,uanæ,& mutabiles:& ideo debent contemni,22æ.q.126.1.3m.

9 Diuitiæ

9 Diuitiæ de conſilio abdicātur per perpetuam paupertatem delitiæ carnis per perpetuam caſtitatem: & ſuperbia vitæ, per obedientiæ ſeruitutem, 12æ.q.108.4.c.ſi.° 22æ.q.186.6.o

¶Diuturnitas auget amorem amici præſentis, abſentis autem diminuit, 22æ.q.49.2.2m

1 ¶Docere eſt actus vitæ actiuæ, quoad actum exteriorem, & interiorem, ut dirigit ad opus: ſed eſt actus cōtemplatiue, ſecundum actum interiorem abſolute, 22æ.quæſt.181.3.o

2 Docere dicitur dupliciter. ſ. principaliter infundendo lumen, & inſtrumentaliter dirigendo. Secundum conuenit angelis illuminando alios de reuelatis, & homini exterius adminiculando, proponendo exempla, uel applicando principia concluſioni: primum autem ſoli Deo, 1ª.q.107.1.o.°q.117.1.o.° 22æ.q.173.2.c.° 3ª.q.69.5.2m

3 Chriſtus conuenienter multa docuit in parabolis propter tria. ſ. tum quia connaturale eſt homini, per ſenſibilia deuenire in cognitionem intelligibilium: tum propter ſimplicitatem quorundam audientium, tum etiam ut indignis diuina myſteria occultaretur, 3ª.q.42.3.o

4 Docere per modum exhortationis priuate, conuenit mulieri, non autem publice prædicare, 22æ.q.177.2.o.° 3ª.q.5.5.2 3m.° q.67.4.2m

5 Nullus poteſt proprie docere, 1ª.q.117.1.4m

6 Docere habet duplicem materiam. ſ. ſcientiam, & diſcipulum: ideo conſtituitur cum duplici accuſatiuo. 22æ.q.181.3.c

7 Ad docendum alios in diuinis tria requiruntur, ſcilicet plenitudo cognitionis, uis probandi, & pronunciatio, 12æ.q.111.4.c

8 Prædicator docendo debet facere tria, ſcilicet inſtruere, delectare, & flectere, 22æ.q.177.1.c

1 ¶Docilitas eſt aptitudo bene acquirendi rectam opinionem ab alio, ſicut ſolertia à ſeipſo, 22æ.q.48.c.° q.49.3.o.°4.c

2 Docilitas ſecundum aptitudinem, eſt à natura. Sed ad eius conſummationem, plurimum, ualet ſtudium. ſ. ſolicite, frequenter & reuerenter, animum applicando documentis maiorum, non negligendo ea per ignauiam, nec contemnendo per ſuperbiam, 22æ.q.49.3.2m

1 ¶Doctor primus & principalis doctrinæ ſpiritualis & fidei, fuit Chriſtus, 3ª.q.7.7.c

2 Chriſtus fuit veriſſime doctor, martyr, & uirgo, 22æ.quæſt.152.4.c

3 Quia Catholicæ ueritatis doctor, non ſolum prouectos debet inſtruere, ſed ad eum pertinet etiam incipientes erudire: propoſitum noſtrum in hoc opere eſt, ea quæ ad Chriſtianam religionem pertinent, eo modo tradere, ſecūdum quod congruit eruditioni incipientium, 1ª. Prolo. principio, 22æ.q.189.1.4m

4 Auctoritas ſacræ ſcripturæ, auctoritati cuiuſcunque doctoris præfertur, 1ª.q.1.8.2m

1 ¶Doctrina tripliciter eſt occulta. ſ. ea intentione docentis, propter inuidiam uel turpitudinem rei: ſecundo quia paucis oſtenditur: tertio ex modo ſcilicet figuraliter. Sed doctrina Chriſti fuit occulta tertio modo tātum, 3ª.quæſt.42.3.c

2 In doctrina ſacra, multa occultantur, maximè infidelibus, ne irrideantur, 1ª.q.1.9.3m.ſi.° 22æ.q.40.3.c

3 Chriſtus noluit ſcribere doctrinam ſuam, triplici ratione, ſ. propter dignitatem Chriſti, propter excellentiam doctrinæ, & propter ſpiritualitatem eius, 3ª.q.42.4.o

4 Diuina doctrina dicitur lac, triplici ratione, ſ. propter pulchritudinem, propter dulcedinem, & propter ſumendi facilitatem, 22æ.q.189.1.4m

5 Doctrina oſtenditur eſſe uera, per hoc quod conſonat rationi. Et ſimiliter lex, 12æ.q.98.1.c

6 Homo adiuuatur & impeditur interius à doctrina dupliciter, ſ. propter uirtutem & culpam doctorum, uel auditorum, 22æ.q.177.1.3m.° q.189.1.4m.° 10.o

7 Nomen doctrinæ & diſciplinæ, ad inquiſitionem cognitionis pertinet. Nam doctrina eſt actio eius, qui aliquid cognoſcere facit. Diſciplina autem eſt receptio cognitionis ab aliquo. Et debet eſſe à facilioribus, 22æ.quæſt.189.1.4m

1 ¶Dolor eſt paſſio animæ in appetitu ſenſitiuo uel intellectiuo, 12æ.q.35.1.3.° 3ª.q.84.8.9.o.° q.8.1.c

2 Dolor interior, eſt ſimpliciter maior dolore exteriori, 12æ.q.35.7.o.° q.37.1.3m

3 Dolor magis fugitur, quàm ametur uoluptas: quia minor eſt amor uoluptatis, quam amor conſeruationis ſui, cui correſpondet doloris fuga, 12æ. quæſt. 29. 3. 1m.° quæſt. 35. 6. b.° c. ſi.° 22æ.quæſt.123.11.c.° quæſt. 138. 1.c.° q.142.3.2m

4 Sicut dolor minuitur ex diuturnitate, ſic timor ex præmeditatione, 12æ.q.42.5.c

5 Innocentia patientis, minuit dolorem, quoad numerum, quia non dolet de tot. Sed auget intenſiue per ſe, quia magis indigne, 3ª.q.46.6.3m

6 Dolor & triſtitia, ſunt tantum de contrariātibus uoluntati, 1ª.q.103.7.c

7 Triſtitia eſt ſpecies doloris, conſequens interiorem apprehenſionem tantum. Sed dolor conſequitur ad omnē apprehenſionem, 12æ.q.35.2.o.° 7.c.° 3ª.q.13.6.c

8 Omnis dolor & triſtitia, ſecundum ſe ſunt mala. Sed præſuppoſita præſentia mali, ſunt bona, 12æ.q.39.1.o.° q.59.3.c.° 3.4.15.5.6.o

9 Dolor & triſtitia, poſſunt eſſe bona, honeſta, & utilia, ratione fugæ mali, 12æ.q.39.2.3.o.° 3ª.q.15.6.2m.° 3m.° q.46.6.2m

10 °impoſſibile eſt aliquam triſtitiam uel dolorem, eſſe ſummum malum, 12æ.q.39.4.o

11 Dolor & gaudium ſenſibile, nullo modo poſſunt eſſe ſimul, quia ſemper contrariatur, ſaltem ſecundum motum cordis, ſecundum dilatationem & conſtrictionem, 3ª.q.84.8.2m

12 Ad dolorem requiruntur duo, ſcilicet coniunctio mali, & perceptio eius, 12æ. quæſt. 35.1.7.c.° q.41.3.c.° 3ª.q.15.5.6.o

13 Malum coniunctum, eſt magis cauſa doloris & triſtitiæ, quam bonum amiſſum, 12æ.q.36.1.o

14 Malum coniunctum, cauſat dolorem ut finis, ſed amor ut vnde principium primum, & aliquando concupiſcentia. Sed odium, ut principium ſecundum, 12æ.quæſt.36.2.o.° 4.c

15 Appetitus unitatis non cuiuslibet, ſed eius quæ eſt de perfectione naturæ, cauſat dolorem, 12æ.q.36.3.o

16 Poteſtas maior, non tollens inclinationem, ſed repugnans ei, cauſat dolorem, in quantum infert malum, 12æ. q. 36.4.o

17 Paſſio Chriſti, ratione defectus humani cauſat in nobis dolorem & triſtitiam, ſed ratione benignitatis Dei cauſat lætitiam, 22æ.q.82.4.1m

18 In Chriſto fuit uerus dolor ſenſibilis, 3ª.q.15.5.o.° quæſt. 46.6.c

19 Dolor Chriſti in paſſione peruenit uſque ad rationem ſuperiorem, 3ª.q.46.8.o

20 Dolor Chriſti nō impediebat delectationem fruitionis eius nec econuerſo, 3ª.q.15.5.3m.° 6.c.° 9.3m.° q. 46. 6. c.ſi.° 2m.° 8.o

21 Dolor Chriſti interior & exterior fuit maximus, 3ª.q.46.6.o.° q.48.2.c

22 Chriſtus doluit, pro omnibus peccatis ſimul, 3ª.quæſt.46.6.4m

23 Chriſtus magis dolebat de miſerijs noſtris, quàm de paſſione ſua, 3ª.q.46.6.4m

24 Dolor Chriſti fuit maior dolore cuiuſcunque contriti, 3ª. q.46.6.3m.° 4m

25 Dolor Chriſti fuit maior dolore Adæ, ſi paſſus fuiſſet in innocentia, 3ª.q.46.6.3m

26 Dolor & triſtitia, nullo modo ſunt in Deo, 1ª. quæſt. 20.1.2m

27 Mater Chriſti peperit ſine dolore, & cum maxima iocunditate, 22æ.q.164.2.3m.° 3ª.q.35.6.o

28 Beati non dolent de malis quæ fecerunt, 12æ.q. 39. 3.1m.° 3ª.q.84.8.c

1 ¶Dolus proprie accipitur tantum in malo, ſed abuſiuè in bono, 22æ.q.55.4.1m

2 Dolus principaliter eſt in uerbis, 22æ.q.55.4.2m.° 3.c

3 Dolus fit tripliciter, ſ. corde, ore, & opere. Sed fraus propriè eſt tantum in factis, 22æ.q.55.4.2m.° 5.c.° q.111.3.2m.° q.118.8.c.2m

1 ¶Dominatio ſignificat tria, ſcilicet libertatem rigidam, & inflexibilem gubernationem, & appetitum & participationem ueri dominij, 1ª.q.108.5.2m

2 Dominationes præcipiunt: poteſtates ordinant: & principatus dirigunt, 1ª.q.108.5.3m

1 ¶Dominicus poteſt prædicari de qualibet re Chriſti, non autem de homine Chriſto, 3ª.q.16.3.o

1 ¶Deus eſt principium & finis, & eſt realiter Dominus omnium, quia creatura ſubijcitur ei realiter, 1ª.q.13.7.5m.° 3ª.q.35.3.c

2 Dominium conuenit Deo realiter ab æterno, quoad poteſtatem,

ſtatem, non autem quoad relationem. Sed fundamentum relationis dominij eſt poteſtas, 1a.q.13.7.1m.°6m.°8.1m
3 Sola creatura rationalis, habet dominium ſui actus, 12æ.q.1.1.2.c.°q.6.2.2m.°q.15.2.c
4 Homo eſt dominus ſuarum operationum, per intellectum & voluntatem, 12æ.q.1.1.c.°q.6.2.2m.°q.21.2.0.°q.109.2.1m.° 22æ.q.158.2.3m
5 Sumus Domini noſtrorum actuum, ſecũdum q. poſſumus hoc uel illud eligere. Ideo non ſumus domini appetitus vltimi finis, 1a.q.82.1.3m
6 Homo in ſtatu innocentiæ habuiſſet dominium ſuper alia animalia imperando, & utendo libere, non autem ſuper angelos, 1a.q.9 .1.2.0
6 Nec habuiſſet dominium ſeruile ſuper homines, ſed domi orum liberorum, 1a.q.92.1.2m.°q.96.4.0.° 22æ.q.164.2.c.1m.°q.189.6.2m
8 Dominium & prælatio, introducta ſunt ex iure humano, 22æ.q.10.c.°q.32.2.c
9 In ſimonia transfertur dominium, non autem in furto, nec in rapina, nec in vſuris, 22æ.q.78.3.c.3m
1 ¶Domus non eſt unum ſimpliciter, ſed aggregatione. Nec forma eius quæ eſt cõpoſitio uel ordo dat eſſe & ſpeciem toti, & cuilibet parti eius, 1a.q.76.8.c
¶Donatus hæreticus rebaptizans, eſt condemnatus in concilio Toletano, 3a.q.66.8 c
¶Donec quandoque ſignificat tempus certum, quandoque uero tempus infinitum, 3a.q.28 3.3m
1 ¶Donum eſt proprium nomen ſpiritus ſancti, 1a.q.38.1.0
2 Donum eſt nomen perſonale in diuinis, 1a q.38.1.0
3 In nomine doni importatur proprietas originis ſpiritus ſancti, quæ eſt proceſſio, 1a.q.38.2 2m
4 Donum importat diſtinctionem perſonalem ſecundum quod eſt alicuius ſecundum originem. Sed ſpiritus ſanctus dat ſe ſecundum q. eſt ſuus, 1a.q.38.1.1m
5 Donum dicitur tripliciter, ſ. per identitatem, ſecundum originem, & ſecundum ſubiectionem. Primo modo conuenit eſſentiæ Dei, ſecundo perſonis, tertio creaturis rãtum, 1a.q.38.1.1m.° 2m.° 3m
6 Spiritus ſanctus eſt ratio omnium donorum Dei, quorum principium eſt uoluntas Dei, 1a.q.38.1.0 °q.43.5.2m
7 Omnia dona ſub ratione doni, manifeſtant ſpiritum ſanctum. Sed ſecundum ſpeciem doni, aliqua dona manifeſtant filium, ut ſapientia, & ſcientia, 1a.q.43.5.1m
8 Dona Spiritus ſancti ſunt tantum ſeptem, ſ. ſapientia, intellectus, conſilium, fortitudo, ſcientia, pietas, & timor domini, 12æ.q.68.4.0.° 22æ.q.8.6.0.° q.45.2.3m
9 Et numerantur partim ſecundum dignitatem eorum, & partim ſecundum materias, 12æ.q.68.7.0
10 Circa materias omnium uirtutũ, oportet eſſe aliquod de ſeptem donis, 12æ.q.68.4.7.c.° q.60.1.3m
11 Septem dona perficiunt hominem, ut ſequatur motũ Dei, virtutes autem perficiunt, ut ſequatur motum rationis, 12æ.q.68.0.°q.69.1.c.° 22æ.q.8.3.c.°q.19.9.c.°q.52.1.3.c.°q.121.1.c.°q.139.1.c.° 3a.q.7.5.c.1m
12 Omnia ſeptem dona, ſunt priora uirtutibus intellectualib. & moralibus, ordine perfectionis & dignitatis: ſed ecõuerſo ordine generationis & diſpoſitionis, 12æ.q.68.8.1m
13 Et ſunt dona ſpiritus ſancti, ſecundum q. charitate informantur. Ideo iis nullus male utitur, 12æ.q.68.8.3m
14 Septem dona excellunt omnes uirtutes morales, & intellectuales ſed excelluntur à virtutibus theologicis, 12æ.q.68.1.8.0.°q.69.1.1m.° 22æ.q.9.1.3m.°q.19.9.4m.°q.81.2.1m
15 Omnia ſeptem dona præſupponunt tres uirtutes theologicas, ſicut quaſdam radices ad quas pertinent, ſicut & earum deriuationes, 12æ.q.68.4.3m.° 8.c.3m.° 22æ.q.19.9.4m.°q.139.2.2m
16 Dona ſunt principia uirtutũ intellectualium, & moralium, 22æ.q.19.9.4m
17 Omnia ſeptem dona ſunt connexa, quia habens unum, habet omnia, & charitatem, & econuerſo, 12æ.q.68.5.0.°22æ q.19.3 c.°q.135.1.2m.° 3a.q.7.5.5m
18 Dona ſunt in omnibus uiribus hominis, in quib. ſunt virtutes, 12æ.q.68.4.5.7.c
19 Donorum tria ſunt in parte appetitiua, ſcilicet donum fortitudinis, pietatis, & timoris, reliqua uero in parte cognoſcitiua, 22æ.q.8.6.c
20 Dona quorum unum dirigit alterum, combinantur ſimul, 12æ q.68 7 4m
21 Septem dona ſunt habitus in anima, 12æ.q.68.3 0
22 Septem dona ſunt neceſſaria ad finem ſupernaturalem, non autem ad finem naturalem, 12æ q.68 2.0.° 3 1m.° 3m
23 Septem dona habent duplices actus, unum in uia, & alium in patria, 12æ.q.68.6.2m
24 Omnia ſeptem dona, in patria habebunt actus ſuos circa ea quæ pertinent ad uitam contemplatiuam, non autem circa ea quæ pertinent ad uitam actiuã, 12æ.q.68.6.3m
25 Omnia ſeptem dona manent in beatis ſecundum eſſentiam, non circa idem, nec cum eodem actu, 12æ.q.68.6.0.° 22æ.q.8.7.c.°q.139.1.2m.° 3a.q.7.3m
26 Dona Dei ſecundum diuerſas rationes emanant à bonitate, miſericordia, liberalitate, & iuſtitia, 1a.q.21.3.c.° 22æ.q.31.1.2m.° 3m
27 Præcipuum omnium donorum Dei, fuit filius eius, 12æ.q.112.3.c
28 Remiſſio peccatorum eſt maius donum Dei, quàm innocẽtia ex parte recipientis, ſed econuerſo ex parte dantis. Ideo pœnitens magis tenetur ad gratiarum actiones, quàm innocens, 1a.q.10.4 4m.° 22æ.q.106.3.0.° 3a.q.88.2 3m.°q.89.2.3m
1 ¶Dormiens quandoque ſyllogizat, licet ſemper cum aliquo errore, 1a.q.84.8.2m.° 22æ.q.154 5.2m
2 °Interdum ſimilitudinibus rerum inhæremus, ſicut rebus ipſis, ut patet in dormientibus, 1a.q.55.3.3m.°8.° 22æ.q.154.5.c
1 ¶Dotes animæ ſunt tres, ſcilicet viſio, fruitio, & comprehenſio. Et dotes corporis ſunt quatuor, ſ. ſubtilitas, agilitas, claritas, & impaſſibilitas, 1a.q.12.7.1m.° 3a.q.45.1.3m
2 Dotes corporis procedunt ex ueritate animæ glorificatæ, ſecundum quod anima cauſat quatuor in corpore, ſ. eſſe ſubſtantiale, vires formas ſecundarias, ſ. accidentales, & motum expeditum, 3a.q.28.2.3m.° q.45.2.c
3 Chriſtus ante reſurrectionem non habuit dotes corporis ſecundum habitum, ſed tantum actus ſupernaturaliter, contra Vguonem de ſancto Victore, 3a.q.28.2.1m.° q.45.1.1m.° 2.0.° q 81.3.c
4 Aliquibus donis, quæ à Theologis dotes appellantur, ornabuntur beati in paradiſo Suppl.q.95.1.0
5 Beatitudo & dos realiter non ſed differunt. Suppl.q.95.2.c
6 Si Chriſto aliquo modo cõpetat habere dotes, non ita propriè ſicut aliis ſanctis competit, cum tamen ea quæ dotes uocantur, excellentiſſimè ei conueniant. Suppl.q.95.3.c
7 Dotes propriè non competunt angelis, ſicut & hominibus, ſed metaphoricè, Suppl.q.95.4.0
8 Conuenienter tres aſſignatæ ſunt animæ dotes, ſcilicet uiſio quæ fidei, comprehenſio quæ ſpei, fruitio quæ charitati reſpondet. Suppl.q.95.5.c
1 ¶Dubitatio dicitur dupliciter, ſ. motus rationis ſupra utramque partem contradictionis, cum formidine determinandi alteram partem eius, & formido affectus ad aliquod terribile ſuſtinendum. Prima non fuit in Chriſto, ſed ſecunda, non ſecundum rationem, ſed ſecundum ſenſualitatem, 3a.q.18.4.1m.° 2m
2 Dubitatio non poteſt eſſe in Deo, nec in angelis, 3a.q.18.4.1m
3 Dubitatio duplex, ſcilicet infidelitatis, & admirationis. Secunda fuit in matre Chriſti, non autem prima, 3a.q.27.4.2m.° q 30.4.2m
4 Dubia de perſonis, debent in meliorem partem interpretari determinando, de rebus autem in partem ueriorem, ſupponendo, 22æ.q.60.4.0
°¶Duellum eſt illicitum. Et magis cõuenit ei ratio ſortium quàm iudicio cum ferro candenti. °Iudicia tamen huiuſmodi ſunt prohibita, quia ſunt de occultis, quæ diuino iudicio reſeruantur, 22æ.q.95.8. 3m
Deus quandoque abſcondit dulcedinem ſuam à bonis, ut eam ardentius quærant, 12æ.q.112.5.c
1 ¶Dulia eſt honor & ſeruitus debita creaturæ, ſed latria eſt honor & ſeruitus debita ſoli Deo: ideo differunt ſpecie, 22æ.q.103.3.0
2 dulia ſumitur dupliciter, ſ. communiter, ut exhibet reuerentiam omni homini, ratione cuiuſcunque excellentiæ uel propriæ, & tantum ut reuerentiam exhibet ſeruus domino. Prima habet diuerſas ſpecies ſecundum diuerſitatem excellentiæ, ut pietatem, obſeruantiam & huiuſmodi: non autem ſecunda, ſed eſt ſpecies obſeruantiæ, quæ eſt ad omnes dignitates excellentes, 22æ.q.103.3.c.° 4.0
1 ¶duo dicitur quaſi habens dualitatem non in alio, ſed in ſeipſo de quo prædicatur duo, 3a.q. 7.1.6m
2 duo aliquando pro uno accipiuntur, 1a.q.70.1.c
3 Vnum aliquando habet uim duorum, 1a.q.39.2.c.1m
1 ¶duplicitas cordis, eſt aliud oſtendere, & aliud intendere, 22æ.q.109.2.4m.° q.111.3 2m
2 duplicitas ut eſt uertibilitas animi ad diuerſa, eſt aliquid cõſequens ad luxuriã, ſicut & inconſtantia, 22æ.q.53 6 2m

1 ¶Protentio durationis uidetur attendi ſecundum operationem, magis quàm ſecundum eſſe, ſicut & tempus eſt numerus motus, 1ª.q.10.1.2m.fi.
2 Duratio pœnæ reſpondet culpæ ex parte maculæ, & non ex parte actus, 12æ.q.87.2.3m.
3 Duratio pœnæ, non reſpondet durationi culpæ, nec in iudicio diuino, nec humano, 12æ.q.87.3.1m.
4 Duratio Dei, æternitas, & eſſentia eius, ſunt eadem res, 1ª.q.10.2.o.
1 ¶Dubius eſt in ſacramento Euchariſtiæ, ſiue materia. 3ª.q.77.7.2m.

E.

EADEM eidem, ſunt eadem inter ſe, tunc ſolum, quando in tertio ſunt eadem re & ratione, 1ª.q.28.3.1m.
1 ¶Ebrietas dicitur dupliciter, ſcilicet defectus rationis, ex nimio potu uini, & actus cauſans eum. Secunda eſt peccatum non autem prima, 22æ.q.150.1.o.
2 Ebrietas neſcientis potentiam uini, non eſt peccatum: ſcientis autem ſed non credentis inebriari, eſt peccatum ueniale. Aliter uerò eſt peccatum mortale, 12æ.q.88.5.1m.*22æ.q.150.1.2.o.
3 Dans uinum prono ad ebrietatem, ſcienter peccat, 22æ.q.150.1.2m.
4 Ebrietas eſt ſpecies gulæ, diuiſa contra commeſſationes, 22æ.q.150.1.c.
5 Ebrietas non eſt grauiſſimum peccatorum, 22æ.quæſt.150.3.o.
*Ebrietas uoluntaria in ſua cauſa, non excuſat totaliter à peccato, nec totaliter excuſat ſequens peccatum, 12æ.q.77.7.c.3m.
7 *Ebrietas ſine peccato, tollit totam culpam actus ſequentis, ſicut forte accidit de Loth, & Noe. 22æ.q.150.1.4.c.
8 Loth culpandus eſt, non quantum ille inceſtus, ſed quantum ebrietas meruit, 22æ.q.150.4.c.fi.
9 Ebrietas cum peccato, diminuit culpam actus ſequentis inquantum diminuit uoluntarium, 12æ.q.76.4.1m.*4m.*22æ q.150.4.o.
10 Vitium contrarium ebrietati, eſt peccatum, ſi abſtinere à uino, in magnum grauamen naturæ ſcienter. Et caret nomine, 22æ.q.150.1.3m.
11 *Ebrius homicida meretur duplices maledictiones, propter duplex peccatum, Vel ſecundum legem Piasaci, qui id ſua lege ſanciuit, non reſpiciendo ebrioſi ueniam, ſed utilitatem contra quam ebrius peccat, 12æ.q.76.4.4m.*22æ.q.150.4.1m.
1 ¶Eccleſia dicitur dupliciter, ſ. militans, & triumphans, 3ª.q.68.9.o.
2 Corpus eccleſiæ myſticum, conſiſtit ex hominibus, & angelis ex uiatoribus, & beatis, 3ª.q.8.4.c.2m.
3 Vna eſt eccleſia omnium fidelium, noui, & ueteris teſtamenti. Nec ſynagoga fuit concubina, ſed uera ſponſa, & uxor Chriſti, 3ª.q.8.3.3m.
4 Decor eccleſiæ principaliter conſiſtit in interioribus, ad quê etiam actus exteriores pertinent, inquantum ab interiori decore progrediuntur, uel ipſum conſeruant, 12æ.q.101.2.c.3m.
5 Eccleſia poteſt condere legem in pertinentibus ad cultũ Dei, & ad ſubiectionem infidelium & rerum ſuarum, 22æ.q.10.1.o.*q.66.8.2m.
6 Solus Chriſtus fundauit eccleſiam, cuius miniſterium commiſit Petro & ſucceſſoribus eius, in ædificationem, & non in deſtructionem, 22æ.q.88.12.2m.
7 Nullus prohibetur ingredi eccleſiam, & audire uerbum Dei uſque ad miſſam catechumenorum, 3ª.q.83.4.4m.
8 In caſu neceſſitatis licet uendere aut emere terram, ubi quondam fuit eccleſia, 22æ.q.100.4.1m.*2m.*3m.
1 ¶Eccleſiaſticus liber pertinet ad legem ueterem. 22æ.q.16.1.art.5.
2 Eccleſiaſticus liber non computatur inter canonicas ſcripturas apud Hebræos, 1ª.q.89.8.2m.
1 ¶Eclipſis apparens in paſſione Chriſti, fuit quintupliciter miraculoſa. ſ. primo, quia ſecundum Diony. & aſtrologos naturalis eclipſis ſolis, per interpoſitionem lunæ, nunquã accidit, niſi tẽpore coniunctionis ſolis & lunæ, quæ tunc non fuit. Secundo, quia cum circa horam ſextam luna fuiſſet ſimul cum ſole in medio cœli, in ueſperis apparuit in ſuo loco, in oriente oppoſita ſoli. Tertio, quia tunc luna iam perti anſiuerat ſolem, & diſtabat quaſi per medietatem cœli, in oppoſitione exiſtens. Quarto quia tunc luna miraculoſe ab oriente uerſus occidentem rediens, non pertranſiuit ſolem, ut eſſet eo occidentalior, ſed poſtquam peruenit ad terminum ſolis reuerſa eſt uerſus orientem. Quinto, quia ſecundum Chryſoſtomum, tribus horis tunc tenebræ remanſerunt, cum eclipſis ſolis in momento pertranſeat, 3ª.q.44.2.2m.
¶Educi de potentia, eſt fieri in actu, quod prius erat in potentia: & dependet à materia, & fit per agens naturale, 1ª.q.90.2.2m.
1 ¶Quilibet effectus Dei, eſt æqualiter à tota trinitate, 1ª.q.32.1.c.*3ª.q.3.2.c.
2 Omnis effectus repræſentat aliqualiter cauſam ſuam, 1ª q.45.7.c.
3 *Nullus effectus, eſt de ſpecie ſuæ cauſæ, 22æ.q.110.1.c.fi.*3m.
4 Omne ſignum corporale, eſt effectus ſignati, uel procedit ab eadem cauſa, 22æ.q.95.5.c.
5 Effectus poſitiuus, prior eſt effectu priuatiuo, ordine formæ: ſed ordine materiæ eſt econuerſo, 3ª.q.62.6.3m.*q.70.4.c.
6 Impoſſibile eſt quod illud quod eſt per accidens, ſit effectus per ſe alicuius uirtutis cœleſtis uel alterius agentis naturalis 1ª.q.116.1.c.*22æ.q.63.5.c.
1 ¶Aegritudo non eſt pura priuatio. Sed dicit humores inordinate diſpoſitos, 12æ.quæſt.82.1.1m.
2 Aegritudo non eſt æqualiter in omnibus ſicut nec cauſa eius 12æ.q.82.4.2m.
1 Electio pertinet determinate ad unam potentiam, ſcilicet, ad uoluntatem, 1ª.q.83.3.c.
2 Electionem rectam agit ſola uirtus, quæ eſt in parte appetitiua, 12æ.q.58.1.2m.*4.c.
3 Electio ſequitur inquiſitionem, in hominibus tantum, 1ª.q.22.1.1m.*q.59.3.1m.*q.6.2.1m.*3ª.q.18.4.2m.*q.34.2.2m.
4 Electio eſt tantum de poſſibili, 12æ.q.13.5.o.
5 Electio non eſt de ultimo fine, ſed tantum de iis quæ ſunt ad finem, 1ª.q.82.1.3m.*12æ.q.13.3.o.*.4.6.c.*22æq.24.1.3m *q.33.1.2m.*q.47.1.1.2m.*3ª.q.18.4.c.
6 Electio eſt tãtum de actibus humanis, uel de alia re cum actu humano, 12æ.q.13.4.o*5.c.
7 Ad bonam electionem requiruntur duo, ſcilicet intentio debiti finis per uirtutes morales, & recta præacceptio eorũ quæ ſunt ad finem per prudentiam, 12æ.q.36.4.4m.*q.57.5.c.*q.58.4.c.*22æ.q.47.1.2m.*q.54.2.c.
8 Intentio & electio differunt quia prima eſt reſpectu finis, ſecunda uerò eſt eorum quæ ſunt ad finem, 12æ.q.13.4.c.
9 Iudicium liberi arbitrii, eſt actus electionis, 1ª.q.83.3.2m.
10 Homo nihil eligit de neceſſitate, ſed liberè, 1ª.q.113.4.c.*12æ.q.13.6.c.*22æ.q.104.1.c.
11 Homo eſt liberi arbitrii in eligendo, non autem in proſequendo reſpectu omnium, 1ª.q.83.1.4m.
12 Electio conuenit Chriſto, 3ª.q.11.3.1m*.q.18.4.o.*q.34.2.2m.
13 Electio conuenit Deo, reſpectu creaturarum, non autem reſpectu ſui, 3ª.q.18.4.1m.*2m.
14 Electio Dei eſt etiam non entium, non autem noſtra, 1ª.q.23.1.2m.
15 Quos Deus ad aliquid eligit, ita præparat & diſponit, ut idonei ſint ad illud, 3ª q.27.4.c.
16 Dilectio Dei eſt prior electione, ſed in creaturis eſt econuerſo, 1ª.q.23.4.c.2m.
17 Omnes prædeſtinati ſunt electi à Deo, & dilecti, 1ª.q.23.4.o.*q.24.1.c.
18 Electio Dei præcedit prædeſtinationem, quia prædeſtinatio Dei eſt actus uoluntatis abſolutæ, conſequens ordinem electionis, 1ª.q.23.4.c.2m.
19 Electio ad prælationem ſufficit quod nihil inueniat in ſe, per quod ei ſit illicitum illud officium, 22æ.q.185.3.c.
20 In foro contentioſo, ſufficit quod electus ſit bonus. Sed in foro conſcientiæ, requiritur quod ſit optimus, uel ſimpliciter, uel ad regimen. 22æ.q.63.2.c.3m.*q.1.c.5.o.
21 Electus de gremio eccleſiæ, ut in pluribus cõſueuit eſſe utilior ad bonum commune, quia magis diligit eccleſiam, in qua nutritus eſt, 22æ.q.63.2.4m.
22 Prælatus non eligitur, quaſi in hæreditatem, ſed ut diſpenſator. Ideo non oportet eligi propinquior, 22æ.q.63.2.c.2.1m.
1 ¶In omni miſto, oportet aliquod elementum prædominari, 22æ.q.49.6.1m.*q.179.2.2m.
2 Elementa ſubtiliora prædominantur in miſto, ſecundum uirtutem, ſed groſſiora ſecundum quantitatem, 1ª.q.71.2m.*q.91.1.c.3m.
3 Formæ elementorum, ſunt in miſto uirtute, non autem actu. 1ª.q.76.4.4m.
4 Primæ quatuor qualitates non ſunt habitus elementorum, 12æ.q.49.4.c.

¶Diuerſæ.

5 Diverſæ opiniones de creatione & diſtinctione elementorũ, 1ª q.6.1.o.
6 Elementum in diffinitione ſacramenti, ponitur pro quocunque ſenſibili, 3ª.q.84.1.3m.
1 ¶Eleemoſyna eſt opus, in quo datur aliquid indigenti, ex cõpaſſione, propter Deum, 22ª.q.32.1.c.
2 Omne obſequium impẽſum proximo propter Deum, eſt eleemoſyna. 22ª q.32.1.o.
3 Eleemoſyna eſt propriè actus miſericordiæ. Sed eſt actus charitatis ex conſequenti, & mediatè: latria uero imperatiuè, 22ª.q.32.1.o.°9.3m.
4 Eleemoſyna eſt actus liberalitatis, inquantum aufert impedimentum eius, ſcilicet ſuperfluum amorem diuitiarum, 22ª.q.32.1.4m.
5 Dare eleemoſynam de ſuperfluo, uel in extrema neceſſitate, eſt de præcepto, in aliis uero eſt tantum de conſilio, 22ª.q.32.5.6.o.°q.68.7.c.°q.71.1.c.°quæſt.87.1.4m.°q.118.4.2m.°q.185.7.1m.
6 Eleemoſyna quæ eſt de conſilio eſt pars ſatisfactionis, non autem illa quæ eſt de præcepto, ſed eſt præambulum eius, 22ª q.32.1.2m
7 Eleemoſyna nõ eſt faciẽda de neceſſariis ſibi, & familiæ, & ſtatui niſi uelit mutare ſtatum uel neceſſitas aliqua præponderet, ſcilicet extrema alicuius perſonæ, uel eccleſiæ uel reipublicæ, 22ª.q.32.6.o.°q.117.1.2m.
8 Non eſt expectanda extrema neceſſitas in danda eleemoſyna. Nec oportet præuidere futuram, præter probabile, 22ª.q.32.5.3m.
9 ¶Eleemoſynæ non ſunt recipiendæ à peccatoribus, 22ª.q.152.4.c.princ.
10 Ille qui dat eleemoſynam quando dat ut foueatur in peccatis, uel quando dat ut aliquem inducat ad hæreſim, mortaliter peccat, propter intentionem corruptam. Et talis eleemoſyna non eſt recipienda, 12ª.q.19.7.2m.°3m.°22ª.q.134.4.c.princ.
11 Quilibet tenetur dare eleemoſynam quicquid habet per ſimoniam, 22ª.q.32.7.c.2m°q.62.5.2m°q.110.6.1m.
12 Quilibet etiam non habens dominium rei, poteſt facere eleemoſynam cuicunque exiſtenti in extrema neceſſitate, 22ª.q.32.7.3m.°8.2m°2m.
13 Filii familias, & ſerui non poſſunt dare eleemoſynas, ſine cõſenſu dominorum, niſi de paruis, uel ſuis, 22ª.quæſt.32.8.3m.
14 Locia poterat de conſenſu ſaltem matris dare eleemoſynas, 22ª.q.32.8.3m.
15 Vxori non licet dare eleemoſynas niſi communes, & modicas ſine conſenſu uiri uel niſi moderatas, uiro ignorante, & non prohibente, uel niſi habeat aliqua præter dotem, uel niſi lucretur, 22ª.q.32.8.2m.
16 Religioſis non licet dare eleemoſynas ſine licẽtia, niſi de modicis, ſub ratihabitione. 22ª.q.32.8.c.1m.
17 Quilibet poteſt ſibi facere eleemoſynas, non quidem dando ſibi aliquid, ſed exercendo in ſe actum corporalem, uel ſpiritualem, 22ª.q.30.1.2m°.q.32.9.3m°.q.106.3.1m.
18 Eleemoſyna cæteris paribus debet dari magis indigentibus, melioribus, propinquioribus, benefactoribus, & dantibus ſpiritualia, 22ª.q.32.3.1m.°q.9.0.°q.71.1.c.°q.81.6.2m.
19 Efficacia eleemoſinę, penſatur principaliter ex affectu ex parte dantis, reſpectu præmii eſſentialis, ſed reſpectu præmii accidentalis, & ex parte recipientis magis penſatur ex magnitudine dati, niſi affectus eius multũ excedat, 22ª.q.32.9.2m.
20 Nullus moriens in peccato mortali poteſt liberari ab inferno, per eleemoſynas ſuas, uel aliorum. 22ª.q.15.2.5m.
21 Eleemoſyna dupliciter liberat uiuos à peccato mortali, ſ. præſeruando & diſponẽdo ad gratiam, ſicut etiam alia bona, 22ª.q.134.2.5m.
22 Eleemoſynæ corporales, ſecundum ſuam ſubſtantiam, habent effectus tantum corporales, ſed ratione cauſæ, ſcilicet charitatis, & orationis habent effectus ſpirituales, 22ª.q.32.4.o.
23 Eleemoſynæ ſpirituales, ſunt ſimpliciter meliores, quàm corporales, ſed ex ratione dati, hois, & actus, ſed reſpectu alicuius eſt econuerſo, 22ª.q.32.3.o.°q.33.1.c.°q.188.4.c.
24 °Recompenſatio temporalis non intenta, non minuit meritum, uel laudem eleemoſynæ, nec aliorum actuum, ſicut nec humana gloria non intenta, °ſed intenta minuit, quia qui uult dare eleemoſynam propter inanem gloriam conſequendam, uult id quod de ſe eſt bonum ſub ratione mali, 12ª.q.19.7.2m°.3m.
25 Eleemoſynæ corporales ſufficienter numerantur ſeptem, & ſpirituales ſeptem, 22ª.q.32.2.o.
26 Eleemoſynæ debent fieri abundanter, ſecundum facultatem dantis, ſed multis indigentibus ne quis ſuperflue habeat, 22ª.q.32.10.o.°q.117.1.2m.
27 Embrio prius uiuit anima uegetatiua, ſecundo ſenſitiua, & ultimo, intellectiua, quia generatio eius multiplex eſt, & diſcontinua, 1ª.q.67.4.c.fi.°q.6.3.3m.°q.77.7.c.°q.85.3.1m.°q.118.2.2m.°22ª.q.64.1.c.°3ª.q.33.2.3m.
¶Emere regnum cœlorum dicitur impropriè, id eſt, mereri, qui dat quod habet, 22ª.q.100.1.3m.
¶Energumenus dicitur, quaſi intus laborans, 3ª.q.71.2.1m.°3m.
1 Omnis baptizandus eſt energumenus: ideo debet exorcizari, 3ª.q.71.2.1m° 3m.
Adam uidebat Deum in ænigmate, id eſt obſcurè, ſ. per effectus, non autem propter occupationem ſenſibilium cauſatam ex peccato, ſicut nos, 1ª.q.94.1.3m.
1 ¶Ens dicitur dupliciter, ſcilicet quod ſignificat eſſentiam rerum, & diuiditur in decem prædicamenta ſecundo quod ſignificat conceptionem quam facit anima, 1ª.q.3.4.2m.°q.48.2.2m.
2 Diuiſio entis quadruplex, ſcilicet per ſe, & per accidens, rei & rationis, in decem prædicamenta, & per actum & potentiã, 3ª.q.10.3.c.
3 Ens dicitur dupliciter, ſ. ens ſimpliciter, i. ſubſtantia, & ens ſecundum quid, id eſt, accidens, 3ª.q.11.5.3m.
4 Omne ens rationis eſt relatio uel negatio, 1ª.q.28.1.c.
5 °Priuationes, negationes, & non entia, ſunt entia rationis tantum, 1ª.q.16.3.2m.°q.48.1.2m.°12ª.quæſt.8.1.3m.°q.26.1.c.
6 Ens includitur in quolibet apprehenſo, 12ª.q.94.2.c.
7 Quod fit per accidens, non eſt ens propriè neque unum, 22ª.q.95.5.c.
8 Ens non eſt genus, quia non habet differentias, 1ª.q.3.5.c.1m.
9 Omnia uniuoca, reducuntur ad unum principium, non quidem uniuocum, ſed analogum, ſcilicet ad ens, 1ª.q.13.5.1m.
10 Ens prædicatur analogice, de ſubſtantia & accidente, 1ª.q.13.10.4m.°22ª.q.100.2.c.
11 °Ens participaliter & adiectiuè, prædicatur pluraliter de tribus perſonis diuinis, ſubſtantiuè uerò, ſingulariter tantum, 1ª.q.39.3.3m.
1 ¶Enunciabile de præſenti, præterito, & futuro, non eſt idẽ, 1ª.q.14.15.3m.
1 ¶Enunciatio fit à nobis tantum propter cognitionem habẽdam, 1ª.q.14.c.°22ª.q.12.2m.
2 Omnis enunciatio affirmatiua, in materia naturali, eſt uera & negatiua falſa. Sed in materia remota eſt econuerſo in contingenti autem quælibet uniuerſalis eſt falſa, & particularis, uel indefinita eſt uera, 1ª.q.51.1.c.
1 ¶Epicycli, & eccentrici circuli, probantur in aſtrologia rationabiliter, non autem demonſtratiuè, 1ª.q.32.1.2m.
1 Epychia, id eſt bona animoſitas, eſt idem quod ſecuritas, ideo eſt pars potentialis fortitudinis, 22ª.q.128.1.6m.
2 Epychia eſt uirtus ſpecialis, & pars potentialis iuſtitiæ, 22ª.q.80.5m.°q.120.o.°q.128.1.6m.
3 Epychia eſt pars ſubiectiua iuſtitiæ communiter dictæ, quæ per prius prædicatur de ea, quàm de iuſtitia legali, quę dirigitur ſecundum epychiam, quæ eſt ſuperior regula humanorum actuum, 22ª.q.120.2.c.1m.
4 Epychia eſt potior pars legalis iuſtitiæ, obtemperantis legi, quo ad uerba, & quo ad intentionem legislatores. Sed diuiditur contra eam, ut attendis tantum uerba, 22ª.q.120.2.2m.
Epychia ſeruat intentionem legis, in his, ad quæ forma legis ſe non extendit 22ª.q.120.1.o.
6 Epychia nõ deſerit iuſtum ſimpliciter, ſed iuſtum lege determinatum. Nec opponitur ſeueritati, quæ ſequitur ueritatẽ legis, in quibus oportet, quia in quibus non oportet, eſt uitioſum 22ª.q.120.1.1m.
1 Epiſcopatus nomen operis eſt, & non honoris, 22ª.q.175.2.1m.
2 Suſcipiendus eſt in nomine epiſcopatus, bonum opus, id eſt, actio plebi utilis, 22ª.q.185.1.2.o.
3 Ex hoc, quod Apoſtolus dicit, qui epiſcopatum deſiderat bonum opus deſiderat, ſumpſerunt aliqui occaſione ambitionis epiſcopatus & prælationis. Sed non recte intelligunt quod hic dicitur. Apoſtolus uoluit hic oſtendere, quid pertinet ad epiſcopum. Epiſcopus eſt nomen græcum. Scopos enim idem eſt quod intendens, & epi, i. ſupra, quaſi ſuper intendens duo ergo conſideranda ſunt in epiſcopo, ſ. gradus ſuperior,

perior,& actio plebi utilis,22ª.q.185.1.1m.

4 Aliqui proiiciunt forte oculum ad ea quæ circunſtant epiſcopatum,ſ.q qui præeſt honoratur,& habet poteſtatem:& q propter iſta deſiderat epiſcopatum,neſcit quid ſit epiſcopus ſiue epiſcopatus:& ideo dicit apoſtolus quid ſit epiſcopus, & quid deſiderat qui epiſcopatum deſiderat, quia bonum opus deſiderat,non dicit bonum deſiderium habet.ſed bonum opus deſiderat.ſ utilitatem plebis,22ª.q.183.1.1m.

1 ¶Epiſcopi & presbyteri olim non differebant ſecundum nomina,22ª.q.184.6.1m.

2 Solus epiſcopus,propriè eſt prælatus eccleſiæ,& quaſi ſponſus eius,accipit annulum:& ſolus habet plenam poteſtatem,& iuriſdictionem,22ª.q.108.4.1m.

3 Solus epiſcopus poteſt diſpenſare illa ſacramenta,quæ ponūt ſuſcipientem in aliquo gradu perfectionis ſuper alios, 3ª. q.82.3.3m.

4 Epiſcopi ſunt ſucceſſores apoſtolorum, 22ª.q.184.6.1m.°q. 185.5.b.°3ª.q.67.2.1m.°q.72.11.c.

5 Epiſcopus dicit pax uobis,quia magis repræſentat Chriſtum dicentem ſic,quam ſimplex ſacerdos dicens:Dominus uobiſcum. 3ª.q.83.5.6m.

6 Sicut diaconus participat illuminationem,& uirtutem ſacerdotis:ſic & ſacerdos perfectiuam diſpenſationem epiſcopi 3ª.q.82.3.3m.

7 Epiſcopatus eſt ordo ſupra ſacerdotium,reſpectu myſtici corporis Chriſti:non autem reſpectu ueri,22ª.q.184.6.1m.°3ª. q.67.2.2m.°q.82.1.4m.

8 Epiſcopus poteſt iudicare eos ſolum,qui ſunt de ſua diœceſi. 22ª q.60.2.c.°.6.0.°q.67.1.b.

9 Epiſcopus in cuius diœceſi aliquis delinquit in re non exempta,fit ei ſuperior ratione delicti:etiam ſi ſit exemptus:niſi forte delinquat in re aliqua exempta, puta in adminiſtratione bonorum alicuius monaſterii exempti:ſed ſi aliquis exemptus committat furtum,uel homicidium,uel aliquid huiuſmodi,poteſt per ordinarium condemnari,22ª.q.67. 1.3m.

10 Epiſcopus tenetur ingredi religionem ,quam uouit, 22ª.q. 189.3.1m.

11 Monachus epiſcopus tenetur ad obſeruantias regulares.ſ.ad continentiam,paupertatem,habitum,& alia niſi impediāt officium eius. ut ſilentium,ſolicitudo,abſtinentiæ, & uigiliæ graues,in quibus poteſt ipſe ſecum diſpenſare , ſicut & prælati in religione,22ª.q.88.11.4m.°q.185.8.0.°188.8.3m

12 Epiſcopi tenentur exponere omnia ſua pro honore Dei,& ſalute gregis ſui,cum opus fuerit 22ª.q.184.7.1m.

13 Epiſcopo non licet religionem ingredi,niſi propter impedimentum ſalutis ex parte ſui,uel aliorum,de licentia Papæ, 22ª.q.184.6.c.fi.°q.185.4.0.°q.189.7.c.

14 Monachus epiſcopus non poteſt eſſe hæres,niſi pro eccleſia ſua:nec poteſt teſtamentum condere,nec aliquid diſponere poſt mortem , niſi de licentia Papæ,22ª. q.88.11.4m.°q. 185.8.3m.

15 Epiſcopus depoſitus,intrans religionem , poteſt reuocari ad epiſcopatum,niſi ſit detruſus ibi ad pœnitentiam,pro culpa eius,22ª q.18.4.2m.

16 Epiſcopo non licet deſerere corporaliter gregem ſuum propter perſecutionem:niſi poſſit ei ſufficienter per alium prouidere,22ª.q.185.5.0.

17 Epiſcopo licet habere proprium , & illud hæredibus teſtari, 22ª.q.185.6.7.0.°.q.166.3.5m.

1 ¶Aequalitas duplex.ſ.quantitatis,& proportionis: prima requiritur in iuſtitia commutatiua, ſecunda in diſtributiua & in merito,reſpectu præmii,12ª q.114.3.0.

2 Aequalitas duplex ſcilicet,æquiparantiæ,& proportionis,1ª. q.63.3 c.°22ª.q.163.2.c.

3 Aequalitas & quantitas duplex,ſcilicet,molis,& uirtutis,1ª.q. 42.1.1m.°2m.

4 Omnis æqualitas ulterius includit ſimilitudinem, nō autem econuerſo,1ª.q 42.1.2m.

5 Angelus & homo appetierunt æqualitatem Dei , ſecundum ſimilitudinem imitationis;non autem ſecundum æquiparantiam naturæ,1ª.q.61.4.3m.°q.63.3.0.°q.68.4.c.fi.°22ª. q.163.2.0.

6 In diuinis eſt æqualitas,& quantitas uirtutis, non autem molis,1ª.q.42.1.0.°3ª.q. 8.3.0.

7 Aequalitas & ſimilitudo in diuinis,eſt tantum ſecundum eſſentialia, 1ª.q.35.2.c.°q.36.4.3m°. .42.4.2m.

8 Aequalitas & ſimilitudo in diuinis,includunt relationes perſonales,& unitatem eſſentię,nec dicunt aliam relationem realem,1ª.q.28.4.4m.°q.42.1.4m.

9 Quælibet perſona in diuinis,eſt ſimilis & æqualis aliis duab. perſonis,1ª.q.42.0.°3ª.q.43.4.c.

1 ¶Aequinoctialis Zona,ſecundum aliquos eſt temperatiſſima, ſed probabilius,ſecundum Ariſtotelem,eſt inhabitabilis:ꝓpter æſtum,1ª.q.102.2.4m.

2 Creatio mundi,& paſſio Chriſti,factæ ſunt in æquinoctio:ſed iudicium generale erit in æſtate,quando ſol maxime exaltatur,quia perfecta illuminatio erit in ſecundo Chriſti aduentu,& tunc etiam erit maxima Chriſti exaltatio,3ª.q.46 9.2.3.3m.

1 ¶Aequitas eſt pars iuſtitiæ,& continetur ſub epychia , 22ª.q. 80.3m.

¶Aequiualens non pōt reddi Deo nec parentibus: ſed ſufficit reddere id quod eſt poſſibile,12ª.q.100.7.1m.°22ª.q.57.1. 3m.°q 62.2.1m.°q.80.c.°q.81 5.3m.°q.102.1.3m. °q.106.6. 1m.°3ª.q.85.3.2m.

1 ¶Diuerſitas ſignificationis cauſat æquiuocationem,non autē diuerſitas ſuppoſitionis,uel prædicationis,1ª.q.13.10.1m.° q.29.4 4m.

2 Omnis æquiuocatio præſupponit uniuocationem, non autē generatio æquiuoca præſupponit generationem uniuocam, ſed econuerſo,1ª.q.13.5.1m.

Quidā equus perpendens ſe coiſſe cum matre , præcipitans ſe mortuus eſt,22ª.q.34.9.3m.

1 ¶Error circa prima principia,in ſpeculabilibus & practicis,eſt grauiſſimus & turpiſſimus,22ª.q.153.12.c.

2 Error de iure naturæ quam maxime matrimonium impedit.Suppl.q.51.1.c.

3 Matrimonium cum inter duas perſonas fiat , mutuam in inuicem poteſtatem recipientes ex perſonæ & perſonarū cōditionis errore impediri neceſſe eſt.Suppl.q.51.2.0.

¶Erubeſcentia eſt timor de turpi faciendo.ſed uerecundia eſt timor de turpi facto,12ª.q 41.4.c.°22ª.q.75.1.3m. °q. 144. 2 c.

1 Eſſe dicitur tripliciter,ſ.eſſentia,actus eſſentiæ,& eſſe quod ſignificat ueritatem propoſitionis, quod formaliter eſt in anima: ſed eſt in re fundamentaliter,1ª.q.3.4.2m.

2 Species rerum habent triplex eſſe.ſ.in arte Dei,id eſt, in uerbo in intelligentia angel.,& rebus,1ª.q.74.3.2m.

3 Eſſe ab aliquo,dicitur dupliciter.ſ.directe,quia agit,& indirecte,quia non agit quod debet,12ª.q.6.3.c.

4 Omne quod non eſt ſuum eſſe, participat eſſe a cauſa prima, quæ eſt ſuum eſſe,1ª.q.44.1.c.°q.61.1.c°q.75.5.4m.q.104.1. c.fi.°12ª.q.3.7.c.

5 Eſſe eſt proprius effectus Dei, 1ªq.8.1.c.°q.45.5.0.°q. 65.3.c.° 12ª.q 66.3 4m.

6 Forma non eſt,nec fit, nec creatur, niſi improprie, 1ª.q.5.5. 2m.°q.9.2.3m.°q.4 .4 8.0.°q.65.4.c.°q.74.6. c. °q.90.2.c.° q.91.2.c.°q.110.2.c.°q.118.1.c.°12ª.q.110.2.3m.°3ª.q.55.1. c.3m.

7 Omne eſſe eſt ab aliqua forma,1ª.q.42.1.1m.

8 Ipſum eſſe nihil aliud adiunctum habere poteſt,ſimiliter nec aliqua forma,1ª.q.3.6.7.c.

9 Primus effectus formæ,eſt eſſe,ſecundus uero operatio , 1ª.q. 42.1.1m°.12ª.q.111.2.c.

10 Eſſe eſt prius omni alia participatione,& omni alio nomine Dei,1ª.q.5.2.0.

11 °Et eſt nobilius,1ª.q.4.1 3m.°2.3m.°12ª.q.2.5.2m.

12 Ab eadem forma uel eſſentia,eſt eſſe immediate,& operatio mediante potentia,1ª.q.52.2.2m.°3ª.q.71.1.4m.

13 Eſſe eſt formale reſpectu omniumque in re ſunt, 1ª.q 8.1.c.

14 Idem eſt eſſe formę,materię,& compoſiti.12ª.q.4.5m.

15 Si aliqua forma uel natura non pertinet ad eſſe perſonale,illud eſſe non dicitur eſſe perſonę ſimpliciter: ſed ſecundū quid,3ª q.17.2.c.

16 °Eſſe capitalum,& eſſe corporeum,& eſſe animatum pertinet de perſonam ſortis,ſed eis his non ſit niſi unum eſſe in ſorte,3ª.q.7.2.c

17 Si poſt conſtitutionem perſonæ,adueniunt ei aliqua membra,non accreſcit ei aliud eſſe,ſed ſola relatio ad hæc,3ª.q. 17.2.c.

18 Eſſe eſt maxime intra rem,ſecundo forma,tertio materia, 1ª q.8.1.c°q.105.5.c.fi.

19 Sed eſſe eſt actus formæ,& eſſentiæ,& ſuppoſiti. 1ª.q.3 4.c

20 Nec eſſe comparatur ad alia ſicut recipiens ad receptum,ſed econuerſo,quia eſt actualitas omnium,1ª.q.3.4.c.° q. 4.1. 3m.°q.3.1.c.

21 °Immo ſemper illud quod ſubſternitur in rebus eſt cōmunius quàm id quod informat,& reſtringit ipſum:ſicut eſſe quā uiuere,1ª.q.65.3.c.

22 Quælibet forma ſubſtantialis dat eſſe ſimpliciter , & quælibet forma accidentalis dat eſſe ſecundum quid,1ª.q.76.4.8.c.° q.77.6.c.

23 Vnius perſonæ eſt tantum unum eſſe pſonale,ſed multa ſecū

dum quid, 3ª.q.19.2.c.ª.q.17.2.4^{m}.

24 Quicquid eſt in aliquo præter eſſentiam eius, oportet eſſe cauſatum, uel à principiis eſſentialibus, uel ab extra, 1ª.q.3.4.c.

25 Eſſe pertinet ad hypoſtaſim, ſicut ad illud quod habet eſſe, ſed pertinet ad naturam ſicut ad illud quod aliquid habet eſſe, 3ª.q.17.2.c.1^{m}.

26 Eſſe ſimpliciter eſt ſuperius ad eſſe hominem, 3ª.quæſt.16.9.2^{m}.

27 Impoſſibile eſt unam rem habere duplex eſſe ſubſtantiale, 1ª.q.76.3.c.°4.b.°c.°77.q.2.3^{m}.°3ª.q.17.3.0

28 Ad probandum aliquid eſſe, oportet uti pro medio quid nominis, non autem quid rei, quia ſequitur quæſtionem an eſt, 1ª.q.2.2.2^{m}.

29 In qualibet creatura, differunt eſſe & eſſentia, operatio & potentia, uel uirtus operatiua, 1ª.q.54.1.2.3.c.°.q.77.1.c.°q.70.1.c.

30 Eſſe cuiuslibet creaturæ eſt determinatum ad unum ſecundum genus: & ſecundum ſpeciem, 1ª.q.54.2.c.

31 Inclinatio cuiuslibet creaturæ ad eſſe ad ſtatum per eſſentiā, non autem inclinatio ad extra. 1ª q 59.2.c.1^{m}.

32 Impoſſibile eſt quòd eſſe alicuius creaturæ, ſit cauſatum ex principiis eſſentialibus eius, 1ª.q.3.4.c.

1 ¶Eſſentia eſt illud quod ſignificatur per diffinitionem, 1ª.q.3.3.c.°q.29.2.3^{m}.

2 Eſſentia eſt illud, cuius actus eſt eſſe, 1ª.q.39.2.3^{m}

3 Eſſentia & natura ſunt idem re, & differunt ratione quia eſſētia eſt principium eſſendi, ſed natura eſt principium operationis, 1ª.q.30.2 3^{m}.

4 Eſſentia nomine abſtracto, ſignificatur ut pars, ſed in concreto ſignificatur ut totum, 1ª.q.3.3.c

5 In compoſitis, eſſentia ſignificat compoſitum ex forma & materia in communi, 1ª.q.29.2.3^{m}.

1 ¶Aeſtimatio rationis, ſemper corrumpitur in peccante in uniuerſali, uel in particulari, per delectationes, & alias paſſiones, 12æ.q.16.2.4.2^{m}.

1 ¶Vis eſtimatiua, eſt potentia apprehenſiua conuenientis & nociui, ideo comparatur ad appetitum ſenſitiuum, ſicut intellectus practicus ad uoluntatem, 1ª.q.78.4.c.

2 Aeſtimatiua nullum indiuiduum apprehendit, inquantum ſubſtat naturæ communi ſicut cogitatiua in homine: ſed tantum ut eſt principium uel terminus actionis uel paſſionis bruti, 1ª.q 78.4.5.ſi.

1 Aetatis defectu matrimonium ante annos pubertatis contractum nullum eſt, niſi forte ætatis defectum uigor naturæ & rationis ſuppleuerit. Suppl.q.58.5.c.

1 ¶Aeternitas eſt interminabilis uitæ, tota ſimul, & perfecta poſſeſſio, 1ª.q.10.1.0.

2 Aeternum quandoque ſumitur pro diutino, 22æ.quæſt.164.2.6^{m}.

3 Aeternitas eſt menſura omnis durationis. 1ª.q.10.9.c.

4 °Aeternitas excludit principium durationis 1ª.q.42.2.2^{m}.

5 Eſſe ſecundum quod recedit à permanentia, & ſubditur tranſmutationi, recedit ab æternitate, & ſubditur tempori, 1ª.q.10.4.3^{m}.°5.c.

6 °Aeternitas ſignificatur pluraliter, 1ª.q.10.3.1^{m}.

7 Aeternitas eſt tota ſimul quia eſt menſura eſſe permanentis, non autem tempus, quia eſt menſura motus, 1ª.q.10.4 c.°3^{m}°.5.c.

8 Aeternitas manet eadem, & ſubiecto, & ratione: ideo non eſt idem quod nunc temporis, 1ª.q.10.4.2^{m}.

9 Tempus nō differt ab æternitate: per habere principium & finem niſi per accidens: uel ex parte menſuratis uel in potentia: 1ª.q.10.4.5.c.

10 Aeternitas & tempus: non ſunt menſuræ unius generis: 1ª.q.10.4.1^{m}.

11 In tempore aliud eſt indiuiſibile, ſ. inſtans, & aliud durans: ſ. tempus: ſed in æternitate: eſt idem indiuiſibile: & ſemper ſtans: 1ª.q.01 1.4^{m}.

12 Aeuum eſt medium inter tempus & æternitatem: quia tēpus habet prius & poſterius, id eſt menſurat mutabilia: non autem euum: ſed coniungitur eis: non autem æternitas: 1ª.q.10.5.0.

13 Deus eſt æternitas 1ª.q.10.2.c.3^{m}.

2 Deus eſt æternus, 1ª.q.10.2.0.

15 Aeternitas uere & proprie conuenit ſoli Deo: ſed participatiue conuenit diuerſis diuerſimode. 1ª.q.10.2.3.0.

16 Nihil præter Deum ſuit ab æterno: 1ª.q.10.3.0.°q.16.7.0.°q.36.0.°q.61.1.0.

17 Ab æterno non fuerunt multæ ueritates, niſi in mente Dei, 1ª.q.10.3 3^{m}.°q.12.7.0.

18 Deus eſt ſupra æternitatem participatam, & ultra eam regnat non autem ſupra uel ultra æternitatem ſuam, 1ª.q.10.2.1^{m}.°2^{m}.

19 Deus non eſt actor, nec cauſa ſuæ æternitatis, ſed æternitatis participatæ, ſcilicet æui, 1ª.q.10.2.1^{m}.

1 Ethica. Neceſſe eſt ponere, quod in primum motum uoluntatis, uoluntas prodeat ex inſtinctu alicuius exterioris mouentis, ut Ariſtoteles concludit, in quodam capitulo Ethicę Eudimicæ, 12æ.q.9.4.c.ſi.°q.80.1.b.3.

2 Ethymologia attenditur, ſecundum illud à quo imponitur nomen: ſignificatio uerò ſecundum illud, ad quod ſignificandum nomen imponitur, 22æ.q.92.1.2^{m}.

Ethos in Græcu ſcriptum per H literā longam, ſignificat motem, id eſt inclinationem, ſed ſcriptum per E breuem, ſignificat morem id eſt conſuetudinem, 12æ.q.58.1.c.

1 Eua non fuit filia Adæ, quia non proceſſit ab eo, modo naturæ, nec ſicut à principio naturali. 1ª.q.92.2.3^{m}.

1 Euangelium diuulgatum eſt, & prædicatum in toto orbe, non autem creditum per fidem ab omnibus. 12æ.quæſt.106.4.4^{m}.

2 In euangelio nihil mandatur de præceptis ceremonialibus: quia ablata ſunt per implenonem rei, 12æ.q.108.3.3^{m}.

3 In euangelio non continentur, niſi quæ pertinēt ad gratiam ſpiritusſancti, 12æ.q.106.1.1^{m}.

4 Doctrina euangelica eſt doctrina perfectionis: ideo inſtruit de omnibus pertinentibus ad rectitudinem uitæ, 22æ.q.56.1.1^{m}.

1 Eubulia eſt uirtus ſpecialis bene conſiliatiua, 1ª.q.32.2.1^{m}.°12ª.q.57.6.0.°22æ.q.48.c.ſi.q.49.4 2^{m}.°q.51.1.1.0.q.3.2.c.

2 In nullo peccatore, inquātum huiuſmodi, inuenitur eubulia, 22æ.q.51.1.3^{m}.

1 ¶Eucharistia eſt ſacramentum, & ſacrificium, 12æ.q.101.4.2^{m}.°3ª.q.52.8.2^{m}.°q.73.1.4.0.°q.79.5.0.°7.0.° q.82.4.c.1^{m}.

2 Corpus & ſanguis Chriſti ſunt unum ſacramentum formaliter: & ſecundum finem, ſed plura materialiter, 3ª.q.73.2.0.q.78.6.1^{m}.

3 Hoc ſacramentum habet quatuor nomina. ſ. ſacrificium uel hoſtia communio, uel ſinaxis, eucharistia, & uiaticum, 3ª.q.73.4.0.°q.79 2.1^{m}.

4 Conueniens fuit, & neceſſaria inſtitutio euchariſtiæ in cœna Domini nō autem ante, nec poſt, quatuor rationibus, ſ. primo quia ad perfectionem noſtram exigebatur, ut caput noſtrum etiam realiter nobis iungeretur. ſecundo, quia tunc inſtitui debuit quando figuræ ueteris legis terminandæ erant: tertio ratione repræſentationis paſſionis Chriſti: quarto ex ritu quo frequentandum, eſt hoc ſacramentum, ut ultimo traditum magis memoriæ teneretur, 3ª.q.73.12.3^{m}.°q.73.5.0°q.74 4.c.1^{m}.°q.80.8.2^{m}.°q.83.2.3^{m}.

9 Neceſſaria fuit inſtitutio euchariſtiæ, per modum cibi, 3ª.q.73.1.2.0.°q.73.5.c.

6 Eucharistia habuit multas figuras in ueteri teſtamēto, quorū præcipua fuit agnus Paſchalis, 12æ.q.102.5.2^{m}.°3^{m}.°3ª.q.73.6.0.°q.80.1.2^{m}.

7 Eucharistia in miſſa comparatur ſacrificio Abel, Abrahæ, & Melchiſedech. 3ª.q.83.4.8^{m}.

8 Oblatio Melchiſedech, fuit expreſſior figura euchariſtiæ, quo ad illud quod eſt ſacramentum tantum, figuris ueteris legis, ſed econuerſo quo ad illud quod eſt res & ſacramentū 3ª.q.61.3.3^{m}.°q.73.6.c.

9 Sacrificium euchariſtiæ, quotidie oblatum in eccleſia, non eſt aliud, quàm ſacrificium Chriſti, ſed commemoratio eius 3ª.q.22.3.2^{m}.°q.73.4.0.°q 83.1.0

10 Effuſio ſanguinis & aquæ ex latere Chriſti, eſt ſignum & cauſa Euchariſtiæ: oblatio Melchiſedech, reſpectu eius quod eſt ſacramentum tantum, manna reſpectu eius quod eſt res tantum, & agnus Paſchalis reſpectu eius quod eſt res & ſacramentum, ſunt tantum ſigna, 3ª.q.73.6.0.quæſt.74.6.1^{m}.

11 Agnus paſchalis fuit figura Euchariſtiæ, rōne paſſionis Chriſti: manna uero, ut cibus fidelium, 12æ.q.102.5.2^{m}.°3ª.q.73.5.6.c.°q.80.10.2^{m}.

12 Corpus Chriſti myſticum eſt res tantum in hoc ſacramento, 3ª.q.73.3.6.c.

13 Res huius ſacramenti duplex, ſ. contenta, i. Chriſtus: & non contenta, ſcilicet corpus Chriſti myſticum, 3ª.q.60.3.b.°q.80.4.c.

14 Res & ſacramentum euchariſtiæ, eſt corpus Chriſti uerum, res tantum, eſt effectus eius, ſ. gratia. ſacramentum uero tantum eſt materia eius, 3ª.q.73.1.3^{m}°.6.c.

15 Res & ſacramentum Euchariſtiæ, eſt in materia, ſed res tm̄, ſ. gratia, eſt ſuſcipiente. In aliis autē ſacramentis, utrunque

eſt in eo, 3ª.q.73.1.3^{m}

16 Vel quia nutrimentum correſpondens euchariſtiæ præcedit augmentum correſpondens confirmationi ut cauſa, & ſequitur ut conſeruans, 3ª.q 65.2.1^{m}

17 Euchariſtia excellit omnia ſacramenta veteris ac nouæ legis, 3ª q.65.3.o

18 Euchariſtia eſt perfectio aliorum ſacramentorum, 3ª. q. 75. 1.c

19 Euchariſtia eſt conſummatio omnium ſacramentorum, 3ª.q.63.6.c.° q.73.3.c

20 Euchariſtia eſt finis omnium ſacramentorum, 3ª.q.63.6.c °q.65.3.c.2^{m}.°q.72.12.3^{m}.° q.73.1.c

21 In hoc ſacramento comprehenditur totum myſterium noſtræ ſalutis, ideo præ cæteris ſacramentis ſolennius celebratur, 3ª.q 83.4.c.princip. ° 3^{m}. ° 6^{m}

22 Euchariſtia eſt ſignum eccleſiaſticæ unitatis: ideo ex opere operato, eius efficacia poteſt in alterum tranſire, non autem alia ſacramenta, 3ª.q.67.2.c.° q.73.2.b.° 4.c. ° q.79.1.c.° q 82.3 3^{m}.° q.83.4.3^{m}

23 Sicut in alijs ſacramentis materiale elementum non eſt cõtentiuum quæ in eo eſt, nec alicuius ſpiritualis effectus in homine niſi mediante uirtute, ſecundum quod ex elemento & uirtute fit unũ, ita ſpecies non ſunt cauſa corporis Chriſti, nec alicuius ſpiritualis effectus, niſi mediante corpore Chriſti, ſecundum quod ex ſpeciebus & corpore Chriſti fit unum ſacramentum, 3ª.q 73.1.2^{m}

24 Per baptiſmum datur primus actus uitæ ſpiritualis, ſed per euchariſtiam datur complementum eius, 3ª.q.79.1.c.2^{m}. °6.2^{m}.° q.82.2.3^{m}

25 Euchariſtia eſt poſterior baptiſmo in perceptione, ſed eſt prior in intentione, 3ª.q.73.5.4^{m}

26 Si homo nunquam à gratia baptiſmi caderet, indigeret cõfirmatione & euchariſtia, nõ aũt pœnitẽtia, 3ª.q.84.5.6.o

27 Euchariſtia continet Chriſtum realiter: non autem alia ſacramenta, ſed tantum virtutem eius, 12.q. 1nt. 4. 2^{nt}. ° 3. q.6.6.c.° q.65.3.o.° q.73.1.3^{m}.° 4.c.3^{m}. ° 5.c.2^{m}.° q.73.1.o.° 2.c.2^{m}. ° 4.c.° q.76.o.° q.78.1.c

28 Euchariſtia perficitur in conſecratione materiæ, alia vero ſacramenta in vſu eius. 3ª.q.73.1.3^{m}. ° q.74.2.3^{m}. ° 7.c.° q.78.1.c.° q.86.1.1^{m}.° 40.1^{m}.° q.82.4.2^{m}.° 10. 1^{m}. fi. ° q.78.3.c. ° 4.3^{m}

29 Materia euchariſtiæ eſt duplex, ſcilicet panis & uinum, 3ª. q.74.1.o

30 Non habens uinum uel panem, non debet conſecrare alterum tantum, tamen ſi faceret conſecratum eſſet, ſed grauiter peccaret, 3ª.q.74.1 2^{m}

31 Panis & uinum quantacunque poſſunt conſecrari, dummodo ſint coram ſacerdote, 3ª q.74.2.o

32 Materia euchariſtiæ non eſt mel, lac, carnes, nec aliquid ſimile ſacramentorum veteris legis, 3ª.q.74.1.c

33 Circa materiam euchariſtiæ fuit triplex hæreſis, ſcilicet Artotiritarum, panem cum caſeo offerẽtium: Catafrigarum, & Pepucianorum, miſcentium farinam cum ſanguine puerorum per totum corpus: & Aquariorum, offerẽtium aquam tantum, 3ª.q.7 :.1.c

34 Damnatur error quorundam conficientium de aqua lotionis panni intincti uino, 3ª.q.74.8.c

35 Aqua debet apponi uino, ſicut Chriſtus poſuit: & conuertitur in vinum, 3ª.q.74.6.o

36 Appoſitio aquæ non eſt neceſſaria, licet non apponens peccet, 3ª.q.74.7.o.° q.83.6.4^{m}.° 6^{m}

37 Aqua debet poni in calice, & parum, non in dolio, quæ non manet, ſed conuertitur in uinum: non autem in aquam Chriſti, 3ª.q.74.8.o

38 De aqua artificiali in uino, poteſt confici euchariſtia, ſed non debet, non autem in pane, 3ª q.74.7.3^{m}

39 Euchariſtia conficitur ex pane tritici, non autem ex pane hordei, ſpeltæ, farris, uel alterius grani, 3ª.q.74 3.o.°4 c

40 Euchariſtia poteſt confici ex pane mixto ex granis alijs, ſi maneat ſpecies tritici, 3ª.q.74.3.3^{m}

41 Euchariſtia poteſt confici ex ſiligine generata ex grano frumenti, 3ª.q.74.7.2^{m}

42 Ex amido, uel paſta, uel pane corrupto ſecundum ſpeciem non poteſt cõfici euchariſtia, 3ª.q.74 3.4^{m}.° 4.4^{m}.° 5.2^{m}

43 Euchariſtia debet confici ex azymo, ſicut Chriſtus fecit, & eſſet graue peccatum conficere cum fermento: ſicut apud Græcos in azymis, 3ª q 74.4.o

44 De uino uitis, & non alio liquore, poteſt confici euchariſtia 3ª.q.74.5.o

45 Dé muſto põt confici euchariſtia, ſed peccatũ eſſet, niſi eſſet in neceſſitate, nõ aũt de vua, nec de agreſta, 3ª q.74.5 5^{m}

46 De aceto non poteſt confici euchariſtia, ſed de uino acescente, licet peccatum eſſet, 3ª.q.74 5.2^{m}

47 Forma cõſecrationis corporis Chriſti, hæc, ſ.hoc eſt.n.corpus meũ: & dimittẽs alia verba, peccat grauiter, 3ª.q.60.8.c.° q.75.2.c.° q.78.2.o.° 5.c. ° q.83.4 1^{m}. ° q 84.3.c

48 Singulæ particulæ huius formæ, conuenienter ordinãtur, 3ª. q 78.2.o

49 Enim non eſt de forma euchariſtiæ, ſed dimittẽs ipſum ex negligentia, uel contemptu peccat, quia eſt de conſuetudine Romanæ eccleſiæ, data à Petro apoſtolo, 3ª.q.60.8.c. ° q. 78. 2.5^{m}

50 Forma euchariſtiæ conuenienter ſignificatur, ſ.in facto eſſe, non autem in fieri, 3ª.q.78.2.o

51 Hæc uerba, & eleuans oculis, &c. & manducate, &c. conuenienter præmittuntur formæ euchariſtiæ, 3ª.q.78.1.c.4^{m}

52 Forma conſecrationis ſanguinis Chriſti. eſt hæc, ſ. Hic eſt.n. calix ſanguinis mei, noui & æterni teſtamenti, myſterium fidei, qui pro vobis & pro multis effundetur, in remiſſionem peccatorum, 3ª.q.78.3 o

53 Singulæ particulæ huius Formæ, conuenienter poſitæ ſunt, 3ª. q.78.3.o

54 Formæ prædictæ, non ſe mutuo expectant, ſed utraque operatur ſine altera, 3ª. q.78.6.o

55 Formæ prædictæ, continent ueritatem factiuam rei, non præſupponentem tam ſignificatam, 3ª.q.78.5.o

56 In prædictis formis, & in qualibet alia forma ſacramentali, eſt aliqua uirtus inſtrumentalis, nõ quidẽ principalis, nec ſcdm eſſe completum, ſed intentionalis, 3ª q.78.4.o. ° 5.c

57 Forma euchariſtiæ importat ſolam conſecrationem materiæ, & profertur in perſona Chriſti, ſed formæ ſacramentorum, important vſum materiæ, & proferuntur in perſona miniſtri, 3ª.q 78 1.4 5.c. ° q.82.1.2^{m}. ° 5.c. 2^{m}. ° 7. 3^{m}. ° q.83.1.3^{m}. ° q.84 3.c

58 Chriſtus eadem forma conſecrauit, qua & nos, quam dedit eccleſiæ, & tantum ſemel protulit, 3ª.q.78.1.1^{m}

59 Subſtantia panis & uini, non manet poſt conſecrationem, cuius oppoſitum, eſt impoſſibile & hæreticum, 3ª.q 75.2.o.° 6.c.° q 77.1.5.c

60 In conuerſionibus naturalibus, illud quod cõuertitur, corrumpitur, & illud in quod conuertitur, generatur, uel augetur, uel reſtauratur, ſed hic, Chriſtus nullo modo mutatur, 3ª.q.75.4 o.° 6 1^{m}

61 Hæc ſubſtantia panis & uini annihilatur, nec conuertitur in præiacentem materiam, 3ª.q.75.3.o

62 Sed conuertitur tota, in totum corpus Chriſti, 3ª.q.75.4 o. ° 6.c.8 c.3^{m}

63 Conuerſio hæc qua triplicitèr differt ab alijs, quia pertingit ad materiam non habet ſubiectum, cõuertitur totum, & in totum præexiſtens, 3ª.q.75.4 8 o

64 Hæc conuerſio importat ordinem ſubſtantiarum, idem eſt ſicut in ſubiecto in vtraque, 3ª.q.75 4.1^{m}

65 Hæc conuerſio non eſt formalis, ſed eſt ſubſtantialis, ideo dicitur tranſubſtantiatio, 3.q 75.4.o

66 Forma ſubſtantialis panis, & uini, non manet poſt conſecrationem, 3ª.q.75.6.o.° q 77.1.6.c

67 Forma ſubſtantialis panis & vini, conuertitur in animam Chriſti, 3ª q.75.6.2^{m}

68 Quantitas panis, non conuertitur in quantitatem corporis Chriſti, ſed manet ſicut cætera accidentia, 3ª.q.76.1. 3^{m}. ° 4.c

69 Nec quantitas uini, conuertitur in quantitatem ſanguinis Chriſti, ſed manet ſicut cætera accidentia 3ª. q.77.8.c

70 Si poſt calicis conſecrationem aliud uinum mittatur in calicem, illud quidem non tranſit in ſanguinem, neque ſanguini commiſcetur, ſicut Innocentius tertius dicit, in quadam decretali, 3ª.q.77.8 c.1^{m}. ° 3^{m}

71 Quod quidem intelligendum eſt, quando nõ fit tanta permiſtio uini, uel liquoris extranei, quod ſanguis Chriſti deſinat eſſe ſub uino, tunc enim dicitur undique diffundi, non quia tangit ſanguinẽ Chriſti ſecundum proprias eius dimenſiones: ſed ſecundum dimenſiones ſacramentales, ſub quibus continetur, 3ª q.77.8 3^{m}. ° 4^{m}

72 Nec eſt ſimile, de aqua benedicta, cui additur aqua non benedicta, & de uino conſecrato: quia illa benedictio nullam immutationem facit circa ſubſtantiam aquæ, ſicut facit conſecratio uini, 3ª.q.77.8.3^{m} fi.

73 Hæc conuerſio eſt ſupernaturalis, facta ſola uirtute Dei, 3ª. q.75.4.c.° 5.o.° 7.c.° q.83.4.c

74 Hæc cõuerſio cũ creatione & mutatione nãl, cõuenit in ordine terminorũ, & nõ ſimulare, & cũ prima nõ hẽt ſubiectũ, & ambo utriuſque termino, & cũ non ſecunda, quia terminus tranſit in terminũ, ſed non totum hic, ſecundum materiam ibi, & manet aliquid, ſ.accidentia hic, & materia ibi, 3ª.q.7..8.c

75 Hæc eſt uera, ex pane fit corpus Chriſti, & panis conuertitur in corpus Chriſti, uel tranſubſtantiatur: non autem hæc, panis eſt uel fuit, uel erit uel fit, corpus Chriſti, uel de pane fit, uel factum eſt corpus Chriſti: uel panis poteſt eſſe, uel fieri corpus Chriſti, 3ª.q.75.8.o
76 Hæc conuerſio eſt difficilior, & miraculoſior, omni mutatione naturali, & etiã creatione, ratione termini ad quem, ſimpliciter autem eſt econuerſo, 3ª.q.75.8.3m
77 Hæc conuerſio fit in inſtanti, 3ª.q.75.3.c.*7.o.*q.78.2.5.c
78 Hæc conuerſio fit tantum in ultimo inſtanti prolationis totius formæ, ſi aſſumantur tria, ſ. miniſter debitus, debita materia, & forma, & intentio conſecrantis, ſed ſingulæ partes formæ diſponunt ad hoc, 3ª.q.75.7.1m.*3m.*q.78.4.3m.*5.c
79 Corpus Chriſti, non incepit eſſe in hoc ſacramento per motum localem, ſed per conuerſionem panis in ipſum, triplici ratione, ſcilicet primo, quia ſequeretur q̃ deſineret in cœlo, ſecundo quia omne corpus localiter motũ, pertranſit omnia media: quod hic dici non poteſt, tertio quia impoſſibile eſt, q̃ unus motus eiuſdem corporis localiter moti, terminetur ſimul ad diuerſa loca, cum tamen in pluribus locis corpus Chriſti ſub hoc ſacramento ſimul eſſe incipiat, 3ª.q.75.2.4.c
80 Totus Chriſtus eſt in hoc ſacramento, 3ª.q.76.1.o.*q.79.1.3m
81 Verum corpus Chriſti, non eſſe in hoc ſacramento, niſi ut in ſigno: eſt hæreſis abiurata à Berengario, 3ª.q.75.1.3m.*q.75.1.o
82 In hoc ſacramento eſt aliquid dupliciter. ſ. ex vi ſacramenti. i. ſignificatum per formam & ex naturali concomitantia, id eſt, realiter coniunctum Chriſto, 3ª.q.76.1.o.*2.3.4.c.*q.78.6.1m.*q.81.4.2m.*3m
83 Anima Chriſti, & diuinitas eius ſunt in hoc ſacramento, ſecundo modo tantum, 3ª.q.76.1.1m.*2.c.*q.81.4.3m
84 Caro, & os, & huiuſmodi, ſunt ſub ſpecie uini, ſecundo modo tantum, & ſub ſpecie panis, primo modo: ſanguis uero econuerſo, 3ª.q.76.1.2m.*2.c.3m.*q.78.6.1m.*q.81.4.1m
85 Quantitas tota, & alia accidentia Chriſti ſunt in hoc ſacramento, ſecundo modo tantum, 3ª.q.76.1.3m.*3.4.o.*5.3m.*q.81.3.3m
86 Tota quantitas Chriſti eſt indifferenter ſub magna & parua quantitate ſpecierum, 3ª.q.76.1.3m.*3.c.*4.o
87 Totus Chriſtus, eſt ſub qualibet parte utriuſque ſpeciei, 3ª.q.76.2.3.o.*q.78.6.1m.*q.75.1.3m.*q.80.12.3m
88 Accidentia corporis Chriſti, ſunt in hoc ſacramento mediante ſubſtantia, nec habent immediatam habitudinem ad hoc ſacramentum, nec corpora circũſtantia, ideo non poſſunt immutare medium, 3ª.q.76.7.c.*q.81.3.4.c
89 Accidentia corporis Chriſti intrinſeca ſunt in hoc ſacramento: non autem accidentia per comparationem ad extra, ut ubi & ſitus, 3ª.q.7[illegible].3m.*q.81.3.c.*4.c.1m
90 Chriſtus eſt ſub duplici ſpecie euchariſtiæ, triplici ratione, ſcilicet ad repræſentandum paſſionem eius, ut ſit cibus & potus, & ad ſalutem corporis & animæ, 3ª.q.76.2.3m
91 Chriſtus in euchariſtia continetur ſub aliena ſpecie, ad uitandum horrorem, & deriſionem, & propter meritum fidei. 3ª.q.75.5.o
92 Corpus Chriſti eſt localiter in uno tantum loco, ſcilicet in cœlo, ſed ut in ſacramento ſignificante & continente eſt alibi, non tamen ubique, 3ª.q.75.1.*3m.4.c.*q.76.5.o.*6.c.3m.*q.81.1.2m
93 Locus euchariſtiæ non eſt uacuus, nec plenus corpore Chriſti ſed ſpeciebus ſacramentalib. per naturam dimenſionum uel miraculoſe, 3ª.q.76.5.2m
94 Chriſtus in ſacramento, non eſt ut in loco circunſcriptiuè, nec diffinitiuè, 3ª.q.76.6.1m
95 Chriſtus ad motum ſacramenti, non mouetur per ſe, ſed per accidens, 3ª.76.6.o
96 Chriſtus dedit in ſacramento diſcipulis corpus ſuum paſſibile, 3ª.q.81.3.o
97 In triduo corpus Chriſti ſi quis conſecraſſet, fuiſſet corpus ſine ſanguine, & econuerſo, & utrunque ſine anima, 3ª.q.76.1.1m.*2.c.*q.81.4.o
98 Si Chriſtus in triduo fuiſſet in hoc ſacramento, paſſus fuiſſet in eo, paſſione innata non autem paſſione illata, 3ª.q.81.4.o
99 Corpus Chriſti in hoc ſacramento, non poteſt uideri oculo corporali, 3ª.q.76.7.o.*8.c
100 Quando in hoc ſacramento apparet puer uel caro, eſt ibi uere corpus Chriſti, ſed non uidetur in ſpecie propria, 3ª.q.76.8.o
101 Talis apparitio quandoque eſt tantum ex parte uidentium, & quandoque extra, 3ª.q.76.8.o
102 Quando ſic apparet omnibus, non debet ſumi, ſed debet cum reliquijs poni. 3ª.q.82.4.3m
103 Tunc ſacerdos ſecundum aliquos debet iterum celebrare, uel ſecundum alios ſufficit ſpiritualis manducatio, 3ª.q.81.4.3m
104 Chriſtus uidet ſe corporaliter in ſacramento: non ex ſacramento, ſi autem oculum haberet extra ſacramẽtum, non poſſet hoc, niſi miraculoſe, 3ª.q.76.7.2m
105 Angeli non uident corpus Chriſti ſub ſacramento: cognitione naturali: ſed tantum cognitione beata, dæmones autem nullo modo plenè, 3ª.q.76.7.c
106 Beati uident Chriſtum ſub ſacramẽto uiſione intellectuali plena, non autem uiſione corporali, niſi miraculoſè, 3ª.q.76.7.c.2m
107 Intellectus uiatoris non poteſt comprehendere nec uidere Chriſtum in hoc ſacramento, 3ª.q.76.7.c
108 Non baptizati peccant, uidendo euchariſtiam, nõ autem Chriſtiani licet ſint peccatores, 3ª.q.80.4.4m
109 Soli ſacerdotes poſſunt conſecrare euchariſtiam, 3ª.q.82.1.o
110 Plures ſacerdotes poſſunt eandem hoſtiam conſecrare, 3ª.q.82.2.o
111 Mali ſacerdotes etiam ſchiſmatici, hæretici excommunicati, & degradati, poſſunt conſecrare: ſed peccant grauiter, 3ª.q.64.9.2m.*3m.*q.82.5.7.8.9.o
112 Recipiens euchariſtiam uel audiens miſſam à talibus grauiter peccat, 3ª.q.64.9.2m.*3m.*q.82.9.o
113 Conſecrans propter malum finem. ſ. ad maleficia, uel ut irrideat, peccat, ſed perficit ſacramentum, 3ª.q.74.1.2m
114 Diſpenſatio euchariſtiæ pertinet ad ſacerdotem tantum, 3ª q.82.3.o
115 Nulli non ſacerdoti licet tangere euchariſtiam, niſi in neceſſitate, ut ſi caderet, 3ª.q.82.3.c
116 Laicus etiam peccator debet tangere euchariſtiam, in neceſſitate tantum, ut ſi caderet in terram, 3ª.q.82.3.c
117 Si adſint eſſentialia, ſcilicet, ordo, & intentio miniſtri, & materia, & forma debita: erit euchariſtia, licet deſint ſolẽnitas loci, temporis, & paramentorum, tamen talis grauiter peccaret, & degradandus eſſet, 3ª.q.83.3.1m
118 De pœnitentia emittẽtis euchariſtiam, uel cuius negligentia brutum ſumit eam, uel ſanguis ſtillat extra: uel euomẽtis, 3ª.q.83.6.7m
119 Conſecrans tenetur ſumere euchariſtiam ſub utraque ſpecie: quotieſcunque celebrat, 3ª.q.80.12.o.*q.82.4.o
120 Si percipiturante conſecrationem, aquam tantum fuiſſe, effundatur, & uinum ponatur: ſi autem poſt, *uidetur quod à capite canonem debeat incipere: ſed dimittat, & de negligentia pœniteat, ſecundum Innocentium, uel tantum conſecret uinum, permiſſa continuo pro de negligentia, 3ª.q.83.6.4m
121 Deficiente ſacerdote poſt conſecrationem corporis, debet ſuppleri per alium, non autem ſtante. 3ª.q.83.6.1m
122 Miniſter in alijs ſacramẽtis dupliciter operatur. ſ. pronunciando uerba, & actum exteriorem exercendo, in euchariſtia uerò tantum primo modo, 3ª.q.78.1.c.3m
123 Non licet ſacerdoti omnino ceſſare à conſecratione euchariſtiæ, ſed tenetur ſaltem in feſtis, 3ª.q.82.10.o
124 Celebratio Euchariſtiæ, eſt immolatio Chriſti: quia eſt figura paſſionis eius, cuius per hoc ſimus participes, & ſacerdos ſignificat Chriſtum, 3ª.q.83.1.o.*2.c.1m.*2m
125 Euchariſtia dupliciter ſumitur. ſ. ſacramentaliter, & ſpiritualiter, 3ª.q.80.1.2.3.o
126 Patres ueteris teſtamenti mãducauerunt Chriſtum ſecundo modo tantum, 3ª q.80.1.3m
127 Euchariſtia uere ſumitur à peccatoribus ſacramentaliter tantum: nec immunditiam aliquam ex hoc contrahit, 3ª.q.80.3.o.*q.81.7.1m
128 Infidelis uere ſumit euchariſtiam non primo modo, nec ſecundo proprie, 3ª.q.80.3.2m
129 Brutum uere ſumit Euchariſtiam per accidens, non autem primo nec ſecundo modo, 3ª.q.80.3.3m
130 Chriſtus ſumpſit corpus ſuum & ſanguinẽ in euchariſtia 3ª.q.81.1.[illegible]*q.84.7.4m
131 Chriſtus ex ſumptione huius ſacramenti habuit ſpiritualem dulcedinem, ideo ſumpſit ſacramentaliter, & ſpiritualiter, ſed aliter quam cæteri, 3ª.q.81.1.3m
132 Chriſtus dedit euchariſtiã Iudæ in cœna: præter buccellam intinctam, 3ª.q.81.2.o
133 Sumptio euchariſtiæ, non eſt de neceſſitate ſalutis ſecundum ſe, ſed ex ſtatuto Chriſti & eccleſiæ, 3ª.q.73.3.o.*q.80.11.o
135 In primitiua eccleſia, oẽs tenebantur quotidie ſumere euchariſtiam,

chariſtiam, poſtea ter in anno, & nunc autem ſemel, 3ª.q.80.10.4^{m}.
136 Euchariſtia debet quotidie ſumi, niſi ex hoc quis ſentiret reuerentiam diminui, & feruorem nõ augeri, 3ª.q.80.10.o.
137 Euchariſtia non debet pluries in die ſumi, niſi quando quis in una die ex aliquo caſu permiſſo pluries celebraret, 3ª.q.80.10.3^{m}.°q.83.2.2^{m}.
138 Euchariſtia ſub ſpecie uini, id eſt, ſanguinis Chriſti non datur populo, propter periculum effuſionis, quia facilius una gutta ſanguinis laberetur quàm aliqua una particula corporis, 3ª.q.74.1.3^{m}.°q.80.12.c.
139 Hoſtia non conſecrata, nunquã debet dari pro euchariſtia, & ſacerdos dans eam, reus eſſet idololatriæ, nõ autẽ adorãtes, uel ſumentes eam cum hoſtia debeat adorari latria, ſub conditione in habitu, & adorantes, uel ſumentes eam æſtiment probabiliter hoſtiam eſſe conſecratam. Fides.n.credentis, non fertur ad has ſpecies panis uel ad illas, ſed ad hoc quòd uerum corpus Chriſti, ſit ſub ſpeciebus panis ſenſibilis, quando recte fuerit conſecratum, unde ſi non ſit rectè conſecratum: fides non propter hoc ſuberit falſum, 22ª q.1.3.4^{m}.°3ª.q.80.6.2^{m}.
140 Melius eſt paratis ſumere euchariſtiam, quam abſtinere ab ea, 3ª.q.80.10.c.
141 Pœnitentes qui abſtinent ab hoc ſacramento, ſecundum cõſilium ſacerdotis, excuſantur à tranſgreſſione præcepti, nõ autem manentes in peccatis, 3ª.q.80.11.3^{m}.
142 Euchariſtia debet ſumi tantum à ieiunis totaliter, niſi in caſu mortis, 22ª.q.147.6.2^{m}.°3ª.q.80.8.o.°9.c.
143 Omni cibus uel potus, ſumptus poſt mediam noctẽ, impedit ſumptionem euchariſtiæ, non autem ante, etiam ſi nec ſomnus, nec digeſtio ſequatur, 3ª.q.80.3^{m}.
144 Deglutitio ſaliuę, uel cibi relicti inter dẽtes, uel eructationis, non impedit ſumptionem euchariſtiæ, 3ª.q.80.8.4^{m}.
145 Reliquiæ aquæ uel uini, quibus lauatur os traiectæ non in magna quantitate, & mixtæ cum ſaliua non impediunt ſumptionem euchariſtiæ. 3ª.q.80.8.4^{m}.
146 Poſt ſumptionem euchariſtiæ, requiritur modicum interuallum ante prandium, 3ª.q.80.8.6^{m}.
147 Corporalis immundicia, ut lepra, fluxus ſanguinis, & huiuſmodi non impedit ſumptionẽ euchariſtiæ, 3ª.q.80.7.3^{m}.
148 Euchariſtia debet ſemper haberi parata pro infirmis, 3ª.q.83.5.2.1^{m}.
149 Pars hoſtiæ miſſa in calicẽ nunquam debet dari infirmis, quia Chriſtus nemini dedit panem intinctum, niſi Iudæ. 3ª.q.83.3.9^{m}.
150 Triplex modus manducandi corpus Chriſti, ſ. ſacramentalis tantum, ſpiritualis tantum, ſacramentalis, & ſpiritualis ſimul, 3ª.q.80.1.2.3.o.
151 Pueris non debet dari euchariſtia, niſi cum incipiunt habere aliqualem uſum rationis, ut poſſint concipere deuotionem huius ſacramenti, ſcilicet in decimo, uel undecimo annis, 3ª.q.80.9.3^{m}.
152 Græci dant euchariſtiam pueris recenter natis, baptizatis, ꝓpter hoc quod Dionyſ. dicit, baptizatis eſſe ſacram communionem danda, non intelligentes, quod Dionyſ. ibi loquitur de baptiſmo adultorum, 3ª.q.80.9.3^{m}.
153 Amẽtibus, & poſt fidem, & deuotionem, debet dari euchariſtia, in mortis articulo, niſi ſit periculũ uomitus uel expulſionis. Nõ autem ſi ante amentes fuerãt & ſic à natiuitate remanſerunt, 3ª.q.80.9.o.
154 Dęmoniacis debet dari euchariſtia, niſi certum ſit quod pro crimine torqueantur, non autẽ energuminis, 3ª.q.80.9.2^{m}.
155 Nihil præter peccatum mortale impedit neceſſario ſumptionem euchariſtiæ, ſed tantum de congruo, ut coitus matrimonialis, nocturna pollutio, & fluxus ſeminis temporalis, quando ſunt ſine mortali, uſq; ad alium diem, 22ª.q.154.5.o.°3ª.q.80.7.o.
156 Præeligendum eſt, eſſe ſuſpectum, quàm indigne ſumere euchariſtiam, 3ª.q.80.6.2^{m}.
157 Suſpectus uiolenter, & publicis, debet omnino negari euchariſtia, 3ª.q.80.6.3^{m}.
158 Peccatori occulto, petenti occulte euchariſtiam, debet negari. Si uero publice petat, debet dari. Sed peccatori publico debet omnino negari, 3ª.q.80.6.o.°q.81.2.c.2^{m}.
159 Sumens euchariſtiam, cum conſcientia peccati mortalis, peccat mortaliter, 3ª.q.79.2.2^{m}.°3.o.°q.80.4.o.°7.8.c.
160 Sumens euchariſtiam in peccato mortali ignorato, facta diligenti diſcuſſione, etiam non ſufficienti, non peccat, 3ª.q.80.4.5^{m}.
161 Experimentum non debet ſumi de peccatis, cum euchariſtia, 3ª.q.80.6.3^{m}.
162 Sacerdos faciens fictionem in conſecrando euchariſtiam, multo grauius peccat, quàm indigne ſumens eam, 3ª.q.80.6.2^{m}.
163 Infidelis eſt indignior fideli, ad ſumendum euchariſtiam, Sed fidelis, cum mortali indignius ſumit, 3ª.q.80.5.2^{m}.
164 Sumẽs euchariſtiam, cum peccato ſpirituali grauius peccat, quàm ſumens cum peccato carnali, 3ª.q.80.5.2^{m}.
165 Peccatum indigne ſumentium euchariſtiam, eſt minus graue peccatis commiſſis in Deum: & grauius peccatis contra proximum, uel contra ſeipſum, 3ª.q.85 5.o.
166 Eſt etiam in minus graue peccato occiſionis Chriſti & proditionis eius, 3ª.q.80.3.1^{m}.° 2^{m}.
167 Et eſt minus graue proiectione eius in lutum, 3ª.quæſt.80.5.3^{m}.
168 Euchariſtiam non imprimit characterem, 3ª.q.63.6.c.q.80.1.3^{m}.°10.1^{m}.
169 Sine manducatione ſpirituali euchariſtiæ, non poteſt eſſe ſaluus, 3ª.q.80.11.c.
170 Euchariſtia inquantum eſt ſacramentum, prodeſt tantum ſumentibus, ſed ut eſt ſacrificium, prodeſt etiam aliis, 3ª.q.78.3.8^{m}.°q.79 5.c.°7.o.
171 Euchariſtia eſt ſacramentum paſſionis, & mortis Chriſti, inquantum perficit hominem in unione ad Chriſtum paſſum 3ª.q.73.3.3^{m}.°5.2^{m}.
172 Euchariſtia eſt memoriale paſſionis Chriſti, 3ª.q.66.9.3^{m}.°q.73.4.5.o.°q.74.1.c.°q.76.2.2^{m}.°q 79.1.c.
173 Euchariſtia ordinatur ad refectionem mentis, 3ª.q.73.1.2.c.°q.79.8 c.
174 Hoc ſacramentum non habet ſuos effectus niſi in coniunctis ei per fidem, & charitatem, 3ª.q.79 2.2^{m}.
175 Euchariſtia eſt ſacramentum charitatis Chriſti expreſſiuũ, & charitatis noſtræ factiuum, 3ª.q.73.3.3^{m}.° q.75.1.c.°q.78.3.6^{m}.°q.79.1.c.°4.c.2^{m}.
176 Effectus non principalis euchariſtiæ, ſed conſequens augmẽtum charitatis, eſt diminutio fomitis, 3ª.q.79.6.3^{m}.
177 °Quicquid eſt effectus paſſionis Chriſti, eſt effectus euchariſtiæ, 3ª.q.79.1.c.°q.83.1.c.
178 Per baptiſmum datur primus actus uitæ ſpiritualis, ſed per euchariſtiam datur complementum eius, 3ª.q.79.1.8.c.2^{m}°6.2^{m}.°q.82.2.3^{m}.
179 Euchariſtia facit omnium effectum uitæ ſpiritualis ad ſimilitudinem, cibi corporalis: quia ſuſtentat, auget, reparat, & delectat. 3ª.q.79.1.o.8.c.°q.81.1.3^{m}.
180 Corpus Chriſti offertur pro ſalute corporis: & ſanguis pro ſalute animæ, ſecundum ſimilitudinem, ſecundum ueritatem uerò, utrunque offertur pro utroque 3ª.q.73.1.c.°q.74.1.o°q.76 2.1^{m}.°q.79.q.1.3^{m}.
181 Effectus euchariſtiæ, eſt adeptio gloriæ non quidem ſtatim, ſed inquantum dat uirtutem perueniendi ad gloriam, 3ª.q.79.2.o.°q.80.2.1^{m}.
182 In euchariſtia confertur gratia habitualis, & excitatur feruor actualis deuotionis, 3ª.q.69.1.2^{m}.°4.7.c.
183 Sumens euchariſtia ſacramentaliter, conſequitur maiorem gratiam, quam prius ſumendo ſpiritualiter tantum, 3ª.q.80.1.3^{m}.
184 Euchariſtia gratiam cauſat, auget, & excitat eam, & uirtutes in actum, 3ª.q.79.1.o.°4.c.
185 Nullus habet gratiam ante ſumptionem euchariſtiæ, niſi ex uoto ad eam proprio ut adulti, uel eccleſiæ, ut paruuli, 3ª.q.73.3.c.1^{m}.°q.7.9.1.1^{m}.°q.80.1.3^{m}.°11.c.
186 Euchariſtia præſeruat à peccato dupliciter, ſcilicet interius roborando per gratiam, & exterius, repellendo omnem impugnationem dęmonum per paſſionem Chriſti, cuius eſt ſignum, 3ª.q.79.6.o.
187 Peccata uenialia præſentia impediũt effectum euchariſtię, quo ad refectionem dulcedinis ſpiritualis, ſed non quo ad augmentum gratiæ, ſed neutrum horum impediunt præterita, 3ª.q.79.8.o.
188 Euchariſtia delet peccata uenialia, 3ª.q 79.4.o.°q.87.3.c.
189 Euchariſtia delet peccata mortalia, quorum quis non habet conſcientiam, nec affectum. 3ª.q.79.3.o.
190 Euchariſtia fit ablutio ſcelerum tripliciter. ſ. ignoratorum, futurorum, uel cauſando contritionem, 3ª.q.79.3 1^{m}.
191 Euchariſtia delet pœnam debitam pro peccatis, non quidem totam, ſed ſecundum menſuram peccatorum, & deuotionis, 3ª.q.79.5.o.
192 Euchariſtia liberat à purgatorio, inquantum eſt ſacrificium ſatisfactorium pro peccato, 3ª.q.32.8.2^{m}.
¶Eudimica Ethica Ariſtotelis, 1ª.q.82.4.3^{m}.°12ª. q.9 4.c.6.°q 80.1.b.3.
¶Euentus ſequens per ſe, uel ut in plurib. uel præcogitatus, addit ad bonitatem, uel malitiam actus, non autem aliter,

t.1ª.q.20.5.0.°q.73.8.c.

5 ¶Eugnomoſina eſt idem, quod epyichia, ſcilicet uoluntaria iuſtificatio, 22æ.q.80.4m.°5m.

¶Eupſychia eſt uirtus ſpecialis. ſ. conſtantia, & eſt pars potencialis fortitudinis, 22æ.q.128.6m.

¶Euſebia eſt idem, quod religio, 22æ.q.80.4m.

1 Euſtochia eſt pars prudentiæ, bene coniectans omnia, ſolertia medium, 22æ.q.48.c.°q.49.4.c.

2 Euſtochia eſt tantum in operatiuis, ſolertia uerò tam in his, quam in ſpeculatiuis, & tā in neceſſarijs, quam in contingentibus, 22æ.q.49.4.1m.

3 Vtraque inuenit quaſi ſubito, ſed eubulia, inquirendo, & tarde, 22æ.q.49.4.c.2m.°q.51.1.3m.

1 Euſtratius Epiſcopus Græcus, & commentator Ariſtotelis, dicens quòd epyiches, id eſt uirtuoſus, committit adulterium cum uxore tyranni, ut poſſit occidere eum, & liberare patriam, non eſt ſuſtinendus, °pro nulla enim utilitate debet quis adulterium committere, ſicut nec dicere mēdacium, ſecundum Auguſtinum. 22æ q.63.7.4m.

1 ¶Eutiches. °Hæreſis eius de unitate naturæ in Chriſto, & de impalpabilitate corporum reſurgentium, & Chriſti dānatur in concilio Calcedonenſi. °3ª.q.2.1.c.

2 Eutices in morte retractauit ſuam hæreſim, 3ª.q.54.3.c.fi.

¶Eutropelia dicitur à bona uerſione. Et eſt uirtus circa ludos, & pars modeſtiæ, 12æ.q.60.5.6.°22æ.q.72.2.1m.°q.100.2.c.°q.168.2.0.°q.172.2.1m.

1 Æuum eſt menſura primi mobilis ſecundum ſubſtantiam, & ſecundum eſſe, 1ª.q.10 6 2m.

2 Aeuum eſt tantum unum, propter primum æuiternum, 1ª.q.10.6.0.

3 Aeuum eſt infinitum in actu, ſed negatiue, non autem priuatiue. 1ª.q.10.5.4m.

4 Tantum eſſe, attribuitur æterno, & æuiterno, ratione ſui: ſed fuiſſe, uel futurum eſſe, ratione temporis concomitantis, 1ª.q.10.2.4m.°5.3m.

5 Aeuum continet diuerſis, ſecundum prius, & poſterius, 1ª.q.10 6.c.

1 Ex aliquando importat ordinem terminorum tantum, aliquando uero etiam identitatem ſubiecti, 1ª.q.43.1.3m.°1ª q.73.8.c.

¶Excandeſcentia magis pertinere uidetur ad primum ſpeciem iræ, ſcilicet fel. quæ perficitur ſecundum uelocitatem iræ: quàm ad tertiam ſpeciem: ſcilicet furorem. 12æ q.49.8.2m.

1 ¶Excæcatio: & obduratio important duo: ſcilicet motum animi adhærentis malo, & auerſi à Deo: & ſubtractionem gratiæ: 12æ.q.79.3.c.

2 Excæcatio: aggrauatio: & obduratio: differunt ſecundum diuerſos effectus gratiæ, ſcilicet in uiſu, auditu, & affectu, 12æ.q.79.3.c.fi.

3 Excæcatio & obduratio, quo ad primum, ſunt peccata, ſed quo ad ſecundum, ſunt pœnæ. Et primum eſt cauſa ſecundi. Et homo fit deterior primo, non autem ſecundo, 12æ.q.79.3.0.

4 Excæcatio eſt effectus diuinæ reprobationis, 12æ. quæſt.79.4 c.

5 Excecatio, de ſe ordinatur ad damnationem, ſed ex miſericordia Dei ordinatur ad ſalutem, non quidem omnium, ſed prædeſtinatorum tantum, 12æ.q.79.4.0.

6 Malitia eſt cauſa excæcationis meritoria, ſicut culpa eſt cauſa pœnæ, 12æ.q.79.3.3m.°22æ.q.15.1.c.2m.

7 Dæmon dicitur excæcare, in quantum inducit ad culpam, quæ eſt cauſa meritoria excæcationis, 12æ.q.79.3.3m.

¶Excedere. °Quod in melioribus excedit, melius eſt ſimpliciter, 22æ.q.188.7.1m.

Exceſſus mentis, cauſatur ex amore boni, & timore mali eodem modo, 22æ.q.175.2.3m.

1 ¶Excluſio immobilitat terminum, cui additur, ratione negationis implicitæ, 1æ.q.31.3.3m.

2 Propoſitio excluſiua habet duas expoſitiones. Primam affirmatiuam, & ſecundam negatiuam. Sub prima licet deſcendere, ſub ſecunda uero, non. 1ª.q.31.4.b.

3 Dictio excluſiua, addita principali agenti, non excludit inſtrumentum, 3ª.q.78.4.1m.

4 Dictio excluſiua non excludit partes, nec uniuerſalia, & alia, quæ ſunt de intellectu ſubiecti, niſi differant ſuppoſito, 1ª.q.3.4.3m.

5 °Dictio excluſiua, addita uni relatiuorum, excludit aliud, & omne quod eſt in alio ſuppoſito. 1ª.q.31.4.3m.

8 °Eccleſia malos iuſte excommunicat, ut reſipiſcant, °In neceſſitatis tamen caſu eſt illis ſubueniendum, debet enim eccleſia diuinum iudicium in caſtigationibus imitari, ſcilicet ad ſalutem, non autem ad perditionem, 22æ.q.31.2.3m.

2 Excōmunicatis, & reipublicæ hoſtibus, ſunt ſubtrahenda beneficia ut arceantur à culpa, ſic tamen, quod natura non deficiat, niſi ſecundum ordinem iuſtitiæ, 22æ.quæſt.31.2.3m.

3 Iniciens manus in clericum, ſemper ſimpliciter, non eſt excōmunicatus, ſcilicet ſi cauſa diſciplinæ, ut magiſter, uel prælatus, ſi iocoſa leuitate, ſi inuenit eum turpiter agentem cum uxore, matre, ſorore, uel filia, ſi ſtatim uī ui repellat, ſi ignoret eum eſſe clericum, ſi inueniat eum, in apoſtaſia, poſt trinam admonitionem, & ſi transfert ſe clericus ad actum penitus ſibi contrarium, ut ſi fiat miles, uel ad bigamiam tranſeat. Et octupliciter poteſt abſolui ab epiſcopo, ſcilicet in articulo mortis: quia tunc à qualibet excommunicatione pt quiſq; à quolibet ſacerdote abſolui, ſi ſit hoſtiarius alicuius potentis, & non ex odio uel propoſito percuſſit, ſi percutiēs ſit mulier, ſi ſit ſeruus, & dominus læderetur, de eius abſentia, qui non eſt in culpa, ſi regularis regularem, niſi ſit enormis exceſſus, ſi ſit pauper, ſi ſit impubes, uel ſenex, uel ualetudinarius, & ſi habeat inimicitias capitales, 22æ.q.64.7.c.

4 Participare cum excommunicatis, conceditur quintupliciter, ſcilicet Vtile, lex, humile, res ignorata, neceſſe. 22æ.q.39.4.2m.

5 Excommunicatio maior eſt ſeparatio à communione eccleſiæ, quoad fructum & ſuffragia generalia, Suppl. quæſt.21.1.0.

6 Cum eccleſia in terris Dei uicem gerat illius quæ iudicium Dei iudicio conforme ſit, iuſte excommunicare poteſt, ſiue peccatorum à communione eccleſiæ, ſiue à ſuffragijs & alijs ſpiritalibus ſeparet. Supp.q.21.3.c

7 Non poteſt eccleſia etiam peccato mortali aliquem excommunicare, niſi contumax fuerit. Suppl.q.21.3.0.

8 Si excommunicatio iniuſte lata ſit ex parte excommunicantis, nihilominus effectum ſortitur: ſi ex parte excommunicationis, ita ut error ille irritam faciat ſententiam, nullius eſt effectus. Suppl.q.21.4.0.

9 Cum quis pro falſo crimine in iudicio probato excommunicatur, ſi humiliter ſuſtinet humilitatis meritum, recompenſat excommunicationis damnum. Suppl.q.21.4.c.

10 Soli Epiſcopi, & maiores prælati excommunicare poſſunt, qui habent iuriſdictionem in foro iudiciali. Suppl. quæſt.22.1.0.

11 Etiam non ſacerdotes poſſunt excommunicare, modo iuriſdictionem habeant in foro contentioſo. Suppl.quæſt.22.2.c.

12 Excommunicatus uel ſuſpenſus, non poteſt alium excommunicare. Suppl.q.22.3.0.

13 Nullus poteſt niſi inferiorem excommunicare, cum excommunicatio ſit iuriſdictionis, quæ non exerceri, non poteſt, niſi in ſibi ſubditos. Suppl.q.22.4.c.

14 Tametſi ſinguli alicuius communitatis excommunicari ab eccleſia poſſint, nunquam tamen ipſa communitas, Suppl.q.22.5.0.

15 Toties quis excommunicari poteſt, quoties eſt excommunicationis cauſa, Suppl.q.22.c.

16 Licet fidelibus cōmunicare excommunicato minori excommunicatione, maiori uero minime, niſi ubi aliqua ſpiritualis commodi, uel legis, uel neceſſitatis ratio ad hoc impulerit. Suppl q.23.1.0.

17 Participans cum excommunicato, excommunicatus quoque eſt, aliquando maiori, nonnunquam minori excommunicatione. Suppl.q.23 2.c.

18 Tantum participans excommunicato in crimine, uel in diuinis, ſeu in eccleſiæ cōtemptum peccat mortaliter, Suppl.q.23.3.0.

19 Excommunicatum minori excommunicatione, poteſt quilibet ſacerdos abſoluere, non autem maiori, ſiue ſit à iure, uel ab homine lata, ſed et qui ſententiam tulit, ſubiectur, niſi in articulo mortis. Suppl.q.24.1.0.

20 Poteſt quis inuitus abſolui ab excommunicatione, cum ſit pœna, non autem à peccato, cum ſit uoluntarium, Suppl.q.24.2.0.

21 Abſolutus ab una excommunicatione ab omnibus abſolutus intelligitur, ſi ſint ab uno iudice latæ, niſi aliter fuerit expreſſum, non autem, ſi nō autem, ſi ſint à diuerſis iudicibus factæ, Suppl.q.21.3.c.

1 Excuſatio aggrauat omne peccatum, 22æ:q.13.3.3m.

1 Semper perfectiſſimum eſt exemplar, quod imitatur minus perfectum. 3ª.q.36.1.3m.

2 Cauſa exemplaris, eſt tantum exiſtentium, ſed cauſa finalis, eſt etiam non entium, 1ª.q.5.2.1m.

3 Exemplata oportet conformari exemplari, ſecundum rationē formæ, non autem ſecūdum modū eſſendi, 1ª.q.18.4.2m.

ſ ſlin

1 ¶In operationibus & paſſionibus humanis in quibus experientia plurimum ualet, plus mouent exempla, quàm verba, 12^{ae}.q.34.1.c
2 Ariſtoteles in logica utitur exemplis, ſecundum opiniones aliorum. Ideo non habent auctoritatem, 1^{a}.q.48.1.5^{m}.* q.67.2.2^{m}.* 12^{ae}.q.39.2.1^{m}
1 * ¶Exemptus * peccans in re nõ exempta, poteſt ab ordinario iudicari, 22^{ae}.q.67.1.3^{m}
1 ¶Exilium non erat uniuerſale in ueteri lege, ſed particulare, ne quis fieret idolatra, 12^{ae}.q.105.2.10^{m}
1 ¶Exitus.* In diuinis. Eſt ſecundum ſolam diſtinctionem relationum, & ſecundum emanationem interiorem, & non ſecundum diſtantiam, 1^{a} q.42.5.2^{m}
1 ¶Exorciſmus non eſt ſacramentum, ſed eſt ſacramẽtale, 3^{a}.q.7.3 2^{m}.* q.71.3.2^{m}
2 Exorciſmus debet præcedere baptiſmum. Tamen ſi nõ præcedat, debet poſtea fieri, 3^{a}.q.71.2.3.* 3.1^{m}
3 Exorcizare pertinet ad ſacerdotem, & ad exorciſtam, 3^{a}.q.71.4.c.1^{m}.* 2^{m}
4 Ea quæ fiunt in exorciſmo, non tãtum ſignificãt, ſed etiam efficiunt, 3^{a}.q.71.3.c
5 Quandocunque aliquid ſanctificandum eſt, ad cultum diuinum, prius exorcizatur, ut liberetur à poteſtate diaboli, 3^{a}.q.83.3.3^{m}
6 Exorciſmus datur contra dæmonem, in quantum impedit homines à ſacramentis. Sed baptiſmus datur contra eum in quantum impedit ẽ gloria, 3^{a}.q.71.2.2^{m}
7 Quæ fiunt in exorciſmo, ordinantur contra impedimenta baptiſmi, cuius effectus põt impediri ante ſumptionem baptiſmi, & poſt, 3^{a}.q.71.3.3^{m}
8 Effectus exorciſmi, eſt deliberatio poteſtatis dæmonis, quia totaliter in baptiſmo aufertur, 3^{a}.q.71.3.c
9 Effectus eius duplex, ſcilicet expulſio dæmonis, & apertio ſenſuum ad ministra, & mandata Dei, 3^{a}.q.71.3.c
10 Sal miſſum in os exorcizandi, & narium, & aurium, ſputo linitio, ſignificat remotionem impedimenti dæmonis reſpectu fidei docendæ, 3^{a}.q.71.2.c
11 Exorciſmus non confert gratiam, nec remiſſionem culpæ. Ideo ſine baptiſmo, exorciſmus nihil ualet poſt mortem contra. Præpoſitinum, qui dicit, quòd minores tenebras patiuntur, 3^{a}.q.71.3.c
12 Expectatio eſt motus ſpei, propter cognitionem præcedentem, reſpectu auxilij alieni, 12^{ae}.q 40.3.1^{m}
1 ¶Experientia proprie, pertinet ad ſenſum tantum: ſed large, pertinet etiam ad intellectum, ut in dæmonibus, 1^{a}.q.54.5.2^{m}.* q.58.3.3^{m}
2 Experientia in operabilibus, non eſt potentia, & non ſolum cauſat ſcientiam, ſed etiam habitum, qui facit operationem faciliorem, propter conſuetudinem, 12^{ae}.q.40.5.1^{m}
3 Qui accepit gratiam, per quãdam experiẽtiam dulcedinis, nouit ſe illam habere, quam non experitur ille, qui nõ accepit, 12^{ae}.q.11 2.5.c
4 Illa quæ ſunt per eſſentiam ſui in anima, cognoſcuntur experimentali experientia, in quantum homo experitur per actus principia intrinſeca, ſicut uoluntatem, percipimus uolendo, & uitam ab operibus uitæ, 12^{ae}.q.112.5.1^{m}
5 Verbum Abrahæ dictum, uidelicet, nunc cognoui quod timeas dominum, poteſt referri ad notitiam experimentalem, quæ eſt per exhibitionem operis, 12^{ae}.q.112.5.5^{m}
6 In opere illo quod fecerat Abraham, cognoſcere potuit experimentaliter, ſe Dei timorẽ habere. Vel poteſt hoc etiam ad reuelationem referri, 12^{ae}.q.1 2.5.5^{m}
1 ¶Extaſis eſt fieri extra ſe ſecundum cognitionem, uel ſecundum appetitum, 12^{ae}.q.28.3.c.* 22^{ae}.q.175.2.1^{m}
1 ¶Extrema unctio eum ad peccatorum remiſſionem ordinetur, eſt ſacramentum, & nõ tantum ſacramentale. Suppl.q.29.1 c
2 Extrema unctio, quamuis per multas perficiatur actiones, unum nihilominus ſacramentum eſt. Suppl.q. 29.2.a
3 Extremæ unctionis ſacramentum à Chriſto fuit inſtitutũ, ſicut & cætera ſacramenta, ab apoſtolis tamen promulgatum fuit. Suppl.q.29.3 c
4 Oleum oliuæ, cum ſit lenitiuum, ac penetratiuum uſque ad intima ad diffuſiuum, conueniens eſt materia ſacramenti extremę unctionis, quod perfecta, & lenis ſanatio eſſe debet. Suppl.q.29.4.c
59 Forma ſubſtantialis unitur immediate materiæ, 1ª. quæſt. 76.6.7.c.

60 °Non eſt poſſibile plures formas ſubſtantiales ſimul eſſe in eodem corpore, 1ª.q.76.3.c.°4.o

61 °Forma miſtionis non eſt ſubſtantialis, ſed eſt accidẽs. ſ. qualitas. ª.q.76.4.1m.

62 Nulla forma rei corporalis, præter animam rationalem, eſt perpetua, 1ª.q.85.6.c.

63 Eadem forma eſt, qua ignis eſt ignis, corpus & ſubſtantia. 3ª q.75.6.2m

64 °Forma accidentalis non habet potentiam actiuam, ſed eſt potentia compoſiti, ut calor ignis. 1ª.q.77.1.5m

65 Omnis forma ſeparata a materia, eſt intellectualis. 1ª.q.66.2 c.fi.°q.110.1.c°3ª.q.75.6.c

66 Omnes formæ intelligibiles, ſunt unius generis, 1ª. quæſt. 85.4.c.

67 Formæ. i. ſpecies intellectus noſtri, non effluunt a formis immaterialibus, ſed a rebus ſenſibilibus, 1ª.q.84.4.6.o.

68 Forma intellectus, reſpectu eius eſt indiuidua, ſed reſpectũ eius cuius eſt ſimilitudo, eſt uniuerſalis, 1ª.q.76.2.3m

69 Intellectus recipit formam ut formam ſimpliciter, non indiuiduando eam, quia in eo habet eſſe uniuerſale, ſed materia recipit forma, indiuidualiter tantum, 1ª. quæſt.75. 5.1m.

70 Intellectus cuius forma eſt a ſe, perficitur à re, & à ſimilitudine. Si autem non habet à re, perficitur à ſimilitudine. Si uero non differt à ſimilitudine, a nullo perficitur. 1ª.q.14. 2.2m°3m°5.2m°3m.

71 Iudicium quo ad formam iudicij, pertinet ad iuſtitiam diſtributiuam tantum. 22æ.q 63.4.1m

72 Formæ ſacramentales, traditæ ſunt Apoſtolis a Chriſto, 3ª. q.72 4.1m.

¶ Formica reponit grana, imminente pluuia, 22æ. quæſt. 172 1.ar.3.

1 ¶ Fornicatio prohibetur ſpecialiter ſimul cum cerimonijs legis ab apoſtolis, quia gentiles non reputabant eam eſſe peccatum. 12æ.q.103 4. 1m°22æ.q.154 2.1m

2 ¶ Omne peccatum dicitur fornicatio large. 22æ.q.131.2.c.3m °.4.d.39.6.2m

3 Fornicatio eſt minus peccatum ijs quæ ſunt contra bona exteriora, & minus ijs quæ ſunt contra Deum, uel contra perſonam proximi. 22æ.q 154.3.o

4 Cum nullus ſit obſtrictus fidem ei ſeruare, qui eam uiolauerit, uiro conceditur iuxta Domini uerba uxorem fornicationis cauſa repudiare. Suppl.q.62 1.o

5 Si uxorem adulteram poenitet adulterium commiſiſſe, non tenetur uir illam ex præcepto relinquere, ſin minus, tenetur, ne peccato conſentire uideatur. Suppl.q.62. . o.

6 Vir

6 Vir poteſt quantum ad thorum tãtum uxorem fornicariam dimittere, quantum uero ad thorum & cohabitationem ſimul, nõ poteſt eam repudiare, niſi iudicio eccleſiæ. Sup. q.62.3.o

7 In cauſa diuortij uir & uxor ad paria quidem iudicantur, ita ut idem ſit licitum & illicitum uni quod alteri. Sed quantum ad bonum prolis, plus peccat uxor adultera, quam vir mœchus Supp.q.62.4.c

8 Non poteſt efficere adulterium, quin ſemper uerum coniugium remaneat, ob id non licet uni altero ſuperſtite ad alias nuptias euolare, ratione adulterij, Suppl.q.62.5.o

9 Poteſt uir uxorem cauſa adulterij dimiſſam reuocare, ſi emẽdata pœnitentiam de peccato egerit, ſecus non poteſt, quẽadmodum nec retinere a peccato deſiſtere nolentem. Suppl.q.62.6 c

1 ¶Fortitudo eſt uirtus ſpecialis, ſecundum quod eſt circa pericula, ſed eſt conditio omnis uirtutis, ſecundum quod dicit firmitatem animi abſolute, 1 2æ.q.61.3.4.o* 22æ.q.58.8 2m*q.123.2.o*3.1m*13.e

2 Fortitudo eſt uirtus tollens impedimenta, quæ repellunt uoluntatem ab eo quod eſt ſecundum rationem propter difficile, 22æ.q.123 1.o*3.4.5.c*q.124.2.c.

3 Fortitudo nõ habet partes ſubiectiuas, nec diuiditur in multas ſpecies, quia eſt circa materiam ualde ſpecialem, 22æ.q.128.c.princ.

4 *Propria materia fortitudinis, ſunt timores, & audaciæ, in maximis terribilis, 1ª.q.59.4.3m*22æ.q.186.1.e

5 Fortitudo eſt immediate circa timores & audacias, mediate uero circa obiecta horum. ſ. circa pericula & labores, 22æ.q.123.3.2m*q.159.1.2m*q.161.2.3m

6 Fortitudo eſt principaliter circa timores, ſecundario autem circa audacias, 1ª.q.21.1.1m*q.95.3.2m*12æ.q.60.4.h.*.c.* 22æ.q.123.3.o.*.6.c.*q.126.2.c.*.q.137.1.c.*.quæſt.141.3.c.2m.

7 Fortitudo non eſt circa ſpem, niſi ſecundum quod ſpes connectitur audaciæ. 22æ.q.123.3.3m*q 125.2.3m

8 Fortitudo eſt præcipuè circa timores mortis, 12æ.q.61.3.c.*. 22æ.q.123.4.o.*.1.1.12.c.*.q.125.2.c.*.quæſt.128.c.*.quæſt.129.5.e

9 Fortitudo principaliter eſt circa moleſtias mortis, ſecundario autem circa quaſcunque alias moleſtias, 22æ.q.123.4.1m* q.124.4.3m

10 Fortitudo eſt maxime circa repentina, quo ad manifeſtationem habitus, non autem quo ad electionem, 12æ.quæſt. 123.9.o

11 Fortitudine eſt maxime circa timorem mortis in bello communi, uel particulari, 22æ.q.122.5.o.*.q.124.2.c.*.quæſt. 41.8.c.

12 *Fortitudo eſt circa difficiliora, non autem circa meliora, q̃ iuſtitia, quæ in bello & in pace utilis eſt, non autem fortitudo, ſed tantum in bello, 22æ.q.56.12.c.3m

13 Perferre, ſecundum quod dicit actum fortitudinis, non dicit immobilitatem, ſed electionem immorandi contra immoderatum timorem, ſicut charitas contra odium, manſuetudo contra iram, & patientia contra triſtitiam, 12æ.q. 66.4.2m

14 Fortitudo moderatur timorem, patientia & perſeuerantia triſtitiam, ſed manſuetudo iram, 12æ.q.136.2.c.1m

15 Quicunque eſt fortis, eſt patiens, & non econuerſo, quia patientia eſt quædam fortitudinis pars, 12æ. q.66.4 2m

16 Fortitudo ſuſtinet pericula mortis, ſed patientia ſuſtinet quęcunque mala, 22æ.q.128.4m*q.136.4.1m

17 Fortitudo eſt principaliter circa timores, ſecundario autem circa triſtitias patientia uero eſt econuerſo, 22æ.quæſ.136 4.2m.

18 *Fortitudo eſt principalem magnanimitate, 22æ.quæſt.129. 5.c.3m.

19 Fortitudo firmat contra mala, ſed magnanimitas, in proſecutione bonorum, 22æ.q.129.5.1m*6.2m.

20 Partes potentiales fortitudinis ſunt ſex. ſ. magnanimitas, fiducia, ſecuritas magnificentia conſtantia tolerantia. i. patientia, & firmitas. i. perſeuerantia, 12æ.q.128.o*q.129.5.o. *q.134.4.o*q.161.4.3m.

21 Fiducia. magnificentia, patientia & perſeuerantia, circa materiã fortitudinis, ſunt partes eius integrales. Sed ſunt partes potentiales, & uirtutes per ſe, diſtinctè a fortitudine, ſecundum quod ſunt circa alias materias, 22æ. q.128.o.*q. 134.4.o*q.136.4.o*q.137.2.o

22 Vitium audaciæ opponitur fortitudini, ſecundum exceſſum audaciæ, impauiditas autem ſecundum defectum timoris, quia in utraque ponit medium, 22æ.q.126.2.3m.

23 Fortitudo eſt in iraſcibili ſubiectiue, 12æ.q.61.2.c.*q.66.1.c.* q.85.3.c*22æ.q.58.5.2m*9.c.*q.128.1m*q.34.4.c*q.136.4. 2m*q.131*2.2m*3ª.q.15.2.e

24 Fortitudo martyrum præcipue commẽdatur, quia ſuſtinet propter Deum impugnationes perſonales, & mortẽ in bello particulari, 22æ.q.123.5.5m*q 124.2.o

25 Fortis intẽdit exprimere ſimilitudinem ſui habitus in actũ, ut proximum finem, 22æ.q.123 7.o

26 Fortis delectatur de ſuo actu & fine, ſed non percipit, niſi ex ſuperabundanti gratia Dei, propter dolorem corporis, & animæ, pro amiſſione uitæ. 22æ.q.123.8.o

27 Non habens fortitudinem, operatur fortia quintupliciter, ſcilicet propter ignorantiam, artem, experientiam, paſſionem, & lucrum, 22æ.q.123.1.2m*q 128.7.10

28 Principalis actus fortitudinis eſt ſuſtinere: ſecundarius vero, eſt aggredi, 12æ.q.123.3.c*6.o.*.8.c.* 10.3*11.1m*q.124.2.3m*q.128.c*q.141.2.3.c

29 Ad primum actum, requiruntur duo. ſ. præparatio animi, & executio operis. Ad ſecundum etiam requiruntur duo. ſ. inſtargibilitas, & infatigabilitas, 22æ.q.128 c

30 Fortitudo aſſumit iram moderatam ad actum ſecundum, non autem ad primum. Nec ut auxilium, ſed ut inſtrumẽtum, quia ad iram pertinet inſilire in rem contriſtantem. Vnde Philoſophus inducit verſum Homeri. Virtutem & furorem erige, quia uidelicet cum aliquis eſt uirtuoſus virtute fortitudinis, paſſio iræ, electionem uirtutis ſequẽs, facit ad maiorem promptitudinem actus. Si autem præcederet, uirtutis modum perturbaret, 22æ.q.123.10.o*11.1m

31 Triſtitia & concupiſcentia, per ſe impediunt ſecundum actũ fortitudinis. ſ. aggredi, ſed per accidens adiuuant, 22æ.q. 123.10.3m

32 Fortitudo ſpiritus, oſtenditur in reſiſtendo concupiſcentiæ carnis contrarianti ſpiritui. Sed eſt maior in comprimendo, ne inſurgat, 3ª.q.15.2.3m

33 Donum fortitudinis in patria, habet actum perfruendi plena ſecuritate a laboribus, & a malis. 22æ.q.139.1.2m

34 Virtus fortitudinis firmat animum, ſecundum modum connaturalem hominis donum autem ſupernaturaliter. 22æ. q.139.1.o.

35 Donum fortitudinis dat fiduciam euadendi quælibet pericula, & perueniendi ad finem cuiuslibet operis. ad beatitudinem, non autem uirtus fortitudinis, ſed perficit ad ſuſtinendum quælibet pericula, 12æ.q.1.9.1.c.1m.

36 Donum fortitudinis, reſpicit uirtutem fortitudinis, inquantum ſuſtinet pericula, & facit quodcunque opus arduum. Ideo dirigitur a dono conſilij. 22æ.q.139.2.3m.

1 ¶Frater in ſacra ſcriptura dicitur quadrupliciter. ſ. natura gẽte, cognatione, & affectu. 3ª.q.28.3.5m

2 Fratres Chriſti ſumus per adoptionem, 1ª.q.33.3.c*q.42.3.c* 3ª.q.23,2.2m

3 Fratres Chriſti in Euangelio, dicuntur conſobrini eius. ſ. filij Mariæ, materteræ matris eius, 3ª q.28.3.5m.

¶Frænetis.* Cauſa. *Tanta poteſt eſſe motio ſpirituum & humorum, quod huiuſmodi apparitiones rerum aliter quã ſint, etiam uigilantibus per naturalem commotionem humorum fiunt ſicut & in freneticis, & alijs huiuſmodi, 1ª. q.111.3.e fi.

¶Frequentia, aſſiduitas, & diuturnitas, non ſunt circunſtantiæ mutantes ſpeciem, niſi aliud ſuperueniat. 12æ.quæſt.88 5.1m.

¶Fricare.* Multa homo agit abſque deliberatione, de quibus etiam quandoque nihil cogitat: ſicut cum aliquis mouet pedem uel manum, alijs intentus, uel fricat barbam, 12æ. q.1.1 ar.3.*3m

¶Frigiditas ſeu impotentia coeundi, non quidem ex ætate, ſed ex defectu naturæ, ſimpliciter incurabilis, dirimit matrimonium contrahendum, & iam contractum, poſt triennium, ad minus ex eccleſiæ ſtatuto Suppl. quæſt. 58.1.o.

1 ¶Fructus dupliciter diſtinguuntur. ſ. ſecundum tres perfectionis gradus a Chriſto. ſ. tricesimus, ſexageſimus, & centeſimus ſiue ſecundum tres gradus uirtutis, ut ſancti diſtinguunt, quia cuiuslibet rei perfectio attenditur ſecundum principium, medium, & finem, & eſt etiam aliter, id eſt ſecundum rationes diuerſas gaudendi. ſ. duodecim a Paulo. 12æ q.70.3.2m

2 Fructus ſpiritualis dicitur dupliciter. ſ. quod principaliter expectatur, ſ. Deus, & ſecundario, ſcil. rei delectatio. 12æ.q.11. 1.c.3m.

3 Fructus quarto modo. ſ. conſurgens ex ſemine uerbi Dei, eſt tantum triplex, ſecundum tres gradus continentium. ſ. cõiugatum, uiduarum, & uirginum. 12æ.q.70.3.2m

4 Fructus ſpiritus ſancti, ſecundum ſanctum Paulum, ſunt duodecim.

decim ſcilicet charitas, gaudium, pax, patientia, bonitas, longanimitas, benignitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia & caſtitas, 12æ.q.70.3.c

5 Fructus ſenſibilis, eſt ultimum ex arbore expectatum, quod cum quadam ſuauitate percipitur, 12æ.q.11.c.*3.c.2m.*q.70.1.c

6 Ultimum ſimpliciter & delectans, eſt proprie fructus, & eius proprie eſt frui. Delectans autem non ultimum, poteſt aliquo modo dici fructus, ſed eius non eſt frui proprie, & ſecundum completam rationem. Non delectans uero, ſed tantum in ordine ad aliud appetitum, nullo modo eſt fructus 12æ.q.11.3.c.2m

7 Opera carnis non dicuntur fructus, quia ſunt contra rationem, ſicut quod eſt ex arbore contra naturam eius, non dicitur fructus, 12æ.q.70.4.1m.*22æ.q.8.8.c.6.

8 Virtutes dicuntur fructus, ratione delectationis, non autem ratione habitus, 12æ.q.70.1.3m.*22æ.q.136.1.3m

9 Operatio ſecundum facultatem rationis, dicitur fructus rationis, ſed ut mouetur à Deo, dicitur fructus ſpiritusſancti, 12æ.q.70.1.c

10 Opera noſtra ut ſunt à ſpiritu ſancto, dicuntur fructus, reſpectu uero beatitudinis, dicuntur flores, 12æ.q.70.1.1m.

11 Fructus proprie, dicitur tantum in corporalibus ſcilicet plantis, à quibus metaphorice transfertur ad ſpiritualia, 12æ.q.11.1.c.*3.2m.*q.70.1.c

12 In parte appetitiua, ſunt plures fructus quam in parte apprehenſiua, quia fructus ſignificat finem, qui magis conuenit parti appetitiuæ, 12æ.q.8.8.3m

13 Fructus comparatur ad arborem, ſicut effectus ad cauſam, ad hominem uero, ſicut ultimum expectatum delectans, 12æ.q.11.3.2.*q.70.1.2

14 Dono conſilij non correſpondet propria aliquis fructus, quia omnis practica eſt propter aliud, 22æ.q.8.8.3m.*q.52.4.3m

15 Fructus ſpiritus contrariantur operibus carnis in communi, non autem ſingula ſingulis, niſi ſecundum adaptationem, 12æ.q.70.4.c

16 Opera carnis ſunt plura fructibus ſpiritus, quia bonum eſt uno modo, ſed malum eſt omnifariam, 12æ.q.70.4.2m.

1 Frui eſt actus potentiæ imperantis, non autem exequentis, 12æ.q.11.2.c

2 Frui eſt actus appetitiuæ potentiæ, 12æ.q.11.1.c.*2.c

3 *Frui eſt actus uoluntatis, 12æ.q.11.1.3m.*4.c.2m

4 Frui eſt actus uoluntatis, in ordine ad intellectum, 12æ.q.11.1.1m.*4.c.2m

5 Frui eſt actus tantum uoluntatis ſecundum charitatem, in ordine ad potentias & habitus priores 12æ.q.11.1.c

1 Fruitio pertinere uidetur ad amorem uel delectationem, quam aliquis habet de ultimo expectato, quod eſt finis, 12æ.q.11.1.4.c.*q.34.3.c.fi.

2 Nomina trium ordinum prædictorum, ſumuntur ab excellentia prædictorum trium actuum fruitionis, & non ab eis ſimpliciter, 1a.q.108.5m.*6m

3 Eadem fruitione fruemur Deo, fruitione eius, & beatitudine creata, 12æ.q.11.3.3m

4 Fruitio perfecta eſt tantum ultimi finis habiti: imperfecta uero, etiam non habiti. Sed impropria, eſt non ultimi ſimpliciter, 12æ.q.11.3.4.c.q.12.2.3

5 Non oportet quod fruitio ſit ultimi finis ſimpliciter, ſed quod habeatur pro ultimo fine, 12æ.q.11.2.2m

6 *Non eſt fruendum iuſto, niſi in Deo, Peccatori autem brutis, uel inanimatis, nullo modo, 12æ.q.11.3.1m

7 Carentia cognitione, nullo modo fruuntur, bruta fruuntur improprie. Peccator non uere, iuſti imperfecte, beati perfecte, Deus autem perfectiſſima, 12æ.q.11.2.4.c.*q.12.5.2m

8 Hæc fruitio Chriſti perueniebat ad totam animam eius, ſecundum eſſentiam ut eſt ſubiectum rationis ſuperioris tantum, 3a.q.46.8.c

9 *Bruta fruuntur imperfecte, ſed rationalia perfecte, 12æ.q.11.2.c

Frumentum eſt genus ad triticum, & ad alia grana, 3æ.q.74.3.2m.*3m

Fruſtra dicitur, quod eſt ad finem quem non inducit, 1a.q.25.2.2m.*q.98.1.4m.*3a.q.12.5.2m

Fucatio eſt ſpecies fictionis, ad mentiendum pulchritudinem ideo ſemper eſt peccatum, ſed non eſt mortale, niſi fiat ad laſciuiam uel contemptum Dei. Tamen licet occultare turpitudinem cauſatam ex infirmitate, uel ex alia cauſa accidentali, 22æ.q.169.2.2m

Fugere poteſt iuſtus propter tria, ſcilicet ut perſecutor quieſcat ut præceptum à Domino opus perficiat, & ut glorioſiorem coronam acquirat, 22æ.q.64.4.c

1 Da ratione fundamenti eſt eſſe primum, ſuſtentare, & connexio, 22æ.q.4.7.4m

2 Fides eſt fundamentum aliarum uirtutum, quia eſt prior eis & ſubſtentat eas. Fortitudo autem firmat contra aduerſa, humilitas contra proſpera timor contra culpam futuram pœnitentia contra præteritam, 22æ.quæſt.161.5.2m.*3a.q.84.6.2m

1 Furia matrimonium ſequens, illud nullatenus dirimit præcedens uero, quandoque dirimit, Suppl.q.58.3.a

1 *Furtum eſt occulta acceptio rei alienæ, 22æ.q.66.3.c

2 Furtum ſemper eſt peccatum, ratione iniuſtitiæ, & fraudis, uel doli, & eſt mortale, niſi modicum intendatur, 22æ.q.12.3.c.*q.66.5.6.c.*q.118.4.c

3 Furtum eſt ſpecies fraudis. Mendacium & falſum teſtimonium fallaciæ, Turpe lucrum, inquietudinis. Rapacitas, uiolentiæ. Ideo omnia hæc, & inhumanitas, ideſt obduratio, ab Iſidoro dicuntur eſſe filiæ auaritiæ, 22æ.q.118.8.3m

4 Furtum & rapina, opponuntur iuſtitiæ, 22æ.q.64.prin.*q.66 princ.*4.5.c.*q.118.4.c

5 Furtum eſt iniuſtum, quia eſt inuoluntarium per ignorantiam, ſed rapina per uim. Ideo differunt ſpecie, 22æ.q.66.4.c.*9.c.*q.73.1.c.1m

6 Rapina eſt grauior furto dupliciter, primo quia inuoluntarium *eſt ex parte eius cui aliquid ſubtrahitur furto: rapina uero addit uiolentiam quæ uoluntaria eſt, peccatum autem per uim, eſt maius quàm per ignorantiam. Secundo, quia rapina eſt in re, & in perſona: furtum autem eſt tantum in re, 22æ.q.66.9.c.*q.73.3.2m*q.116.2.1m.*q.144.2.4m.

7 Accipiens furtim rem ſuam, iniuſte detentam, peccat contra communem iuſtitiam, uſurpando ſibi iudicium, ſed non tenetur reſtituere, ſed ſatisfacere Deo, & ſedare ſcandalum 22æ.q.66.5.3m

8 Accipiens rem alienam occulte & manifeſte auctoritate iudicis, non eſt furtum uel rapina, quia per ſententiam ſit debitum, 22æ.q.66.5.2m.*3.c

9 Accipiens rem inuentam, animo retinendi, furtum facit, niſi credat haberi pro derelicto, uel nullius eſſe, 22æ.q.66.5.2m

10 Per prohibitionem furti, prohibentur omnia damna in rebus, 22æ.q.110.6.2m

11 Pœna mortis non infligitur in præſenti pro furto, niſi ratione grauis circunſtantiæ, ut ſacrilegio, peculatu, & plagio, 22æ.q.66.6.1m

1 Futurum cognoſcitur dupliciter, ſcilicet in ſe, & in ſuis cauſis. Primum conuenit tantum Deo: ſecundum nobis, ſed magis angelis & dæmonibus. ſed in cauſis neceſſarijs certitudinaliter, in contingentibus, ſæpe, opinatiue tantum; quæ autem raro, nullo modo, 1a.q.14.13.c.*q.57.3.c.*q.64.1.1m.*q.86.4.c.*q.89.3.3m.*12æ.q.111.4.c.*22æ.q.95.1.c.*5.c.*q.171.6.1m.*2m.*3m.*q.172.1.c.*q.174.1.2.1m

2 Futura plus cognoſcuntur à phreniticis, abſtractis à ſenſibus morientibus, dormientibus, & breuis, quam ab oppoſitis, 1a.q.12.11.c.*q.86.4.2m.*3m.*22æ.q.172.1.1m.*2m.*3m.

3 Cognitio futurorum, ex præſentibus & præteritis, proprie rationis eſt, 22æ.q.47.1.c

4 Anima uicina morti, cognoſcit aliqua futura ex reuelatione uel ex impreſſione cauſarum naturalium, non autem propria uirtute, 1a.q.86.4.2m.*22æ.q.172.1.1m

5 Bruta non cognoſcunt futura, ſed ex inſtinctu naturæ ſibi indito ab intellectu diuino, mouentur ad aliquid in futurum, ac ſi futurum præuiderent, 12æ.q.40.3.1m

6 Bruta cognoſcunt futura, non computando præſens ad futurum, ſed ex inſtinctu naturæ, 1a.q.86.4.3m.*12æ.q.41.2.3m

7 Senſus non apprehendit futurum, ſed ex ijs quæ animal apprehendit in præſenti: appetitus eius mouetur naturali inſtinctu in aliquod futurum proſequendum, uel fugiendum, 12æ.q.40.3.3m.*q.41.1.3m

G

1 GAbriel fortitudo Dei nominatur, 1a.q.30.2.4m

2 Quidam dicunt, Gabrielem fuiſſe de ſupremo ordine angelorum, ſed ſatis eſt credibile, quod ſit ſummus in ordine archangelorum. Vnde eccleſia eum archangelum nominat, 3a.q.30.2.4m.*fi.

1 Galilea ut interpretatur transmigratio, ſignificat gentilitatem: ſed ut interpretatur reuelatio, ſignificat patriam cœleſtem, 3æ.q.55.3.c.4m

9 ¶Gaudium nõ eſt virtus, ſed eſt actus charitatis, poſterior dilectione. 22æ.q.28.4.o
6 Gaudiũ & triſtitia de eodem, ſunt contraria, & etiam ſecundum genus, ſed de diuerſis, unum eſt cauſa alterius, & materia, 1ª.q.64.3.1m.*3m.q.84.9.2m
8 ¶Gedeon petens ſignum peccauit tentando Deum ex incredulitate, ſicut & Zacharias, 22æ.q.97.2.3m
- ¶Gemitus & lachrymæ mitigant triſtitiam: quia appetimt extra, & conueniunt diſpoſitioni hominis triſtis, 12æ.q.38.2.o
1 ¶Genealogia magis denominatur à patre, quàm à matre, 3ª.q.28.1.2m.*q.29.1 c.*q.31.2.1m
2 Tota genealogia Chriſti exponitur, & dubia circa eam ſoluũtur, 3ª.q.28.1.2m.*q.31.3.o
1 ¶Generale triplex ſcilicet per prædicationem, ut genus: p cauſam, ut amor, & quod eſt à multis cauſis, ut ira, 12æ.q.46.1 o.*22æ.q.58.6.c
2 Generale & ſpeciale duplex, ſcilicet intẽtione & obiecto, 22æ.q.58.5.3m.*q.59.1.o.*q.79.2.1m.
1 ¶Generatio duplex, ſcilicet mutatio de non eſſe ad eſſe, & origo uiuentis à principio uiuente coniuncto. Prima conuenit omni generabili & corruptibili: ſecunda uero tantum uiuenti, & dicitur natiuitas, 1ª.q.27.2.c
2 Ad generationem naturalẽ, non requiritur aliqua potentia actiua in materia, 3ª.q.32.4.c.3m
3 *In generatione tota uis actiua eſt ex parte maris & paſſio ex parte ſeminæ, 1ª.q.118.2.3m.*3ª.q.32.4.c.*q.67.4.3m.
4 Primum in generatione, eſt ultimum in corruptione, 22æ.q.107.2.c.*q.162.7.3m.*4m
5 Generatio unius non eſt corruptio alterius, niſi per concomitantiam, 12æ.q.113.6.2m
6 Generatio & corruptio, ſunt in inſtanti, 12æ.q.113.7.c
7 Forma eſt finis generationis, in omnibus quæ generantur, non à caſu, q.15.1.c
8 Omne generans producit ſibi ſimile ſecundum formam qua agit, quæ eſt potentia generatiua, 1ª.q.33.2.4m.*q.41.5.c.
9 Ad actum generationis cõcurrunt tria, ſcilicet calor, ſpiritus, & humor, 22æ.q.147.8.1m
10 Generatio uniuoca eſt uerior & perfectior, quàm generatio non uniuoca, 1ª.q.33.2.4m
11 Idem modus generationis eſt omnium eorũ, quæ ſunt eiuſdem ſpeciei, 3ª.q.28.1.4m
12 Quod generatur ſecundo modo generationis, ſcilicet prout generatio eſt origo uiuentis à principio uiuente coniuncto non dicitur genitus, nec filius, niſi procedat ſecundum rationem ſimilitudinis ſpecificæ, ut pili, & uermes, 1ª q.27.2.c
13 Generatũ oportet aſſimilari generanti, in omnibus quæ ad naturam ſpeciei pertinent: non autem in proprietatibus indiuidui, 1ª.q.100.1.c.*q.101.1.1m.*12æ.q.81.2.o
14 Accidentia indiuidualia, pertinentia ad diſpoſitionem naturæ, ut uelocitas corporis, & bonitas ingenij, propagantur in filios per generationem: ſed nullo modo accidentia pure perſonalia, ut grammatica & huiuſmodi, 12æ.q.81.2.c.*22æ.q.168.1.2m
15 Accidentia ſpeciei & indiuidui ſecundum corpus, poſſunt tranſfundi à generante in genitum, non autem accidentia ſecundum animam, 22æ.q.60.6.4m
16 Homo generat ſibi ſimilem ſpecie, non inducendo, nec educendo animam rationalem de potentia materię, ſed diſponendo materiam, 1ª.q.118.2.4m.*12æ.q.4.83.1.3m
17 In ſtatu innocentiæ, fuiſſet generatio per coitum, 1ª.q.98.o.
18 Tunc non fuiſſent generati ęquales in robore, pulchritudine & alijs, ſicut nec etiam nunc, 1ª.q.96.3.c
19 Parentes tunc non fuiſſent cõfirmati in iuſtitia, quãdiu generaſſent, 1ª.q.100.2.c
20 Generatio ſignificat relationem per modum operationis, in diuinis, 1ª.q.22.6.3m
21 Generatio proprie conuenit Deo, 1ª.q.27.2.o.*q.28.4.o
22 Generatio filij Dei à patre, eſt æterna, 1ª q.42.2.o
23 Arrius ponit duodecim modos generatiõis, ſcilicet iuxta fluxum lineæ, à puncto, iuxta emiſſionem radiorum a ſole, iuxta characterem ſeu impreſſione à ſigillo, iuxta immiſſionem bonæ uoluntatis à Deo, iuxta exitum accidentis à ſubſtantia iuxta abſtractionem ſpeciei à materia, iuxta excitationem uoluntatis a cogitatione, iuxta transfigurationem motus à mouente, iuxta eductionem ſpecierum à genere, iuxta ideationem & ſux a naſcentia, in quibus deeſt ęqualitas naturæ, uel durationis, 1ª.q.42.2.2.*1m
24 Proceſſio ſpiritusſancti, non poteſt dici generatio, quia eſt p modum amoris, non autem per modum ſimilitudinis, ſicut uerbum, 1ª.q.27.4.o.*q.30.2.2m.*q.35.5.c
25 Nullus modus proceſſionis in creaturis, perfecte repræſentat diuinam generationem, ſed ex multis oportet colligere ſimilitudinem, 1ª.q.41.3 4m.*q.42.2.1m
26 *Nec beati illam ineffabilem generationem ſciunt, quia nõ comprehendunt naturam Dei, 1ª.q.12 7.o
27 Eſſentia Dei non generatur, nec genita eſt per ſe, nec per accidens, 1ª.q.39.5.2m.*3ª.q.16.5.1m
28 Eſſentia non generat, ſed pater uirtute eſſentiæ, 1ª.q.39.5.o *q.41.5.1m
29 Generatio attribuitur alijs terminis eſſentialibus, ſecundum quod magis connotant actum, 1ª.q.39.5.1m
30 Eſſentia eſt Deus generans, & res generans, ſi res & Deus ſupponant pro perſona, nõ autem ſi ſupponant pro eſſentia, 1ª.q.39 5.5m
31 Hæc propoſitio eſt falſa, Deus non genuit Deum, 1ª.q.39.4.3m.
32 Hæc propoſitio eſt uera, Deus genuit Deum, 1ª.q.39.4.o.*5.1m.
33 Hæc eſt falſa, Deus genuit ſe Deum uel alium Deum, 1ª.q.39 4.4m
34 Hæc eſt uera tripliciter. Deus pater genuit alterum ſe, ſcilicet in ablatiuo, in accuſatiuo ſimpliciter, & perſonaliter, ſed emphatice, 1ª.q.39.4.4m
35 Hæc eſt uera appoſitiue, Deus genuit Deum, qui nõ eſt Deus pater. Et eſt falſa ſuppletiue, ſed affirmatiua eſt econuerſo 1ª.q.39.4.5m
36 Melius dicitur filius Dei ſemper natus, quàm ſemper generari, uel ſemper naſci; licet uti poſſimus omni tempore in generatione eius, 1ª.q.42.2.4m.
¶Generatiua potentia eſt actiua, & eſt in patre perfecte, in matre uero imperfecte, 3ª.q.32.4.2m
¶Genitor uel generans, non eſt ita nomen proprium patris, ſicut pater, 1ª.q 33.1.o.*q.40.2.c
1 ¶Filius Dei dicitur genitus de patre, & ſubſtantia patris: ſed diuerſimode, 1ª.q.41.3.o
2 Filius Dei dicitur genitus & creatus, ad remouendum omnẽ imperfectionem à natiuitate eius, 1ª.q.41.1 4m
1 ¶Genus *reſpectu ſingularium, eſt ut formale: ſed reſpectu ſpeciei, eſt ut materiale, 1ª.q 85.3 4m
2 Genus aliquando accipitur pro ſpecie, eo modo loquendi, quo dicimus humanum genus, totam humanam ſpeciem 12æ q.18.2.c.ſi.
3 Genus prædicatur equaliter de ſpeciebus, ſecundum intentionem, non autem ſemper ſecundum eſſe, 1ª.q.77.4.1m
4 Genus dicitur dupliciter, ſcilicet ꝓprie, prout prædicatur de pluribus ſpeciebus in eo quod quid & improprie, id eſt, omne commune, ſcilicet quod ſui cõmunitate multa ambit & continet, & ſic bonum & malum dicuntur genera contrariorum, 2æ q.18 2.c ſi.
5 Genus duplex, ſcilicet genus nominatum, & genus innominatum, 1ª.q 78.3.3m
6 Genus duplex, ſcilicet genus proximum, & genus remotum. Ibidem.
7 Genus duplex, ſcilicet genus logicum, & genus phyſicum, 1ª.q.66 2.2m.*q.88.2.8m
8 Aliquid eſt in aliquo genere dupliciter ſcilicet in genere entis, ut ens actu, & in genere intelligibilium, ut puta potentia, 1ª.q.87 1.c.2m.*12æ.q.50.4.2m.*5.c
9 Aliquid eſt in aliquo genere dupliciter, ſcilicet per ſe, ut ſpecies: & ea de quibus prędicatur genus: & reductiue, ut principia generis, negationes & priuationes, 1ª.q.3.5.c.*12æ.q.71.6.3m
10 In omni genere in quo eſt aliquid imperfectum, oportet p̄exiſtere aliquid perfectum, 1ª.q.51.1.c.
11 In quolibet genere primum eſt cauſa omniũ quæ ſunt poſt, 3ª.q 56 1.c
12 *In omni re quæ eſt in genere, differt eſſe ab eſſentia, 1ª.q 3.5.c.
13 Impoſſibile eſt aliquid eſſe in genere, quod in nulla eius ſpecie eſt, 1ª.q.7.3.2m.*22æ.q.189.1.5m
14 Hypoſtaſis non eſt in genere uel in ſpecie, niſi per naturam quam habet, 3ª.q.2.3.5m
15 Nihil ponitur primo in genere uel ſpecie, niſi per id quod de eo proprie prædicatur, 3ª.q.3.2.1m
16 In omni genere, quanto aliquid eſt prius, tanto eſt ſimplicius 12æ.q.17.2.c
17 Relatio generis ad ſpeciem & econuerſo, eſt relatio rationis tantum, 1ª.q.28 1.c

18 Alia genera a relatione ſecūdum propriam rationem, ſignificant aliquid alicui inhærens, 1a.q.28.1.2.c
8 ¶Geometria modico ſtudio acquirit ſcientiam concluſionis, nunquam conſideratæ, 12æ.q.65.5.1m
9 Errans circa hoc principium, omne totū eſt maius ſua parte, non poteſt habere ſcientiam geometriæ, 12æ.q.65.1.4m.
¶Germinare * Significanter dicit ſcriptura: germinet terram herbam uirentem, & facientem ſemen, quia ſ. ſunt productæ perfectæ ſpecies plantarum, ex quibus ſemina plantarum oriuntur. Nec refert ubicunque habeant uim ſæminatiuam, utrum ſ. in radice, uel in ſtipite, uel in fructu, 1a.q. 69.2.0*q.72.1m
¶Gigantes ſecundū Ioſephum & Auguſtinum producti ſunt ſemine humano, operante Dæmone incubo uel ſuccubo, ſub certa conſtellatione, 1a.q.51.3.6m.
¶Gilbertus Poretanus reuocat errorem ſuum, de aſſiſtentia relationum in diuinis, 1a.q.28 2.c
1 ¶Gladius flammeus, eſt impedimētum acceſſus paradiſi terreſtris, & ſignificat impedimentum regni cœleſtis, 22æ.q. 164.2.5m.
1 ¶Gloria eſt clara notitia cum laude, ut Ambroſius dicit, 12æ, q.2.3.c*22æ.q.103.1.3m*q.132.1.c
2 Finis debitus appetendi gloriam, uel manifeſtandi aliquod bonum in hac uita, eſt tantum triplex. ſ. gloria Dei, utilitas proximi, & utilitas propria, 22æ.q.132.1.3m
3 Homo poteſt laudabiliter appetere gloriam ſuam ad utilitatem ſui uel aliorum. 22æ.q.132.1.1m.
4 Gloria dicitur vana tripliciter, & eſt peccatum. Primo quando eſt de non ente uel de tranſitorijs, vel de peccato: ſecūdo quando quæritur ab hominib. & non a Deo: tertio qñ non ordinatur ad debitum finem, 22æ.q.132.1.c.
5 Opus uirtuoſum factum propter inanem gloriam ueniale, amittit uim merendi uitam æternam, quia nullius peccando meretur. 22æ.q.132.3.1m.
6 Inanis gloria eſt periculoſa, non propter grauitatem ſui: ſed diſponendo ad grauia, faciendo præſumptuoſum, & nimis de ſe confidentem, & diſponendo paulatim ad priuationem interiorum bonorum, 22æ.q.132.3.3m.
7 Vana gloria uituperatur præcipua circa eleemoſynā, propter defectum charitatis, præferendo uanam gloriam utilitati proximi, dum facit hoc propter illud. 22æ.q.132.5.3m
8 Vana gloria non eſt ſemper peccatum mortale, ſed tantum quando ponitur in ea ultimus finis, vel quando eſt contra Deum, 22æ.q.132.3
9 Vana gloria eſt uitium capitale: cuius filiæ ſunt ſeptem. ſ. inobedientia, iactantia, hypocriſis, contentio, diſcordia, præſumptio nouitatum, & pertinacia, 22æ.q.21.4.0.*q.105.1. 2m*q.132.1.5.0*q.138.2.1m
10 Iſta non cauſat diſcordiam, & contentionem: niſi mediante uana gloria, 22æ.q.132.5.2m.
11 Vana gloria directe contrariatur magnanimitati, ſecundum rei ueritatem, ut deficiens: ſed ſecundum opinionē, ut excedens, 22æ.q.30.prio.*q.132.2.0.
12 Deus quærit gloriam ſuam, non propter ſe, ſed propter nos. 22æ.q.132.1.1m
13 Soli Chriſto conuenit quærere gloriam ſuam, quia Deus eſt: ſed inquātum homo quærit gloriam Dei in ſe: ſicut & alij ſancti, 22æ.q.132.1.1m.
14 Ea quæ ſunt gloriæ, ſ. pfecta Dei fruitio, & huiuſmodi, prius tempore debuerunt eſſe in Chriſto, ſicut in actore gloriæ: quàm in alio, 3a.q.53.3.3m
¶Gloria ſanctorum, eſt ſine ſucceſſione, 12æ.q.67.4.2m.
8 ¶Gradus altaris prohibetur contra idolatriam: quia gentiles in ſacris Priapi oſtendebant populo ſua pudenda, 12æ.q. 102.4.7m fi.
Gratia eſt forma accidentalis. ſ. qualitas, 12æ.q.110.2.0
2 Gratia reducitur ad primam ſpeciem qualitatis: non tamen eſt habitus proprie, ſed habitudo. ſ. ſanitas mentis, 12æ.q. 110.3.3m.
3 Gratia eſt forma quędam, habens eſſe completum in anima: ideo eſt in ea mutabiliter: ſicut anima eſt mutabilis ſecundum liberum arbitrium in uia, 3a.q.63.5.1m.
4 Gratia non eſt forma intrinſeca uirtutum: ſed eſt quaſi principium, à quo uirtutes formaliter oriuntur, 12æ.q.110.3.c. 3m*4.1m*3a.q.62.2.c
5 Gratia pro acceptione amoris, non eſt principium tectæ operationis, niſi mediante uirtute, 12æ.q.110.4.2m
6 *Gratia differt eſſentialiter à qualibet uirtute, 12æ.q.110.3.0. *4.c.*3a.q.7.1.c.*q.62.2.c.*q.89.1.c.
7 Gratia nihil aliud eſt, quàm quædā inchoatio gloriæ in nobis, 22æ.q.24.3.2m
8 Auxilium Dei, ut mouens ad uolendum, dicitur gratia operans: ſed reſpectu actus exterioris, dicitur gratia cooperās, 12æ.q.111.2.c
9 Gratia conſummata, eſt lumen gloriæ, 12æ.q.111.3.2m
10 Gratia eſt natura, id eſt, eſſentia: non tamen eſt naturalis alicui creaturæ, 3a.q.2.12.c.
11 Natura non dicitur gratia gratis data: quia natura includit debitum naturæ, & non debitum meriti: gratia uerò omne debitum excludit, 12æ.q.111.1.2m.4.c
12 Gratia excedit conditionem naturæ creatæ, 12æ.q.112.1.c.* *q.114.2.5.c
13 Gratia proprie eſt donum Dei, excedens ordinem naturæ, & ſine meritis, 12æ.q.112.1.c*q.114.2.5.c
14 Gratia eſt participatio diuinæ naturæ, 12æ.q.110.3.4.c.*.q. 112.1.c*q.113.9.c*q.114.3.c*22æ.q.19.7.c*3a.q.2.10.1m*q. 3.4.3m*q.62.1.2.c.
15 Omnis gratia gratis data, eſt manifeſtatio gratiæ gratum facientis, 12æ.q.112.2.2m
16 Gratia ſumitur tripliciter. ſ. pro dilectione, pro dono gratis dato, & pro recompenſatione eius, 22æ.q.110.1.c
17 Gratia dicitur dupliciter. ſ. donum Dei, & Deus donans, 3a. q.2.10.0.
18 Gratia Dei dicitur dupliciter. ſ. auxilium Dei mouens nos: & habituale donum, 12æ.q.109.1.1m*2.3.6.8.9.10.c.*q.110.1. 2.c*q.111.2.c*q.112.2.c*22æ.q.171.2.3m
19 Gratia duplex. ſ. gratum faciens, & gratis data, 12æ.q.111.1.0 *3a.q.7.7.c.1m*q.62.1.c
20 Plenitudo gratiæ duplex. ſ. ex parte ipſius gratiæ, id eſt, quando aliquis attingit ad ſummum bonum quantum ad eſſentiam & quantum ad uirtutem. quia habet gratiam in maxima excellentia, qua poteſt haberi, & maxima in extenſione ad oēs gratiæ effectus: & talis gratiæ plenitudo, propria eſt homini Chriſto: & ex parte habentis gratiā. ſ. quando aliquis habet gratiam, ſecundum ſuam conditionem, vel intenſionem uſque ad terminum ei præfixum a Deo quo ad omnia quæ pertinent ad ſuum ſtatum, uel officiū: & talis plenitudo gratiæ, communicatur alijs per Chriſtū, 3a.q.7.10.0.
21 Gratiæ gratis datæ, ſufficienter enumerantur, & diſtinguuntur nouem. ſ. ſermo ſapientiæ, ſermo ſcientiæ, fides, gratia ſanitatum, operatio uirtutum, prophetia, diſcretio ſpirituum, genera linguarum, & interpretatio ſermonum, 12æ q.111.4.0
22 Gratia duplex, ſcilicet præueniens, & ſubſequens, 12æ. quæſt. 111.3.0.
23 Dilectio Dei, dicitur præueniens, non autem ſubſequens: quia eſt æterna, ſed gratia Dei eſt temporalis: ideo dicitur utroque modo, 12æ.q.111 3.1m
24 Gratia duplex, ſcilicet operans, & cooperans, 12æ.q.111.2. 0.*.3.c.
25 Gratia operans, & gratia cooperans, ſunt idem ſecundū rē, & differunt ſecundum rationem, & ſecundum effectus: & ſimiliter gratia præueniens & gratia ſubſequēs, 12æ.q.111. 2.c.4m*3.0.
26 Gratia uiæ & gratia patriæ, ſunt una: & eadem numero, 12æ q.111.3.2m.
27 Corpus non eſt immediatum ſubiectum gratiæ: ſed ex anima, redundat in corpus effectus gratiæ nunc, & in patria, 3a.q.93.1.3m.
28 In omni habente gratiam, oportet eſſe rectitudinem uoluntatis, 22æ.q.8.4.c
29 Amplior gratia collata fuiſſet ante peccatum, quàm poſt, 1a q.95.4.c.
30 Gratia eſt maior in uno, quam in alio, ex parte ſubiecti: non autem ex parte obiecti, nec finis, 12æ.q.66.2.1m*q.112.4.0* 22æ.q.5.4.3m.
31 Aliquis incipit a maiori gratia quam ſit in alio, in ſtatu perfectus, 3a.q.89.2.4
32 Bonū gratiæ unius eſt maius bono naturæ totius uniuerſi, 12æ.q.113.9.2m.
33 Gratiæ gratis datæ non ſunt communes omnibus: nec ſunt omnes æquales in eodem, 12æ.q.61.2.1m*q.63.5.1m.
34 Gratia proprie non creatur, nec corrumpitur: ſed ſubiectū ſecundum eam, 12æ.q.110.2.3m
35 Gratia nō fit, nec corrūpit: ſed ſubiectū ſecūdū eā: & dr creari: quia homines ſecundū ipſam creantur. i. conſtituuntur in nouo eſſe ex nihilo, id eſt, non ex meritis, 12æ.q.110.2.3m.
36 Gratia gratū faciēs, amittitur per quodlibet peccatum mortale, 12æ.q.113.2.c*22æ.q.10.4.c*q.24.12.0*3a.q.86.3.c
37 Infuſio gratiæ fit in inſtanti: ſine ſucceſſione, 12æ.q.113.7.0
38 In eodem inſtanti, eſt terminus præparationis ſubiecti, & infuſio gratiæ, 3a.q.89.2.c
9 *Ad habitum gratiæ, requiritur præparatio ſubiecti: q principaliter

cipaliter eſt à Deo mouente liberum arbitrium: ſecundario autem a nobis, 12æ.q.112.2.o.*3.c.2m.*4.c.*q.113.3.c.*7.c*22æ.q.24.10 3m

40 Præparatio perfecta ad gratiam, eſt in inſtanti: non autem imperfecta, 12æ.q.112.2 2m

41 Præparatio perfecta ſimul eſt cum infuſione gratiæ, & meretur gloriam, & non gratiam: non autem imperfecta, 12æ.q.112.2.1m*3ª.q.89.2.c

42 Gratia ex neceſſitate infallibilitatis, & non coactionis, ſequitur præparationem, ſecundum quod eſt à Deo: non autẽ ſecundum quod eſt a nobis. 12æ.q.112.3.o

43 Quãdo homo facit totum, quod poteſt & totum quod in ſe eſt: tunc eſt neceſſitas ad habendam gratiam: nõ quidem neceſſitas coactionis, Deo debitum imponentis: ſed neceſſitas immutabilitatis, qua neceſſe eſt Deum eſſe: & ideo eſſe bonum & ideo effluentem: & ideo diſpoſito accipienti dantem, 12æ.q.112.3.o

44 *Homo in gratia exiſtens, indiget auxilio Dei, mouente ad recte agendum: nõ autem alia gratia habituali, 12æ.quęſt.109.9.o.

45 Nulla creatura poteſt cauſare gratiam: ſed ſolus Deus infundit eam immediatè. 12æ.q.76.2.2m*q.109.7.c*q.112.1.o*3.2m.*3ª.q.62.1.c.3m*3.c*q.64.1.c

46 Homo dat gratiam, non interius influendo: ſed exterius exhortando ad ea quæ ſunt gratiæ. 3ª.q.8.6.2m

47 Deus dat gratiam, dignis tantum: quos per gratiam facit dignos. 12æ.q.114.5.2m

48 Deus aufert gratiam ab eo, qui per negligentiam non utitur gratia ei data. 12æ.q.61.4 c*q.78.1.1m

49 Humanitas Chriſti, miniſtri eccleſiæ, & ſacramẽta, ſunt cauſæ gratiæ inſtrumentaliter tantum, 12æ.q.112.1.2m*2m.*3ª.q 8.1.2m*6.2m*q.62.1.o*5.c*q.64.1.o

50 Omnia ſacramenta nouę legis, cauſant gratiam: non autem ueteris. 12æ.q.100.1.3.c*q.103.2.c.*q.110.12.c.*22æ.q.104 2.3.c*3ª.q.61.4.2m*q.62.1.6.o*q.63.1.3m*q.66.2.c.1m*q.72.5.3m*q.87 2 2m*3.c.

51 *Sacramenta ex ſecunda ſanctificatione. i. ex uſu eorum, habent quod cauſent gratiam: non autem ex prima, 3ª.q.62.4 3m.

52 Gratia eſt in ſacramentis intentionaliter, ut in ſigno, & cauſa inſtrumentali: non autem ut in ſubiecto. 1ª.q.43.6.4m*3ª.q 62 3.o*q.72.3.3m

53 Signum ſacramentale in pœnitentia, non cauſat gratiam, ſicut in alijs ſacramentis, quia non datur ab exteriori, ideo non repreſentat agens extrinſecum, ſicut in alijs. 12æ.quęſ. 103.2.c.

54 Virtus cauſandi gratiam, eſt in ſacramentis intẽtionaliter, ut in ſubiecto. 3ª.q.62.4.o*q.63.3.c.*q.65.3.c.*.q.73.1.2m*3m*q.78.4.o

55 Hæc uirtus eſt in multis, tanquam in uno ſubiecto. ſ. in materia & forma, 3ª.q.61.4.4m*q.82.1.1m

56 Hæc uirtus non eſt in prædicamento per ſe, ſed reducitur ad genus qualitatis, 3ª.q.62.4.2m*q.63.2.c.

57 Gratia ſacramentalis eſt ſpecies gratiæ communiter ſumptæ, ideo non dicitur æquiuoce. 3ª.q.62.2.3m.

58 Gratia ſacramentalis addit ſupra gratiam communiter dictam, & ſupra uirtutes, & dona, quoddam auxilium Dei, ad habendum ſacramenti finem ſicut uirtutes, & dona, ſupra gratiam adducunt perfectiones potentiarum. 3ª.q.62.2.o.*q.72.7.2m

59 Gratia quam ſacramentum directe continet, differt a gratia, quæ eſt in uirtutibus, & donis, licet etiam hanc per quandam continuationem contineat. 3ª.q.72.7.3m.

60 Gratia ſacramentalis eſt ad duo, ſcilicet ad tollendum peccata, & ad perficiendum animum ad cultum, diuinum, ſecũdum religionem Chriſtianæ uitæ, 3ª.q.62.5.c* q.63.1.6.c.*q.65.1.c.

61 Gratia uirtutum & donorum, ſufficienter perficit eſſentiã, & potentias animæ, quo ad generalem ordinationẽ actuũ ſed gratia ſacramẽtalis, quo ad aliquos ſpeciales defectus, 3ª.q.62.2.1m.

62 Gratia ſacramentalis, excludit peccata præterita, ſed uirtutes & dona ſufficienter excludunt peccata præſentia, & futura, 3ª.q.62.2.2m

63 Gratia & uirtutes ſanant animam formaliter, ſed ſacramenta effectiue, 12æ.q.110.2.1m

64 Gratia gratum faciens, inquantum animam ſanat, iuſtificat & gratã Deo facit, dicitur gratia operãs, ſed reſpectu operis meritorij, dicitur gratia cooperans, 12æ.q.111.2.c.*3ª.q.86.4.2m

65 A gratia gratum faciente fluunt uirtutes, & dona, ad perficiendum potentias animę. 1ª.q.1.8.2m.* q.2.2.1m*12æ.q.110.3.c*4.1m*3ª.q.7.2.c.*q.62.2.c.*q 89.1.c.

66 Gratiæ gratis datę, ordinantur ad manifeſtationem fidei, & doctrinæ ſpiritualis, 3ª.q.7.7.c.1m

67 Gratia gratum faciens, ordinat hominẽ immediate ad coniunctionem ultimi finis ideo eſt multo excellentior quàm gratis data, quia ordinat ad quædam præparatoria ultimi finis, 12æ.q.111.5.o

68 Sicut gratia gratum faciens, ordinatur ad actus meritorios interiores, ſic gratia gratis data ad exteriores, 3ª.q.7.7.1m.

69 Gratiæ gratis datæ, dantur ad utilitatem aliorum, ſed gratia gratum faciens datur ad utilitatem propriam, 12æ.q.111.1.4.c*22æ.q.176.2.1m*q.177.1.c.3m.*4m

70 Effectus gratiæ quintuplex, ſ. ſanitas animę, uelle bonum, efficaciter operari, perſeuerantia in bono, & peruentio ad gloriam, 12æ.q.111.3.c.

71 Gratia non tollit naturam, ſed perficit & ſupplet defectum naturæ, 1ª.q.1.8.2m*q.2.2.1m*22æ.q.188.8.c.fi.

72 Gratia duo principaliter facit in anima, primo perficit formaliter ad eſſe ſpirituale, ſecundo perficit ad opus, 12æ.q.111.2.c.fi.

73 Omne donum gratiæ, eleuat hominem ad aliquid ſupra naturam humanam quo ad ſubſtantiam actus, ut miracula facere, & præuidere futura: uel quo ad modum, ut diligere, & cognoſcere Deum. ad ſecundos, datur donum gratiæ habituale, non autem ad primos, 22æ. quæſtio.171.2.3m.

74 Quod ſemel gratia facit perpetuo manet. 3ª.q.88.1.4m

75 Non omnia beneficia Dei, dicuntur gratię gratis datæ: ſed tãtum quæ ſunt ſupra facultatem naturæ ſupra meritũ perſonæ, nõ pro ſe, ſed pro alijs, 12æ.q.111.1.c.2m*4.1m.*22æ q.172.4.c.*q.177.1.o.*q.178.1.c

76 Gratia eleuat hominem ad uitam: quæ eſt ſupra conditionem omnis creaturæ, 12æ.q.110.1.c

77 Gratia uitæ, eſt æqualis gratiæ gloriæ in uirtute: non autem in actu, 12æ.q.114 3.3m

78 *Minima gratia poteſt reſiſtere cuilibet concupiſcentiæ, & mereri uitam æternam. 3ª.q.62.6.3m.*q.70.4.c.

79 Quilibet exiſtens in gratia, ea hoc dignus eſt uita æterna, 1ª quæſt.24.3.c.*.12æ.quæſt.113.2.2m*9.c.*.q.114.3.o.*.3ª.q.62.6.3m.

80 Ultimus effectus poſitiuus gratiæ, eſt peruenire ad gloriam, 3ª.q.62.6.3m*q.70.4.c*q.72.7.1m

81 Gratia gratum faciens, ad hoc principaliter datur: ut anima hominis, Deo per charitatem coniungatur: ideo quicquid poteſt eſſe ſine uno poteſt eſſe ſine alio, 22æ.q.172.4.c.

82 Effectus gratiæ operantis, eſt prior quàm effectus gratiæ cooperantis, 3ª.q.86.4.2m

83 Gratia eſt ſimilitudo Dei, operans in uirtute miſericordiæ Dei infinitæ, 3ª.q.2.10.1m*q.3.4.3m.

84 Per gratiam gratum facientem, tota trinitas inhabitat mentem, 1ª.q.43.3.o*4.2m*5.c

85 Gratia non immobilitat in bono, ne quis poſſit peccare, niſi ſit perfecta. ſ. coniungens fini. 1ª. q.62.3.2m.*.12æ.quæſt.106.2.2m.

86 Gratia non infunditur in habentibus uſum liberi arbitrij, ſine actuali motu liberi arbitrij in Deum, & in peccatum. 1ª.q.87.2.c.

87 Gratia nunquam amittitur ſine culpa, & illud quod ex gratia Dei conceditur, nunquam abſque culpa reuocatur, 3ª.q.50.2.c.

88 Gratia eſt quodammodo infinita: cum ſufficiat ad merendum præmium infinitum. & per quam ſatisfactio proportionatur culpæ infinitę, inquantum eſt offenſa Dei, 12æ.q.114.3.3m.

89 Primus effectus gratiæ gratum facientis, eſt remiſſio peccatorum, 3ª.q.73.7.1m

90 Nulla culpa poteſt remitti ſine gratia, 3ª.q.62.6.3m*q.70.4 c.*q.86.3.c.*q.87.4.o*q.89.1.c

91 Minima gratia baptiſmalis, ſufficit ad delendum omnia peccata, 3ª.q.62.6.3.*q.69.8.1m*q.70.4.c.

92 Remiſſio culpæ & pœnæ æternæ, eſt effectus gratiæ operãtis ſed remiſſio pœnæ temporalis, eſt effectus gratiæ cooperãtis, 3ª.q.86.4.2m*6.1m*88.1.4m

93 Ad remiſſionem uenialium, nõ requiritur noua infuſio gratiæ, 3ª.q.65.1.8m*q.87.2.o.*3.c*4.2m.

94 Sed requiritur ad remiſſionem mortalium, 3ª.q.87.2.3m.

95 In omni infuſione gratiæ, remittuntur uenialia, quo ad culpam, niſi ſit impedimentum: nõ autem ſemper quo ad pœnam. 3ª q.87.2.3.o

96 Homo exiſtens in gratia, poteſt uitare omnia & ſingula peccata mortalia, & ſingula uenialia, non autem omnia, 12æ q.74.3.2m*q.109.8.o*22æ.q.158.2.3m*3ª.q.87.1.1m.

97 Homo

97 Homo indiget auxilio Dei, ad cognitionem cuiuſcunq; ueri: non autem gratia habituali, ſed tantum ad cognitionẽ ſupernaturalem, 12æ.q.109.1.c.*2.3m
98 Homo poteſt ſcire ſe habere gratiam per reuelationem, & coniecturaliter per aliqua ſigna: nõ autem per ſeipſum & certitudinaliter, 12æ.q.112.5.c
99 Expedit quandoque præſentiam Dei in nobis per gratiam ignorare propter tria, ſ. ut timor diuini iudicij nos humiliet, ne præſumpta ſecuritas nos præcipitet: & ut uigilanter & deſideranter gratiam Dei expetamus, 12æ.q.112.5.c.
100 Homo poteſt bene & male facere ſine gratia habituali, non autem mereri: neutrum uero poteſt ſine auxilio Dei, 1a.q.62.4.c.* 12æ.q.109.2.5.c.*6.c.*q.114.2.c.*22æ.q.10.4.c.*q.83.15.1m
101 *Homo ſine auxilio Dei gratuito, non poteſt ſe ad gratiã præparare, 1a.q.62.2.c.*12æ.q.109.6.c
102 Homo poteſt ſe præparare ad gratiam, ſine alia gratia habituali, non autem ſine auxilio Dei, 1a.q.62.2.3m.*12æ.q.109.6.c
103 Homo poſt peccatum non magis indiget gratia Dei, quàm ante: ſed ad plura, ſcilicet ad ſanandum, & merendum, 1a.q.95.4.1m.*12æ.q.108.2.c.*q.109.2.3.4.c.*3a.q.61.2.1m.
104 *Homo in ſtatu naturæ integræ, poterat ſine gratia habituali uitare omnia & ſingula peccata mortalia & uenialia non autem ſine auxilio Dei, 12æ.q.109.8.c
105 Homo in gratia exiſtens, poteſt perſeuerare ſine alia gratia habituali, non autẽ ſine auxilio Dei, 12æ.q.109.9.10.c.*q.114.2.c.*22æ.q.137.4.c
*Homo exiſtens ſine gratia, & in peccato mortali, non poteſt diu perſiſtere, quin ruat in aliud peccatũ mortale, 12æ q.109.8.c
106 *Homo ſine gratia, poteſt uitare ſingula peccata mortalia: non autem omnia, 12æ.q.63.2.2m.*q.109.8.c
107 *Quædam ſunt peccata mortalia, quæ homo ſine gratia nullo modo uitare poteſt, ſcilicet quæ directe opponuntur uirtutibus theologicis, 12æ.q.63.2.2m
108 Homo non poteſt reſurgere à peccato ſine auxilio Dei, & gratia habituali, 12æ.q.109.7.c.*q.113.2.c.*q.114.2.c*22æ q.137.1.3m.*3a.q.86.3.c
109 Homo in gratia exiſtens, indiget auxilio Dei mouente ad recte agendum non autem alia gratia habituali, 12æ.q.109.9.c
1 ¶Gratiarum actio reſpicit gratiam dantis: ideo ubi eſt maior gratia danti, ibi debet eſſe maior gratiarum actio recipientis, 22æ.q.106.2.c
2 Gratiarum actio non debetur tantum danti, ſed etiam promittenti, 22æ.q.88.5.2m.*6.c
3 Gratificatio, ideſt, gratiarum actio, facta Deo, eſt actus religionis, 22æ.q.106.1.1m
1 ¶Gratitudo ſeu gratia, eſt uirtus ſpecialis, reddens gratiam benefactori, 22æ.q.60.3.c.*22æ.q.106.1 c*q.107.1.c
2 Gratitudo, ingratitudo, datio beneficij, clementia, & miſericordia, non ſunt proprie ad ſeipſum, 22æ.q.106.3.1m
3 Ad gratitudinem tria requiruntur primo quod homo recognoſcat beneficium acceptum: ſecũdo quod laudet, & gratias agat: tertio quod retribuat loco & tempore ſecundum ſuam facultatem, 22æ.q.107.2.c
4 Vitium duplex opponitur gratitudini, ſcilicet per exceſſum, ut recompenſando quibus non debet, uel citius quàm debet: & per defectum, ſcilicet ingratitudo, quæ magis opponitur ei, 22æ.q.107.2.c
1 *¶Graue uel leue, habent in ſe principiũ actiuum, & formale ſui motus, 12æ.q.36.2.c
2 Mouẽs per ſe grauia & leuia, eſt generans: ſed per accidens, eſt remouens impedimentum, 1a.q.18.1.2m.*q.105.2.c.*12æ.q.25.1 2m
3 Locus eſt cauſa finalis motus grauium: ſed grauitas eſt unde principium motus, 12æ.q.36.2.c
4 Grauitas per prius inclinat deorſum, quàm retrahat de loco ſurſum: ſed utrumque conuenit per ſe graui, 12æ.q.36.2.c
1 ¶Gregorius propter triſtitiam, intermiſit expoſitionem Ezechielis, 12æ.q.37.1.3m
1 ¶Gryphus equis & hominibus infeſtus, ſignificat crudelitatem potentum, 12æ.q.102.6.1m.ro.1
1 ¶Gubernare eſt reim ad debitum finem conuenienter perducere, 1a.q.103.1.c.*12æ.q.102.2.c
2 Gubernatio eſt executio prouidentiæ, 1a.q.22.1.2m.*q.3.c.*23.2.c
3 Angelorum miniſterio Deus gubernat homines, 1a.q.110.1.c.

1 ¶Gula eſt inordinatus appetitus cibi & potus: ideo ſemper eſt peccatum, 22æ.q.148.1.3.4.c
2 Gula eſt uitium capitale cuius filiæ ſunt quinque, ſcilicet inepta lætitia, ſcurrilitas, immunditia, ſtultiloquium, & hebetudo mentis, 22æ.q.148.5.6.c
3 Gula eſt peccatum mortale: tantũ ſi in hoc ponatur ultimus finis, ſcilicet quod animus ſit paratus agere contra legem Dei, 22æ.q.148.2.9.*q.154.2.6m
4 Exceſſus cibi ſcienter contingens ex concupiſcentia, pertinet ad uitium gulæ non autem ſi cõtingat ex ignorantia, 22æ.q.148.1.2m
5 Comedens ſcienter nociua, uel nimis, in graue nocumentum corporis ex gula, peccat mortaliter, 22æ.q.141.6.2m.*.q.154.2.6m.
6 Peccatũ gulę, eſt contra tertium præceptum decalogi, 22æ.q.148.2.1m
7 Species gulæ ſunt quinq;, contentæ in hoc uerſu: Præ, ꝓpere, laute nimis ardenter, ſtudioſe, 12æ.q.72.9.c.3m* 22æ.q.148.4.c
8 Gula eſt leuius peccatum alijs, ratione materiæ & peccantis, propter neceſſitatem, & difficultatẽ: ſed grauatur ex effectibus, 22æ.q.148.3.c
9 Gula aufert omnes uirtutes, non ratione ſui ſed ratione uitiorum quæ oriuntur ex ea, 22æ.q.148.2.4m
10 Hebetudo circa ſpeculabilia, maxime procedit ex gula: ſed hebetudo circa eligibilia, eſt in omni peccato, 22æ.q.148.6.1m.
11 De guſtu ſano & corrupto, in iudicando corporaliter, & ſpiritualiter, 12æ.q.1.7.c.*q.2.1.1m
12 Vltima in multis guttis cauantibus lapidem, agit in uirtute omnium præcedentium, 22æ.q.24.6.2m

H

1 HAbere licet nõ ſit actio ſignificatur tamen per modum actionis. 12æ.q.49.1.c
2 Habere dicimur id quo libere uti, uel frui poſſumus cum uolumus. ideo perſonæ uel eſſentia Dei, habeatur à ſola creatura rationali: cum uidelicet ſit per donum Dei particeps diuini uerbi & procedẽtis amoris ut poſſit libere Deũ uere cognoſcere, & recte amare, quod et ſi dono habeatur à ſolo Deo: ſic tamen habetur ut ſit illius, cui donatur: & ideo poſſit eo uti cum uelit, 1a.q.38.1.c.*q.43.3.c
3 Habere ſecundum quod dicitur reſpectu cuiuſcunque quod habetur: commune eſt ad diuerſa genera, 12æ.q.49.1.c.
1 ¶Habilitas eſt medium, inter potentiam uel ſubiectum: & actus ſeu formam, 1a.q 48.4.1m
1 ¶Habitus proprie eſt forma permanens, uel eſt qualitas, informans aliquam potentiam: uel principium eliciens actũ 12æ.q.40.1.c.*22æ.q.171.2.c.ſi.
2 Habitus eſt qualitas, de difficili mobilis: qua homo poteſt uti cum uoluerit, reddens operationem delectabilem, 12æ.q.49.2.3m
3 Mobile de facili uel difficili, non ſunt differentiæ eſſentiales habitus & diſpoſitionis, ſed ponuntur pro eis, 12æ.q.49.2.3m.
4 Habitus eſt, ſecundum quem ad aliquid nos habemus bene uel male, 1a.q.83.2.c.*12æ.q.49.1.c.*2.c.1m
5 *Idem habitus non ſe habet quandoque ad bonum, & quandoque ad malum: ſed bene eadem potẽtia, 12æ.q.2 .4.3m *q.54.3.c
6 Habitus non eſt diſpoſitio obiecti ad potentiam: ſed econuerſo, 12æ.q.51.4.1m
7 De ratione habitus, non eſt reſpectus ad potentiam, ſed ad naturam, 12æ.q.49.2.c.1m.*3.2m
8 De ratione habitus eſt, quod importat habitudinem ad naturam primo & per ſe: ſecundum quod conuenit: uel diſcõuenit, 12æ q.49.1.c.1m.*3.c
9 *Habitus diſtinguuntur ſpecie ſecundum tria, ſcilicet ſecũdum principia actiua eorum, ſecundum naturam, & ſecũdum obiecta ſpecie differentia, 12æ.q.54.2.c.*3.c.*q.60.1.c.*q.63.4.c
10 Habitus diſtinguũtur ſpecie, in ordine ad naturã dupliciter uel ſecundum conuenientiam, & diſconuenientiam, ut habitus bonus & malus. uel ſecundum cõuenientiã ad naturam humanam, & ſuperiorem, ut uirtus diuina, uel heroica, & humana, 12æ.q.54.3 c
11 Conſuetum eſt apud auctores: ut habitus per actus diffiniãt, ponentes actus pro habitibus, 12æ.q.70.1.3m.*22æ.q.58.1.c.1m.
12 Diuerſi fines proximi diuerſificant ſpecies habitus: licet unus finis ordinetur ad alium finem, 22æ.q.47.11.3m

13 Habitus ſecundum quod eſt prædicamentum: importat habitudinem indumenti ad indutum, 12æ.q.49.1.c
14 Habitus ſecundum quod eſt poſt prædicamentum, eſt ſecundum quod homo, uel quæcunque alia res, dicitur aliquid habere: ſed habitus prædicamentum, dicitur tanquam actio quædam habentis & habiti: ſicut eſt in illis quæ circa nos habemus, 12æ.q.49.1.c.2m
15 Habitus religionis eſt obſeruantia regularis, pertinens ad tria principalia uota, ut ſignum obligationis, 22æ.q.186.7.2m.° q.188.1.2m
16 Habitus ſumitur quadruplicitet, ſcilicet pro poſt prædicamento, pro prædicamento, pro prima ſpecie qualitatis, & pro habitu religionis, 12æ.q.49.1.o.°22æ.q.187.7.2m.°q.188.1.2m.
17 Habitus qualitas dicitur dupliciter, ſcilicet diſpoſitio potentiæ ad actum, & diſpoſitio ad naturam, 12æ.q.49.3.4.c.°q.50.1.c.1m.°2.c.4m.°3.1m.°q.51.1.c.°q.54.1.2.c.°q.62.1.c
18 Aliquid dicitur habitus dupliciter, ſcilicet eſſentialiter, idest, id quo quis agit, & contentum habitu: ſecundo modo qui eſt in habitu & non in actu, ſimilis eſt dormienti: non autem primo modo, 12æ.q.94.1.c.
19 Habitus duplex, ſcilicet naturalis, & infuſus à Deo, 12æ.q.51.1.4.0
20 Habitus homini infunduntur à Deo, duplici ratione, ſcilicet ad finem ſupernaturalem, ſicut omnes uirtutes gratuitæ: uel ad oſtendendam uirtutem Dei, ut ſanitas & ſcientia miraculoſe, 12æ.q.51.4.0
21 Habitus ſunt neceſſarij ad tria, ſcilicet ad firmitatem, promptitudinem, & delectationem in opere, 12æ.q.47.3.0.°q.50.2.3m.ſi.
22 Quantitas habitus attenditur dupliciter, ſcilicet reſpectu obiecti, & ſubiecti, 21æ.q.5.4.c.
23 Habitus proprie, non eſt in Deo, 12æ.q.49.4.c
24 Potentia pure actiua, non eſt ſubiectum alicuius habitus, 12æ.q.54.1.c
25 Habitus cuius ſubiectum eſt potentia, non importat ordinem ad naturam, ſed ad operationem: ideo poſterior eſt quàm potentia: ſed prior eſt ea, ſicut completum incompleto, & actus potentia, 12æ.q.50.2.5m.
26 °Habitus omnes qui ſunt in eadem potentia, ſunt eiuſdem generis: licet differant ſpecie propter differentiam obiectorum formalium, 12æ.q.54.1.cm
27 °Ex actibus habitus infuſi non generatur aliquis habitus acquiſitus ſed præexiſtens augetur ſeu confirmatur, 12æ.queſt.51.4.3m
28 Habitus intellectuales, ſunt principaliter in intellectu poſſibili, ſecundario autem in ſenſibus interioribus, 12æ.q.50.4.0.°q.51.1.c.°q.53.1.c.°q.56.5.0.°7.2.c
29 °Nullus habitus operatiuus conſtituitur ex multis: quia eſt qualitas ſimplex relata ad multa ſecundum unum, 12æ.q.53.2.1m.°q.54.4.0.
30 Habitus quilibet habens ſubiectum corruptibile, & cauſam habentem contrarium, corrumpitur per ſe à ſuo contrario: & per accidens ad corruptionem ſubiecti, ut habitus corporales, 12æ.q.53.1.3.c
31 Si loquamur de aliqua ſuperiori natura cuius homo poteſt eſſe particeps: ſic nihil prohibet, in anima ſecundum ſuam eſſentiam, eſſe aliquem habitum, ſcilicet gratiam, 12æ.q.50.2.c
32 Habitus poteſt habere ordinem ad actum, idest, ad operationem, & ſecundum rationem habitus, & ſecundum rationem ſubiecti: ſed omnis habitus qui eſt alicuius potentiæ ut ſubiecti, primo & principaliter ordinatur ad actum: quia natura & ratio potentiæ eſt quod ſit principium ſui actus alij uero conſequenter ordinantur, 12æ.q.49.5.0.°4.c
33 In eodem corpore ſunt multi habitus, ſecundum diuerſos modos partium: quia ſecundum humores, eſt ſanitas. ſecundum partes ſimiles, eſt fortitudo uel macies. ſecundum membra uero eſt pulchritudo, 12æ.q.54.1.c
34 °In membris corporis & in potentiis naturalibus, ſicut non ſunt aliqui habitus operatiui, ita etiam nec in potentijs ſenſitiuis, 12æ.q.50.3.3m
35 In ipſis etiam interioribus uiribus animæ ſenſitiuis apprehenſiuis, poſſunt poni aliqui habitus: ſecundum quos homo ſit bene memoratiuus, uel cogitatiuus, uel imaginatiuus, 12æ.q.50.3.3m
36 Habitus ex eadem cauſa augentur, ex qua generantur: quia generatio habitus eſt quoddam fundamentum augmenti eius, 12æ.q.53.2.c
37 Diminutio conuenit habitui, non ſecundum ſe, ſed ſecundum diuerſum modum participandi, ex indeterminatione potentiæ ipſius participantis, 12æ.q.53.2.1m
38 Habitus aliquando est ligatus, quando poteſt exire in actum: ſicut uſus & iudicium rationis per iram, & ſcientiis per ebrietatem, 12æ.q.48.5.0.°4.c°q.94.1.4m.
39 Habens habitum uirtutis uel uitij, poteſt non uti eo, & exire in uſum contrarium, 1a.q.62.3.2m.°.12æ.q.52.3.c.°q.63.2.2m.°q.71.4.0°q.78 2.c.3m.°q.101.8.c ſi.
40 Nobiles habitus effectiui infuſi poſſunt latere ſuos poſſeſſores: non autem cognoſcitiui, 12æ.q.112.5.1m
41 Habitus principiorum eſt naturalis, & datur in creatione quo ad lumen, ſed acquiritur per ſenſum quo ad determinationem ſpecierum, 12æ.q.50.1.c.°q.51.1.2m.°q.62.3.c.1m.°q.65.1.c
42 Habitus primorum principiorum, ſunt nobis naturales, 12æ.q.91.2.c.2m°.3.0.°.22æ.q.5.4.3m.°q.8.1.1m,°q.47.6.c.°13.c.°q.49.2.1m.°3a.q.9.1.c.ſi.
43 °Non eſt alius habitus principiorum & concluſionum quæ ex eis eliciuntur: & præcipue circa ſingularia, 12æ q.57.2.2m
44 Habitus naturales, ſcilicet primorum principiorum ſpeculatiuorum uel practicorum, non poſſunt amitti, nec corrumpi, 12æ.q.53.1.c
45 Habitus per diſcurſum cauſati in intellectu, poſſunt corrumpi per accidens, ſcilicet ratione ſenſuum: & per ſe, ſcilicet à contrario diſcurſu, uel contraria propoſitione, 1a.q.89.5.c.°12æ.q.53.1.0
46 Habitus diminuitur per eaſdem cauſas, per quas corrumpitur: quia diminutio eſt uia ad corruptionem, 12æ.q.53.2.0.
47 Habitus ſcientiæ, & uirtutis diminuuntur & corrumpuntur per ſolam ceſſationem actus, non quidem per ſe, ſed per accidens, 12æ.q.53.3.0
48 Habitus non cognoſcitur, niſi per actus: & hoc dupliciter, ſcilicet inquantum habetur, & per eſſentiam, 1a.q.87.2.0.°12æ.q.49.2.0.°22æ.q.4.1.c
49 Habitus eſt cauſa cognoſcendi, quaſi æquiuoca, non autem quaſi uniuoca, nec ut cognitus, ſed ut quo aliquid cognoſcitur: ideo non oportet, quod ſit notior alijs, 1a.q.87.2.1.°q.88.3.2m
50 Habitus qui eſt principium operationis, eſt poſterior potentia: ſed habitus qui eſt diſpoſitiuo ad naturam, eſt prior potentia, 12æ.q.20.2.5m
1 ¶Hebetudo ſenſus opponitur acuitati eius: & eſt debilitas mentis in conſideratione ſpiritualium: & eſt peccatum, inquantum eſt uoluntaria, 22æ q.81.6.1m.°q.15.2.0
2 Exiſtens in gratia, non poteſt pati hebetudinem ſenſus in ijs, quæ ſunt de neceſſitate ſalutis, ſed in alijs, 22æ.q.8.4.2m
1 Helias non eſt raptus in cœlum empyreum, ſed aereum: & uiuit cum Enoch in paradiſo terreſtri uſque ad Antichriſtum, 1a.q.102.2.5m.°3a.q.49.5.2m
2 Helias propter iuſtitiam quæ redundabat in Deum, fecit ignem deſcendere ſuper eos qui ueniebant ad ipſum capiendum, 22æ.q.108.1.4m
3 °Deus per Heliam ueritatem reſpondit nuncijs regis, qui mittebantur ad conſulendum Deum Acharon, 12æ.queſt.174.·4m
1 Heliſeus maledixit pueros zelo Dei, non autem liuore uindictæ: ſicut etiam Helias occidit centum uiros, 22æ.quæſt.108.1.4
1 ¶Hæreſis non computatur inter uitia capitalia, nec inter filias eorum, ſed extra numerum peccatorum, & reducitur lumen ad ſuperbiam, 22æ.q.10.1.3m
2 De ratione hæreſis ſunt duo, ſcilicet electio priuata diſciplinæ & pertinacia, 22æ.q.11.2.3m
3 Hæreſis principaliter eſt circa articulos fidei: ſecundario autem circa ea quæ ſequuntur ex eis: 22æ.q.11.2.0
4 Hæreſis principaliter conſiſtit in corde, ſecundario in ore, ſicut & fides, 21æ.q.11.2.c
5 Hæreſis, & ſecta, ſunt idem: & ſunt opera carnis, non ratione ſui actus, uel finis proximi: ſed ratione cauſæ, ſcilicet rationeappetitus indebiti finis, uel phantaſticæ illuſionis, 22æ.q.11.1.3m
6 Hæreſis naſcitur ex ſuperbia, uel ex concupiſcentia commodi temporalis, 12æ.q.11.1.2m.°3m
7 Corruptio rectæ æſtimationis circa fidem, uel bonos mores in uniuerſali, facit hæreſim: non autem in particulari, propter paſſionem, 22æ.q.162.4.1m
8 Opinari contrarie de pertinentibus principaliter ad fidem inducit hæreſim: non autem de alijs, niſi conſideretur, uel determinetur, quod pertineat ad fidem, 1a.q.32.4.0.°22æ.q.11.2.3m
9 Exponens ſacram ſcripturam, in contrarium ei quod per ſpiritum ſanctum eſt reuelatum: eſt hæreticus, 1a.q.1.10.c.ſi.°22æ.q.11.2.2m
10 Quicunque reſiſtit auctoritati Romanæ eccleſiæ: hæreſim incurrit, 22æ.q.11.2.3m

11 Ex uerbis inordinate prolatis, incurritur hæreſis, ſecundum Hieronymum, 1ª. q. 31. 2. c. * 22æ. q. 11. 2. 2m. * 3ª. q. 16. 8. c.
12 Hæreſis eſt neceſſaria & utilis eccleſiæ per accidens tantum, ſcilicet ratione probationis, & ratione exercitij, 22æ. q. 11. 3. 2m
13 Hæretici poſſunt ordinare, non autem dare executionē, 22æ q. 39. 3. c. * 3ª. q. 64. 9. 2m.
14 Hæretici non poſſunt abſoluere, quia non habent iuriſdictionem, nec dant gratiam, 22æ. q. 39. 3. c
15 Si aliqui poſt abiurationem erroris, deprehenſi fuerint in abiuratam hæreſim recidiſſe: ſeculari iudicio ſunt relinquendi ſecundum decretalem, ſuper eo. de hær. in vi. 22æ. q. 11. 3. c. * 4. b. 1m. * q. 31. 2. 3m
16 Alij autem infideles qui nunquam fidē acceperunt, conuerſi ad fidem nondum oſtendunt aliquod ſignum inconſtantiæ circa fidem, ſicut hæretici relapſi: & io non eſt ſimilis recipiendi ratio de utriſque, 22æ. q. 11. 4. 3m
17 Simplices neſcientes articulos fidei, non condemnantur pro hæreticis: ſed quia pertinaciter defendunt contraria articulorum, 22æ. q. 2. 6. 2m *, m
18 Hæretici non debent tolerari, niſi primo uelint reſipiſcere, 22æ. q. 11. 3. c
19 Firmi in fide, poſſunt corpore conuerſari cum hæreticis, ut eos conuertant: non tamen in diuinis, 22æ. quæſ. 10. 9. c. fi.
20 Hæretici poſſunt iuſte occidi, in iudicio ſeculari, & rebus ſuis priuari: etiam ſi alios nō corrumpant, magis quam rei crimine læſæ maieſtatis, uel quàm cudentes falſam monetā, 22æ. q. 10. 8. c. * q. 11. 3. c
21 Hæretici relapſi, recipiuntur ſemper ad pœnitentiam non autem ad dignitates. 22æ. q. 11. 4. c.
22 Eccleſia poſt primam, uel ſecundam correctionem, tradit hæreticos iudicio ſeculari: unde in iudicio Dei, ſemper recipiuntur redeuntes: quia Deus ſcrutator eſt cordium, & uere redeuntes cognoſcit: ſed hoc eccleſia imitari nō poteſt præſumit autem eos non uere reuerti, qui cū recepti fuiſſent, iterum ſunt relapſi: & ideo eis uiam ſalutis non denegat, ſed à periculo mortis eos non tuetur, 22æ. q. 11. 3æ. * 4. c. 1m
23 Hæreſis per ſe opponitur fidei, ſchiſma uero uirtuti charitatis: ideo non ſunt idem, ſed ſecundum diſponit ad primū & omnis hæreticus eſt ſchiſmaticus: non autem econuerſo, 22æ. q. 39. 1. 3m
24 Hæreſis Sabellij, quod Deus pater eſt filius natus de uirgine: & quod eſt ſpiritus ſanctus, ſecūdum quod creaturam rationalem ſanctificat, reprobatur, 1ª. q. 27. 1. c. * q. 28. 1. 3. b. * q. 31. 2. c
25 Eccleſia contra Sabelliū confitetur cōmunicabilitatem, numerum, ordinem, conſortium, & diſtinctionem & negat ſingularitatem, unicum, confuſum, & ſolitudinem, 1ª. q. 31. 2. c
26 Hæreſis Arrij, quod filius Dei eſt minor patre ſecundum diuinitatem, & quod eſt creaturas, 1ª. q. 27. 1. c. * q. 31. 2. c. * q. 32. 1. 1m. * q. 34. 1. 1m. * q. 41. 2. c. * q. 42. 1. c. 2m * q. 65. 1. c. * 3ª. q. 10. 2. 1m. * q. 12. 2. 3m. * q. 16. 8. 9. c. * q. 20. 1. 1m.
27 Eccleſia contra Arrium confitetur unitatem, ſimplicitatem ſimilitudinem, & æqualitatem: & negat diuerſitatē, differentiam, ſeparationem, diuiſionem, alienitatem, diſcrepantionē, & diſparitatem, 1ª. q. 31. 2. c
28 Hæreſis Arrij & originis, quod perſonæ diuinæ differunt eſſentialiter, 1ª. q. 32. 1. 1m. * q. 34. 1. 2m
29 Hæreſis origenis quod uerbum Dei non eſt Deus eſſentialiter, ſed participatiue, 1ª. q. 34. . 1m
30 Quod anima Chriſti cū alijs ſpiritualibus creaturis fuit creata ante corpora, & uerbo aſſumpta, & in fine unita corpori, 1ª. q. 90. 4. c. * q. 118. 3. c. * 3ª. q. 6. 3. c
31 Quod animæ ſunt unitæ diuerſis corporibus propter diuerſa peccata. 1ª. q. 23. 5. c. * q. 47. 2. c. 3m * q. 65. 2. c * q. 75. 7. c. * q. 90. 4. c. * q. 11. 3. c. * 22æ. 164. 1. 4m.
32 Quod beatitudo terminabitur, 1ª. q. 64. 2. c. * 12æ. q. 5. 4. c.
33 Quod pœna dæmonum & aliorum damnatorum terminabitur, 1ª. q. 64. 2. c
34 Hæreſis Manichei, quod principia ſunt duo; unum bonorum, & ſpirituum tantum, ſcilicet Deus: alterum malorum, & corporalium, ſcilicet diabolus, 1ª. q. 8. 3. c. * q. 65. 1. c
35 Quod Deus eſt corpus, & lux infinita: & quod Chriſtus eſt iſte ſol uiſibilis, 1ª. q. 90. 1. c
36 Quod diabolus naturaliter eſt malus, 1ª. q. 63. 5. c. principio.
37 Quod quædam animæ ſunt ex ſubſtantia Dei, 1ª. q. 90. 1. b. * c
38 Quod caro hominis, non eſt bona, nec eſt à Deo, ſed eſt à diabolo, 22æ. q. 25. 5. c
39 * Hæreſis eius, eſt grauior ſecundo genus, quàm Idolatria, 22æ. q. 10. 6. c. * q. 94. 3. 4m.
40 Hæreſis eius, & Montani, & Priſcillæ, quod promiſſo ſpiritus ſancti non fuit completa in apoſtolis, ſed in eis: ideo negāt actus apoſtolorum. 12æ. q. 106. 4. 2m
41 Hæreſis Pelagi quod omnia præcepta Dei, ſeruari poſſunt ſine gratia, 12æ. q. 100. 10. 3m. * q. 109. 4. b
42 Quod principium bene operandi eſt ex nobis: ſed conſummatio eſt ex Deo, 1ª. q. 23. 5. c. * 22æ. q. 6. 1. c
43 Quod pueri non contrahunt peccatum originale, ſed baptizantur propter regnum Dei, 12æ. q. 81. 1. c
44 Quod matrimoniū æquatur uirginitati, 22æ. q. 152. 4. c. * q. 186. 4. c. fi.
45 Quod Maria non eſt mater Dei, 3ª. q. 35. 4. c.
46 Hæreſis Eutycetis, quod in Chriſto eſt tantum una natura cōpoſita ex natura diuina & humana, 3ª. q. 2. 6. c. * q. 18. 1. c
47 Quod corpora reſurgentium & Chriſti nō erunt palpabilia ſed erunt ut uentus, 3ª. q. 54. 3. c
48 Hæreſis Hebionis, quod Chriſtus conceptus eſt ſemine uiri, 3ª. q. 28. 1. c
49 Hæreſis Hebionis, Cherinti, Fotini, & Pauli Samoſateni quod Chriſtus non fuit ante matrem, ſed purus homo meruit deitatem, 3ª. q. 2. 11. c. * q. 16. 1. c. * q. 28. 1. c. * q. 34. 1. 1m. * q. 35. 4. c. * q. 66. 9. 3m
50 Hæreſis Iuliani, & Gaiani, quod corpus Chriſti non fuit corruptum, ideſt mortuum, 3ª. q. 50. 5. c.
51 Hæreſis Heluidij, quod mater Chriſti non manſit uirgo poſt partum, 3ª. q. 28. 3. c. 1m
52 Hæreſis Eunomij, quod filius Dei eſt omnino diſſimilis patri, 1ª. q. 42. 1. 2m
53 Hæreſis Nazareorum quod fides Chriſti, ſine operibus legis, non ſufficit ad ſalutem, 3ª. q. 14. 4. c. fi.
54 Hæreſis abbatis Ioachim, quod eſſentia generat eſſentiam: ſicut Deus generat Deum, 1ª. q. 39. 5. c
55 Hæreſis Simonis magi, quod gratia ſpiritus ſancti eſt uenialis: & quod mundus eſt factus à quadam ſuperna uirtute, non autem à Deo, 22æ. q. 100. 1. 1m
56 Sanctos non orare, nec poſſe nos iuuare, eſt hæreticum, & eſt hæreſis uigilantij. 22æ. q. 83. 11. c.
57 Hæreſis Montani quod prophetæ non habebant lumen iudicandi, ſed erant arreptitij, 22æ. q. 173. 3. c. 4m
58 Hæreſis Vigilantij impugnantis uoluntariam paupertatem, & quatuor modos eius? ut ſcilicet de pretio poſſeſſionum uenditarum, omnes communiter uiuant: ut de poſſeſſionibus communibus uiuant: ut de labore manuum uiuant: ut de ijs quæ ab alijs inferuntur, communiter uiuant, 22æ q. 186. 3. 6m. * 4. c. fi.
59 Hæreſis Nouatianorum, quod peccās poſt baptiſmum, non poteſt reſurgere ad gratiam per pœnitentiam, 22æ. q. 10. 2. 3m. * 3ª. q. 84. 10. c
60 Hæreſis Cathafrigarum qui non baptizent in nomine trium perſonarum: ſed in commemoratione mortis Chriſti, quē dicunt eſſe purum hominem, & non Deum. & ſpiritum ſanctum dicūnt eſſe Montanum, 3ª. q. 66. 8. c. * 9. 3m.
61 Deum non eſſe auctorem omnium bonorum, eſt hæreticū, 1ª. q. 65. 1. c
62 In Deo eſſe compoſitionem, uel accidens, uel aliquid præter Deum eſſe æternum: eſt hæreticum, 1ª. q. 61. 2. c
63 * Angelo, uel aliquid aliud, præter Deū fuiſſe ab æterno: eſt hæreticum, 1ª. q. 61. 2. c
64 Quod angeli creant aliquid: eſt hæreticum, 1ª. q. 90. 3. c. * 12æ q. 3. 7. 2m
65 Opinio ponens angelos non habere cognitionem ſingularium: eſt hæretica, & ſacræ ſcripturæ contraria, 1ª. q. 57. 2. c.
66 Prima opinio Neſtorij & Dioſcori, quam recitat magiſter in tertio ſentēntiarū, diſtinctione ſexta, ſcilicet quod in Chriſto ſunt duæ hypoſtaſes, ſeu duo ſuppoſita: eſt hæretica, 3ª q. 2. 3. 6. c. * q. 4. 3. c
67 Beatam Mariam, non eſſe matrem Dei: eſt hæreticum, 3ª. q. 35. 4. c
68 Hæreſis negantium prouidentiam Dei, de ijs inferioribus: & aliæ duæ, ſcilicet quod Deus non creauit iſta corporalia: & quod primæ creaturæ creauerint, alias 3ª. q. 8. 3. c.
69 Aliquid eſſe falſum in ſacra ſcriptura: eſt hæreticum, 12æ. q. 110. 3. 1m
70 Non eſſe peccatum illud quod eſt contra præceptum Dei

eſt hæreticum, 3ª.q.64.9.1m
71 Fornicationem non eſſe peccatum: eſt hæreticum, 12æ.q.103 4 3m 6.° 22æ.q 162.4.1m
72 Epiſcopum non differre a ſacerdote: eſt hæreticum, 22æ.q. 184.6.1m
1 ¶Herodes peccauit, ſeruando iuramentum puellæ ſaltanti, 22æ q.89.7.2m.
1 ¶Herodius ſignificat veloces pedes ad effundendum ſanguinem, 12æ.q.102.6.1m°eo.3.
1 Heroicum non differt a uirtute communi: niſi ſecundũ modum perfectiorem, 3ª q.7.2.2m.
2 Virtutes heroicæ, ſunt dona ſpiritusſancti, 12æ.q.68.1.1m°22æ q.159 2.1m
1 ¶Hierarchia eſt diuinus ordo ſecundum ſcientiam & actionem, in aſſimilatione Dei, 1ª.q.108.1.0.
2 Hierarchia eſt ordo, deſt relatio, inter diuerſos gradus: non autem ut dicit unum gradum, 1ª.q.108 2.1m.
3 In diuinis perſonis, non eſt hierarchia, nec principatus, nec ordo, nec actio hierarchia. 1ª.q.108.1.c
4 Actio hierarchia triplex, ſ. illuminatio purgatorio, & perfectio, 1ª.q.108.1.e ſi.
5 Omnes homines ſunt unius hierarchiæ, quia ſunt eiuſdem ſpeciei, 1ª.q.108.1.3m
¶Hoc aliquid ſumitur dupliciter, ſ. pro ſubſiſtenti, & pro cõpleto. Primum repugnat accidenti: ſecundum uero parti, 1ª.q 75.2.1m.
1 ¶Homicidium ſemper eſt peccatum: quia addit inordinationem actus ſupra ocerſionem hominis, 12æ.quæſt. 100. 8.3m.
2 Homicidium tenet ſecundum locum in pœnis, & inter peccata in proximum, 12æ.q.100.6.c.ſi.°22æ.q.13.3.1m°q.73 3.e°q.154.3.0.
3 Si aliquis credit ſe poſſe facere homicidium, & uelit facere, & poſtea adimatur ei poteſtas: nihilominus uoluntas homicidij in eo manere poteſt, ut uelit feciſſe, uel uelit facere ſi poſſet, 1ª q.64.2.3m°12æ.q.20.5.0

HOMO habet quod ſit homo, ex parte intellectiua, 1ª.q.85. 3.4m°,.3°22æ.q.155 1.3m°3ª.q.19.2.e
2 Homo interior eſt pars intellectiua: ſed hõ exterior, eſt pars ſenſitiua cum corpore, 1ª.q.75.4.1m°22æ.q.25.7.c.
3 Homo ſortitur ſpeciem ex hoc, quod habet intellectum. 12æ q.31.7.c°q.110.4.3m°4m°22æ.q 179.1.2m.
4 A ratione homo habet quod ſit homo Et homo eſt quod habet rationem in natura ſenſitiua, 12æ.q.31.7.c°q.110.4.3m °4m°22æ.q.155.1.2m°q.179.1.2m
5 Aliquid conuenit homini inquantum homo dupliciter. Primo quia natura hominis eſt cauſa eius. Secundo quia eſt receptiua eius, 3ª.q 24.2.2m.
6 Anima, caro & os, ſunt de ratione hominis: ſed hæc ſunt de ratione huius hominis, 1ª.q 3.3.c°q.29.2.3m°q.33.2.e°q. 44.3.2m°q.75.4.c°q.85.1.2m°q.119.1.c.
7 Homo ſignificat habens humanitatem, & ſuppoſitum determinatum in natura ſpeciei: non autem in ſingularitate, 1ª.q.12.4.c°3.q.4 3.c°2m
8 Homo non excludit ea quæ ſunt in natura hominis: ſed humanitas excludit quicquid non eſt de eſſentia eius, 12æ q.51.1.1m°q.110.4.4m
9 Homo duplex. ſ. homo uerus: & homo phantaſticus. 3ª.q.5.2 0°q.36.4.3m°q.40.2.3m°q.41.3.c°q.43.3.0
10 Homo eſt naturaliter politicus, id eſt ſocialis. 1ª.q.96.4.e°12æ q 9.4.e.°22æ.q.109.3.1m°q.114.2.1m.°q.129.6.1m.°3ª.q. 65.1.c.
11 Homo habet ſtaturam rectam: quadruplici ratione. ſ. ut cognoſcere poſſet cœleſtia: ut inferiores uires liberius ſuas operationes habeant, & quia utilitas manuum aliter ceſſaret: & cibum ore caperet, 1ª.q.91.3 3m
12 Homo abundat in calore cordis: ut in ſtaturæ rectæ, 1ª.q 91 3.3m.
13 Vnus homo numero dicitur dupliciter. ſ. unitate naturæ, & unitate perſonæ, 3ª.q. .6.1m°7.2m
14 Homo aſſimilatur Deo, ſecundum triplicem ſimilitudinẽ. ſ. quæ fundatur ſuper proportionem: ſuper communẽ qualitatem & ſuper receptionẽ, 1ª.q.3.1.2m.°.q.4.3.0°q.91.4. 1m°2m°q.93.0°22æ.q.64.1.0
15 Homo dicitur minor mundus, quia eſt compoſitus ex omni creatura totius mundi. 1ª. q.91.1.c.°.q.96.2.c.°. 12æ.q.17. 8.2m.
16 Homo habet ſuperius & inferius: ſicut in toto mundo Plantæ uero, in oppoſitum. Sed bruta medio modo. 1ª.q.91 3.3m.
17 Homo præeſt & dominatur naturaliter beſtijs & pecoribus, & uniuerſæ creaturæ quæ non eſt ad imaginem Dei, 1ª. q.96.3 c°22æ.q 64 1.0°3ª.q.36.7.1m
18 Hominem lapſum oportuit reparari, & non angelum, 1ª.q. 64.2.0°22æ q.80 4 3m°3ª.q.4 1.c.3m°q.6.2.2m°q.46.1.4m °q.36.1.e
19 Homo debuit ultimo fieri: quia eſt perfectiſſimum omniũ animalium. 1ª.quæſt.3.1.2m.°.q 4.3.0.°.q.91.4.1m.°2m.° q.93 0
20 Homo dicitur rationalis, quia intelligit cum diſcurſu: angelus uero dicitur intellectualis, quia ſine diſcurſu intelligit 1ª.q.58.3 c.°12æ.q.5. 1.1m.
21 Illud hominis, quo cæteris animalibus anteponitur, non eſt aliquid corporale, uel corporalis forma: ſed eſt intellectus ratiu autem in homine, habet locum dominantis, & non locum ſubiecti dominio. 1ª.q.96.1.2.e
22 Idem iudicium eſt de homine ſequente operationes ſenſitiuas, & de alijs animalibus, 12æ.q.10.3.e°22æ.q.64 2 3m
23 Senſus inferiores, magis urgent in homine: quàm in cæteris animalibus, 1ª.q.91.3.1m.
24 Homo habet peiorem auditum, olfactũ, & uiſum quàm aliqua bruta: ſed habet tactum optimum. 1ª.q.76.5.c.°.q.91. 3.1m.
25 Quilibet homo dupliciter conſiderari poteſt, ſcilicet ut ſingularis perſona: & ut pars uel membrum alicuius communitatis, & utroque modo conuenit ei aliquis actus, ſcilicet primo ſecundum quod eſt quædam perſona ſingularis, & ſic ad eum pertinet ille actus quem proprio arbitrio, & per ſeipſum facit. Alio modo ſecundum quod eſt pars alicuius collegij: & ſic poteſt ad eũ pertinere aliquis actus, quẽ nec per ſeipſum, nec proprio arbitrio facit, ſed qui ſit uel a toto collegio, uel a pluribus de collegio, uel a principe collegij: ſicut id quod princeps ciuitatis facit, dicitur ciuitas facere. Huiuſmodi. n. collegium reputatur quaſi unus homo: ita quod diuerſi homines, in diuerſis officiis conſtituti, ſunt quaſi diuerſa membra unius corporis naturalis, ut Apoſtolus inducit de memb. ii eccleſiæ, 12æ.q.1.°.0°q. 3.8. 2m°22æ.q.39.2.2m
26 °Sicut bonum multitudinis eſt maius quàm bonum unius hominis, qui eſt de multitudine: ita etiam bonum multitudinis ad quod ille unus ordinatur, eſt minus, quàm bonũ extrinſecum, ad quod multitudo ordinatur: ſicut bonum ordinis exercitus eſt minus, quàm bonum ducis, 12æ.q.1.8 0.°q.3.8.2m.°22æ.q 39.2.2m
27 Homo conſideratur a theologo, ſecundum animam: nõ autem ſecundum corpus, niſi reſpectu animæ: nec ſpecialiter conſideratur de illa, niſi de potentiis apprehenſiuis, & appetitiuis, 1ª.q.75.78 84.principio.
28 Non omnis actio hominis, dicitur humana: ſed tãtum actio eius uoluntaria & deliberata, 1ª.q.76.1.c.° 12æ.q.1.1.0.°3. c.°.q.4.5.c.°.q.10.1.e.°. q.18.5.9.e.°.quæſt.74.3. 3m.°.3ª. q.19.2.0.
29 °Iſta propoſitio eſt prius uera, Homo eſt ens: quàm iſta, Homo eſt rationalis: quia omnium perfectiones pertinẽt ad perfectionem eſſendi, 1ª.q.4.2.e.
1 ¶Honeſtas eſt radicaliter in interiori electione: ſed figuratiue, eſt in exteriori conuerſatione, 22æ.q.145.1.3m
1 ¶Honeſtum idem eſt quod ſpiritualis decor, & pulchritudo. 22æ.q.145.2.0°4.c.
2 Honeſtum idem eſt quod honore dignum, & eſt idem quod uirtus.22æ.q.145.2 0°2.e.3m°3.e
3 Nomen honeſti transfertur ad proſperitatem exteriorũ diuitiarum: quia ſecundum uulgum, faciunt hominem honore dignum, 22æ q.145.1.2.°3m°4m
4 Omne bonum honeſtum, ex his duobus procedit, ſ. ex rectitudine rationis, & ex rectitudine uoluntatis. 12æ.q.39.2.c.
5 Regula rationis eſt radix bòni honeſti. 22æ.q.19.2. 1m
6 Omne honeſtum eſt utile, & delectabile, & non econuerſo. Et omne utile, eſt delectabile, & non econuerſo, 22æ.quæſ. 14?.3.0.
7 Nihil repugnans honeſto, eſt ſimpliciter & uere utile: ſed ſecundum quid. 22æ. q.125.3.3m
8 Honeſtum appetitur propter ſe, appetitu rationali: delectabile autem appetitu ſenſitiuo. 22æ.q 145.3.3.1m.

1 HONOR eſt cuiuslibet uirtutis præmium, 22æ.quæſt.129 4.c.1m.
2 Honor eſt teſtimonium excellentiæ, quæ eſt in homine: ſed maxime ſecundum uirtutem, 12æ.quæſt.2.2.e.°.22æ.quæſ. 25.1.2m.°.quæſt.63.3.c.°.quæſt.103 1.2.c.°.q.131.1.c.2m. °.q.142 4.c.°q.144.3.c.2m.°q.145.1.c.3m.°2. 2m.°3ª.quæſt. 25.1.e.
3 Honor non eſt ſufficiens præmium uirtutis, ſed ut poſſibile

bile homini, 12æ.q.1.2.1m.°22æ.q.102.1.3m.°q.103.1.2m °q.131.1.2m

4 °Honor eſt maximum bonum, inter bona exteriora, 12æ.q.2.2.1m.°22æ.quæſt.103.1.2m.°.quæſt.129.1.c.°.quæſt.131.1.1m.

5 Honor quo ad Deũ, poteſt eſſe in ſolo corde: ſed quo ad hominem, eſt in ſignis exterioribu, 22æ.q.103.1.o

6 Honor laudabiliter contemnitur, nihil male agendo propter ipſum, & bene appetitur, nihil male agendo contra ipſum 22æ.q.129.1.3m.°q.131.1.o

7 Appetere honorem, eſt peccatũ tripliciter, ſcilicet ſi ſit ſupra ſuam proportionem, uel ſi non referatur ad Deum, uel ſi non ad utilitatem, ſed propter ſe, 22æ.q.131.1.c

8 Omne beneficium impenſum proximo, pertinet ad quartũ præceptum, ſcilicet de honore parentum, 12æ.q.100.11.c.fi.°22æ.q.32.5.4m.q.33.2.2m

9 Quicquid pertinet ad redditionem debiti cuiuſcunque, intelligitur mandari quarto præcepto, ſcilicet de honore parentum, 22æ.q.122.5.2m

10 Longæuitas uitæ promittitur honorantibus parentes: priuatio autem uitæ inhonorantibus, 22æ.q.32.5.4m°q.122.5.4m

11 Honor reſpicit proprium bonum honorati, ideo diuerſificat ſpecie ſecundum diuerſa bona ſingulorum, non autem amor, quia reſpicit bonum in communi, 22æ.q.25.1.2m

12 Honor eſt propter ſe, & in ſe: ſed laus ordinatur ad aliud: ideo honor eſt excellentior laude, 22æ.q.103.1.3m

13 Honor eſt in omni ſigno exteriori, & eſt reſpectu finis: ſed laus eſt tantum in uerbis, & eſt reſpectu eorum quæ ſunt ad finem, 22æ.q.103.1.3m

14 Gloria non eſt honor, ſed eſt effectus honoris, & laudis, 22æ.q.103.1.3m.°q.132.2.c.°4.2m.°q.145.2.2m

15 Reuerentia non eſt honor, ſed eſt motiuum honorantis, & eſt finis honoris, inquantum, ſcilicet aliquis ad hoc honoratur, ut in reuerentia habeatur ab aliis, 22æ.q.103.1.1m

16 Honor uituperio, ſeu exprobationi opponitur. 22æ.q.142.4.c.°q.144.2.c.2m.°3.c

17 Honor debetur alicui ratione excellẽtiæ, & honor diuerſus, ſecundum diuerſitatem excellentiæ, 22æ.q.81.4.o.°q.94.2.c.°3a.q.25.1.c

18 Honor proprie debetur ſoli uirtuti: excellentiæ autem bonorum exteriorum, debetur ſecundum æſtimationem vulgi, 22æ.q.63.3.c.°q.131.2.3m.°q.144.2.c.2m.°q.145.1.2m.°4°3.2m.°q.156.7.4m

19 Virtus honoratur, inquantum eſt appetibilis propter ſe: ſed laudatur, inquantum eſt appetibilis, propter aliud, 22æ.q.145.1.2m

20 Eorũ quæ honorantur præter uirtutem, aliqua ſunt ſupra eam, ſcilicet Deus, & beatitudo aliqua infra eam: inquantum adiuuãt ad opera uirtutum, ut nobilitas, potentia, & diuitiæ, 22æ.q.145.1.2m

21 Secundum ueritatem, ſolus bonus eſt honorãdus: bonus autem eſt aliquis ſecundum uirtutem, 22æ.q.145.1.2m

22 Honor debetur ſoli ſubſiſtenti rei: ſed ratio, & cauſa honoris, poteſt eſſe aliquid eius non ſubſiſtens, ſcilicet pars uel accidens, 22æ.q.103.4.1m.°3a.q.25.1.o.°2.c

23 Maior honor debetur iuſtitiæ, & fortitudini, propter excellẽtiam maioris boni: temperantiæ uero propter cohibitionem turpiorum, 22æ.q.145.4.3m

24 Honor debetur alicui dupliciter, ſcilicet uel ratione ſui, uel ratione alterius. Primum conuenit tantum agenti per electionem, ſcilicet perſonæ: ſecundum uero conuenit omni quod eſt aliquid eius, ſcilicet parti, & naturæ, & accidenti 22æ.q.103.4.3m.°3a.q.25.1.o.°2.c

25 Aliqui honorantur quadrupliciter, id eſt uel propter uirtutem propriam, ut uirtuoſi: uel propter uirtutem alterius, ſcilicet Dei ſeu communitatis, ut ſuperiores, uel propter ſignum uirtutis, ut ſenes, uel propter participationem diuinæ bonitatis, ut dñi & parentes, 22æ.q.63.3.o.°q.145.1.2m

26 Honor debetur ſuperioribus, ratione excellentiæ: cultus autem conſiſtens in obſequio obedientiæ & beneficij, debetur ratione gubernationis, 22æ.q.102.2.o

27 Honor & cultus debetur omnibus prælatis ſuis, ex debito legali, aliis autem in dignitate conſtitutis, ex debito morali, 22æ.q.102.2.2m.

28 Malis prælatis debetur honor inquãtum gerunt uices Dei, uel communitatis, 22æ.q.63.3.o.°q.103.1.2m

29 Conſtitutis in dignitate, debetur honor, ratione excellentiæ, timor autem, ratione poteſtatis, obedientia uero & tributum ratione gubernationis, 22æ.q.102.2.2m

30 Honor debetur parentibus, inquãtum huiuſmodi, ſubſidiũ uero & alia, debentur eis ratione indigentiæ, quæ tamen omnia intelliguntur in quarto præcepto, ſcilicet de honore parentum, 22æ.q.101.2.o.°q.106.3.c.°q.122.5.3m.°q.189.6.c.1m

31 Diuites non ſunt honorandi, ſolo intuitu diuitiarum, ſed ratione maioris loci in communitate, 22æ.q.63.3.ſi.

32 Dæmones ſunt pro inimicis habendi, magis quàm honorandi 22æ.q.103.2.2m.

33 Creaturæ irrationali, ſecundum ſe, non debetur ab homine aliqua ſubiectio uel honor, ſed eſt homini naturaliter ſubiecta, 22æ.q.103.4.3m.°3a.q.25.3.3m°4.1.c

1 ¶Hoſtium eccleſiæ conuenit ſoli Chriſto: quia importat auctoritatem principalem, 3a.q.8.6.3m

1 Humidum radicale, eſt totum illud, in quo fundatur uirtus ſpeciei quod perditum, non poteſt reſtaurari. Nutrimentale autem eſt, quod nondum habet perfectã naturam ſpeciei, ſed eſt in uia: ut ſanguis & huiuſmodi, 1a.q.119.1.3m.

1 ¶Humilitas eſt uirtus qua refrenatus animus, ne immoderate tendat ad alta, 22æ.q.161.2.c.°q.161.1.o.°2.4.c

2 Humilitas præcipue uidetur importare ſubiectionem hominis ad Deum, 22æ.q.161.2.3m.°q.162.1.c

3 Ariſtoteles non tractauit de humilitate, quia humilitas eſt principaliter reſpectu Dei, Ariſtoteles autem conſiderauit de uirtutibus, reſpectu uitæ ciuilis, 22æ.q.161.1.5m

4 Ad humilitatem pertinet conſiderare proprios defectus, ne ſe extollat: non autem contemnere dona Dei in ſe, ſed ad ingratitudinem: ex quo ſequitur accidia, 22æ.q.35.1.3m.°q.161.3.c.

5 Gradus humilitatis ſunt duodecim, ſecũdum beatum Benedictum, ſcilicet corde & opere ſemper humilitatem oſtendere, defixis in terrã aſpectibus ut pauca uerba & rationabilia loquatur aliquis. non clamoſa uoce, ut non ſit facilis aut promptus in riſum: taciturnitas uſque ad interrogationem: tenere quod habet cõmunis monaſterij regula, credere & pronunciare ſe omnibus viliorem, ad omnia indignum & inutilem ſe confiteri & credere: confeſſio peccatorum: pro obedientia in duris & aſperis patientiam amplecti: ut cum obedientia ſe ſubdat maiori: ut uoluntatem propriam non delectetur implere: ut Deum timeat, & memor ſit omnium quæ præcepit, 22æ.q.161.6.o.°q.162.4.4m.

6 Sed Secundum Anſelmum ſunt ſeptem, ſcilicet contemptibilem ſe eſſe cognoſcere, de hoc dolere, hoc confiteri, hoc perſuadere, ſcilicet ut hoc uelit credi, ut patiẽter ſuſtineat hoc dici, ut patiatur contemptibiliter ſe tractari, ut hoc amet, 22æ.q.161.6.ar.3.c.

7 Secundum gloſam uero ſunt tres gradus, ſcilicet ſubdere ſe maiori & non præferre ſe æquali qui eſt ſufficiens: ſubdere ſe æquali, nec præferre ſe minori, & hic dicitur abundans: & ſubeſſe minori, in quo eſt omnis iuſtitia, 22æ.q.161.6.ar.4.c

8 Humilitas triplex ſcilicet pœnoſa ab extrinſeco: ſtulta ex ignorantia propriæ dignitatis. & uirtus ex cognitione ſui 22æ.q.161.1.1m

9 Virtus humilitatis, eſt principaliter circa interiorem motum quæ autem eſt ſecundum ſigna exteriora per fictionem, eſt magna ſuperbia, 22æ.q.161.1.2m°2.4m.°3.3m

10 Tendere in magna ſupra ſe, ex confidentia propriarum uirium contrariatur humilitati, non autem ſi ex confidentia Dei, 1a.prolo.22æ.quæſt.129.3.4m.°.quæſt.161.2.2m.°.6.1m.

11 Humilitas eſt eſſentialiter in appetitu. ſ. ſubiectiue: ſed cognitio proprij defectus eſt regula eius. 22æ.q.161.2.o.°6.c°q.162.3.2m

12 Humilitas eſt in iraſcibili ſubiectiue. 22æ.q.161.4.2m

13 Humilis nihil audit mirabilius, quàm ſuam excellentiam. 3a.q.3n.4.1m

14 Vere humilis, reputat ſe deteriorem aliis, non quidem quo ad actum exteriorem, ſed timens ne per ſuperbiam grauius peccet in iis, quæ bene agere uidetur, 22æ.quæſt.161.6.1m.

15 Quilibet per humilitatem debet ſecundum illud quod ſuũ eſt, ſe ſubijcere cuilibet proximo, ſecundum illud quod Dei eſt in eo. 22æ.q.161.3.o.°6.1m

16 Humilitas conuenit omni homini, etiam Chriſto ſecundũ humanitatem, non autem ſecundum diuinitatem. 22æ.q.161.1.4m

17 Chriſtus humiliauit ſe quadrupliciter. ſ. ad paſſionẽ & mortem ad ſepulchrum & infernum: ad confuſionem & opprobria, & ſub hominibus: ideo quadrupliciter meruit exaltari ſ. per reſurrectionẽ, aſcenſionem, ſeſſionem ad dexteram patris cum manifeſtatione diuinitatis eius, et per iudiciariam poteſtatem. 3a.q.49.6.c.°q.53.1.c.°.q.54.2.c.°q.59.3.o.°.6.c.

18 Humilitas poſt uirtutes theologales, & intellectuales,& poſt iuſtitiam, præcipue legalem, eſt potior cæteris, 22æ.quæſt. 161.5.0.
19 Superabundantia magis opponitur humilitati, quàm defectus: quia magis reprimit ſpem, uel fiduciam, quàm utatur: ſed fortitudo econuerſo reſpectu audaciæ.22æ.quæſt. 161.3.3m
20 Humilitas & magnanimitas conueniunt in materia, & differunt in modo,22æ.q.161.4.3m*q.162.1.3m.
21 Humilitas refrenat præſumptionem,ex reuerentia Dei, ſed magnanimitas firmat animum contra deſperationem,ex adeptione proprij boni,22æ.quæſt.161.2.3m.*.quæſt.162. 1.3m.
22 Humilitas reprimens ad infima, & magnanimitas impellẽs animum ad magna,non opponuntur, quia utrunque fit recta ratione,22æ.q.129.3.4m*q.161.1.c.3m*2.3m
23 Magnanimus reputat ſe dignum magnis, ex dono Dei,& cõtemnit alios inquantum deficiunt humilis autem econuerſo,22æ.q.129.3.4m
24 Humilitas reprimit ſpem.i.ſpiritũ ad alta tendentem. 22æ. q.161.4.c
Hyrcus ſignificat Chriſtum,propter ſimilitudinẽ carnis peccati Agnus propter innocentiam Aries propter principiũ, 12æ.q.102 3.2m
H.uel Litera longa in Græco,1a.q.38.1.c

I

1 IACOB emens primogenita, non peccauit,quia erant ſua: ſed Eſau uendens ea,peccauit per ſimoniam. 22æ. quæſt. 110.4.3m.
2 Iacob nõ eſt mentitus, dicẽs ſe eſſe Eſau.qꝫ myſtice dixit ſe eſſe Eſau primogenitum Iſaac: quia primogenita illius de iure ei debebantur: uel propter myſterium: quia uidelicet minor populus,ſcilicet gentilium,ſubſtituendus erat in locum primogeniti,ſcilicet in locum Iudæorum,22æ.quæſt. 110.3.3m.
3 *Iacob non uidit Deum per eſſentiam.1a.q.12.11.1m*22æ.q. 180.5.1m
4 Iacob uouit habere dominum in Deum,inquantum uoluntariè uouit: uel uouit ſecundum ſpecialem modum: uel dicitur uotum large.i.recognitio obligationis, & non cauſa eius.22æ.q.88.2.1m
5 Iacob uouit dare decimas,non quidem miniſtris,ſed ad cultum Dei,ut in ſacrificijs,22æ.q.87.1.3m
6 Iacob poſt contemplationem,claudicauit uno pede,quia neceſſe eſt quod debilitato amore ſeculi,conualeſcat aliquis ad amorem Dei ſecundum Gregorium,22æ. quæſt. 180. 7.4m.
7 Iacob accedens ad ancillas uxorum ſuarum, non peccauit quia erant uxores,22æ.q.154.2.3m.
1 Iacobus ex inſtinctu,uel reuelatione Dei,fecit per Dæmones adduci ad ſe Hermogenem.22æ.q.90.1.c*2.c.fi.
1 Iactantia eſt,per quam quis ſe extollit, ſupra id quod in ſe eſt: ſecundario autem, ſupra id quod de eo alij opinantur, 22æ.q.110.2.c* q.112.1.c.
2 Iactantia quoad actum exteriorem,eſt ſpecies mendacij,ſed quoad arrogantiam interiorem,eſt ſpecies ſuperbiæ.22æ. q.132.5.1m*q.162.4.2m.
3 Iactantia eſt peccatum mortale tripliciter.ſ. quando eſt contra gloriam Dei,uel contra honorem proximi, uel ex inani gloria, uel ſuperbia,uel cupiditate mortalibus, 22æ. q. 112.2.0
4 Iactantia eſt ex ſuperbia, tanquam ex cauſa motiua, & aliquando ex uanitate,ex inani gloria autem,ut ex fine.22æ. q.112.1.2m*q.132.5.1m*q.162.4.2m.
5 Opulentia ſeu diuitiæ cauſant iactantiam, & ſuperbiam dupliciter,ſcilicet occaſionaliter, & per modum finis.22æ.q. 112.1.3m.
6 Iactantia proprie opponitur ſecundum ſpeciem actus ueritati,non autem ſecundario,22æ.q.112.1.0
1 IDEA eſt forma exemplaris,qua res fiunt,& cognoſcũtur, quæ eſt in mente artificis.1a.q.15.0*q.44.3.c
2 Idea græce,forma Latine dicitur,ideo per ideas,formæ aliarum rerum per ſe exiſtentes intelliguntur,1a.q 15.1.c
3 Ideas in Deo,non eſt aliud,quam eſſentia diuina.1a.q.13.1. 3m*q.44.3.c*22æ.q.173.1.c
4 Eſſentia Dei ut eſſentia,non eſt idea, ſed ut ſimilitudo,uel ut ratio rei intellecta.1a.q.15.2.1m
5 Eſſentia Dei, non habet rationem ideæ, reſpectu Dei, ſed reſpectu aliorum, quia eſt principium operatiuum aliorũ, non autem Dei.1a.q.15.1.2m
6 Idea ſecundum ueritatem,& ſecundum Platonem,eſt principium cognitionis & generationis.1a.q.15.1.3.c.
7 Idea operati,in mente artificis eſt ſicut id quod intelligitur, non autem ſicut ſpecies qua intelligitur. 1a.q.15.2.c.2m.
8 Ideas eſſe,eſt neceſſarium.1a.q.15.1.0*q.44.3.0.
9 Ideæ ſunt tantum in mente Dei,& non extra, contra Platonem.1a.q.15.1.1m*q.44.3.2m.*3m*4m.
10 Reſpectu idearum,non ſunt reales,ſed ſunt Intellecti a Deo, & tantum in Deo.1a.q.15.2.3m*q.28.4.3m*q.44.3.c*22æ q.173.1.c
11 Reſpectus idearum,cauſantur tantum ab intellectu Dei, cõparante eſſentiam ſuam ad res.1a.q.15.2.3m.
12 Ideæ ſunt æternæ. 1a.q.6.4.c.
13 Ideæ in mente Dei ſunt plures, ſecundum quod Deus intelligit eſſentiam ſuam eſſe multipliciter imitabilem a creaturis.1a.q.15.2.0*q.44.3.c*q.47.1.2m*12æ.q.93.1.1m.
14 Idea practica & ſpeculatiua, non ſunt duæ ideæ, niſi ſecundum rationem, 1a.q.15.3.c
15 In ideis eſt diſtinctio, & pluralitas, quia reſpiciunt proprias naturas ſingularum rerum, non autem lex æterna,12æ.q. 93.1.1m.
16 Sapientia & ars Dei,eſt tantum una,quia ſignificantur ut quo Deus intelligit. Ideæ autem ut quod ideo ſunt plures, 1a. q.15.2.2m
17 Ratio diuerſæ ſapientiæ, reſpectu creationis dicitur idea, & ars uel exemplar, ſed reſpectu gubernationis, dicitur lex. 12æ.q.93.1.c.
18 Idea principaliter ſignificat reſpectũ ad creaturam, ideo dicitur pluraliter,nec eſt perſonale,ſicut uerbum, quia uerbum principaliter ſignificat reſpectum ad dicentem, & ex conſequenti ad creaturam, ideo eſt tantum unum, 1a.q. 34.3.4m.
19 Idea ut principium factionis eſt practica, & dicitur exẽplar, & omnium quæ aliquando fiunt a Deo: ſed ut eſt principium cognitionis eſt ſpeculatiua,& dicitur ratio,& eſt omnium quæ cognoſcuntur a Deo, ſecundum propriam rationem.1a.q.15.3.c
20 Quæ nunquam fiunt,habent ideam ſecundo modo,non autem primo modo,niſi in uirtute.1a.quæſt.15.3.2m.*quæſt. 18.4.4m
21 *Malum non habet Ideam in Deo, 1a. quæſt.15.3.1m. *.q. 18.4.4m
22 Genera non habent aliam ideam,inquantum exemplar,niſi idem ſpeciei.1a.q.15.3.4m
23 Particularia habent propriam ideam præter ideam ſpeciei, contra Platonem.1a.q.15.3.4m
24 Materia habet ideam,contra Platonem,ſed eandem cũ forma.1a.q.15.3.3m*4m
25 Accidentia habent propriam ideam,præter ea quæ inſeparabiliter concomitantur ſubiectum,1a.q.15.3.4m.
26 *Multiplicato uno eorum quæ ſunt eadem re, & differũt ratione,non oportet multiplicari alterum, ſicut perſona, & proprietas in diuinis,1a.q.40.1.1m.
27 Corpus manet idem numero, licet fiat continuæ deperditio,& reſtauratio uirtualiter per alimentum.1a.quæſt.119. 1.5m.
1 IDOLATRIA eſt exhibere latriam, ideſt cultum Dei creaturæ.22æ.q.94.1.0.
2 Idolatria præſupponit infidelitatem,& addit exterius indebitum cultum,mendacium pernicioſum,magnam Dei blaſphemiam,& impugnationem fidei.22æ.q.94.3.1m.*2m.* 3m.* 2.c
3 Idolatria opponitur latriæ. 22æ. quæſt.92.princ.* quæſt.94. prin.*.1.0
4 Idolatria quadruplex.ſ.ciuilis, ideſt, imaginum habentium deitatem,ſecundum Hermetem fabularis,ideſt, hominũ deificatorum,phyſica,ideſt, animæ totius mundi, ſecundum Varronẽ,& Phantonica,quæ & phyſica dicitur.ſ.intelligentiarum,animarum cæleſtium,Dæmonum, & animarum hominum.22æ.q.94.1.c*q.122.2.2m.
5 Omnis idolatria eſt peccatum,nec excuſat mos uulgi,contra Senecam,nec perſecutio contra hæreticos.22æ.q.94.2.0
6 *Idolatria eſt grauiſſimum peccatorum. 12æ. q.102.3.11m.* 22æ.q.94.3.0
7 Peccatum contra naturam, eſt leuius idolatria: ſed ponitur conueniens pœna eius: quia eſt manifeſtius. 22æ.quæſt.94. 3.3m.
8 Cauſa diſpoſitiua idolatriæ, fuit triplex ex parte hominis.ſ. inordinatus affectus, repræſentatio delectabilis,& ignorantia Dei,ſed cauſa conſummatiua eius, fuerunt Dæmones. 22æ.q.94.4.0.

9 Ab idolatria, omnia alia peccata oriebantur, 22æ. quæſt. 94. 4. 1m.

10 *Deus hoſtiam non conſecratam pro euchariſtia eſt reus idolatriæ: non autem adorantes eam cum hoſtia debeat adorari latria, ſub conditione in habitu. 3ª. q. 80. 6. 2m.

1 Ieiunium duplex. ſ. ſpiritale, id eſt à peccatis, & corporale, id eſt ab eſcis. 22æ. q. 147. 1. 1m.

2 Ieiuniū à cibis duplex. ſ. naturæ, & eccleſiæ 22æ. q. 147. 1. 3m. * 3. c. * 6. 2m. * 3ª. q. 80. 8. 4.

3 Ieiunium duplex. ſ. luctus. i. cum amaritudine peccatorum & præſentis uitæ, & ieiunium exultationis, 22æ. quæſt 147. 4. 5m.

4 Ieiunium eſt actus uirtutis. ſ. abſtinentiæ & temperantiæ eliciti ue: ſed aliarum uirtutum imperatiue. 22æ. q. 3. c. *q. 88. 6. c. *q. 146. principio. *q. 147. 1. 2. o.

5 Ieiunium eccleſiæ, eſt parſimonia uictus, abſtinentiaque ciborum ſecundum Iſidorum, 22æ. q. 147. 2. 1m.

6 Nimis ieiunans, uel nimis uigilās, peccat: quia ſi aliquis in tā naturæ uirtutem debilitet per ieiunia, & uigilias, & alia huiuſmodi quod non ſufficiat debita opera exequi, puta prædicator prædicare, doctor docere, cantor cantare, & ſic de aliis abſque dubio peccat: ſicut etiam peccaret uir, qui nimia abſtinentia ſe impotentem redderet ad debitum uxori reddendum, & ſeruus in obſequiis, quæ domino debet impenderet, 1ª. q. 97. 3. 3m. * 22æ. q. 10. 12. 5m. *q. 88. 2. 3m. *. quæſt. 125. 1. 2m. *q. 147. 1. 2m. *quæſt. 88. 6. 3m. * 3ª. quæſt. 40. 2. 1m.

7 Ieiunium pulchre commēdatur, per multos eius effectus. 22æ. q. 27. 1. c. 1m. * 3ª. q. 40. 2. 3m. * 1ª. Thi. 4. coi. 6. prin.

8 Ieiunium non eſt contra libertatem fidelium, ſed contra ſeruitutem peccati, 22æ. q. 147. 3. 3m.

9 Ieiunium principaliter ſumitur propter tria, ſcilicet propter comprimendas concupiſcentias carnis: propter eleuationē mentis: & propter ſatisfactionem, 22æ. q. 147. 1. 3. 5. c.

10 Ieiunium eſt ſatisfactorium, quia ſubtrahit delectationem, addens afflictionem: & impedit peccata futura debilitando concupiſcentiam, 22æ. q. 1. 71. 3. 5. 7. c.

11 Chriſtus ieiunauit, non ex neceſſitate, ſed ut doceret, quàm bonum eſt ieiunium: quia ſcutum eſt cōtra diabolum, 22æ. q. 147. 5. 1m. * 3ª. q. 10. 2. 3m. *q. 47. 3. c.

12 Chriſtus ieiunauit poſt baptiſmum, quia baptizatos oportet intendere ieiunio, & non laſciuiæ 22æ. q. 47. 1. 1m. * 3ª. q. 10. 2. 3m. *q. 41. 3. c.

13 Chriſtus non ieiunauit plus quàm Moyſes & Helias, ut crederetur uerus homo, 3ª. q. 40. 2. 3m. *q. 41. 3. c.

14 Ieiunium ante paſcha, fit quadraginta diebus, ſicut à Chriſto Moyſe, & Helia, quadruplici ratione, ſ. uel quia ſecundum Gregor. per hos quadraginta dies uirtus decalogi per libros quatuor ſancti euangelii impletur: uel quia dignum eſt, ut carnē noſtrā quater decies affligamus: uel quia in his offerre contendimus decimas dierum: uel quia ſecundum Auguſ. creaturæ inuiſibili, debetur ternarius numerus: ſed creaturæ uiſibili, debetur quaternarius, propter calidum, frigidū, humidū, & ſiccū. Vnde ſi denarius numerus ducatur per quaternarium, qui competit corpori per quod adminiſtratio geritur: quadrageſimum numerum conficit. 22æ. q. 147. 5. c. *. 3ª. q. 40. 2. 3m.

15 Ieiunium quadrageſimæ, arctius obſeruatur, quam alio tempore: quia per iſtud imitamur Chriſtum. 22æ. q. 147. 8. 3m.

16 Iudæi ieiunabant menſe quarto, quinto, ſeptimo, & decimo, propter aliquas tribulationes tunc habitas, 22æ. q. 147. 5. 2m.

17 Iudæi ieiunabant uſque ad ueſperam, id eſt, uſque ad noctē: quia nocti comparatur ſtatus ueteris teſtamenti, quia poſt mortem ibant ad limbum tenebroſum, propter peccatum Adæ, per cibum uetitum. 22æ. q. 147. 7. 3m.

18 Ieiunium non eſt neceſſarium abſolute, ſed ex præcepto eccleſiæ: quia ſecundum ſe eſt pœnale: ideo non eſt eligibile, niſi inquātum eſt utile ad aliquem finem. 22æ. q. 147. 3. 1m. * 3ª. q. 40. 2. 1m.

19 Ieiunium eſt de præcepto legis naturæ, ſecundum quod eſt neceſſarium ſaluti: ſed determinatio temporis eius, & modi, eſt de præcepto eccleſiæ. 22æ. q. 147. 3. o.

20 Omnes tenentur ad ieiunia eccleſiæ, niſi ſint legitime impediti: uel niſi ſit euidens cauſa non ieiunandi: ut in pueris & ſenibus propter defectum & debilitatem naturæ, & huiuſmodi. 22æ. q. 148. 4. o. *7. 3m.

21 Iuſti tenentur ad ieiunia eccleſiæ, & ad alia præcepta eius ſicut & alii. 22æ. q. 147. 4. 5m.

22 Pueri non tenentur ad ieiunia eccleſiæ, quandiu ſunt in ſtatu augmenti: quod ut in pluribus, eſt in fine tertii ſeptēnii: ſed exercendi ſunt in eis ſecundū modum ætatis, tū quandoque in magna tribulatione iubentur pueri & bruta ieiunare. 22æ. q. 147. 4. 2m.

23 Itinerantes & operarii debent ieiunare, diminuendo laborē, niſi ſit neceſſitas. 22æ. q. 147. 4. 3m.

24 Pauperes habentes ſimul ſufficiens prandium, tenentur ieiunare non autem ſi paulatim. 22æ. q. 147. 4. 4m.

25 Tranſgrediens pręceptum de ieiunio ex contemptu, uel impediendo finem. peccat mortaliter nō autem ſi ex cauſa rationabili. 22æ. q. 147. 3. 2m.

26 Ieiunia quatuor temporum, ſunt quaſi primitiæ & expiatio totius anni, 22æ. q. 147. 5. c.

27 Ieiunium exultationis, non eſt in præcepto eccleſiæ: propter quod non eſt ieiunium ab eccleſia inſtitutum in toto paſchali tempore ieiunium autem afflictionis, & luctus non decet tempore lætitiæ. ſ. tempore paſchali, uel in dominicis 22æ. q. 147. 5. 3m.

28 Ieiunium de ſe, nullo tempore eſt prohibitum. Tamen ieiunans in dominica contra conſuetudinem eccleſiæ, uel ex ſuperſtitione, ut neceſſarium, ſicut Manichei, peccat, 22æ. q. 147. 5. 3m.

29 Ieiunium fit in uigiliis ſanctorum cauſa præparationis ad deuotionem: & cauſa ſignificationis, quod ſancti per afflictiones peruenerint ad gloriam. 22æ. q. 147. 5. c.

30 Conueniens hora prandii tempore ieiunii, eſt hora nona: ſed hora ſexta, alio tempore: quia ſecundum communem curſum, comedendi illa eſt hora, quia cibus non debet apponi quouſque natura circa cibum præcedentem occupata eſt. Occupatur autē natura in cibo aſſumpto dupliciter. Primo digerendo ipſum: & quia digeſtio fit per calorem naturalem, ideo illud tēpus digeſtioni eſt cōgruū, in quo calor naturalis ad interiora reuocatur. ſ. nox, pp ſubtractionem radiorum ſolis, & propter ſomnum, in quo intenduntur uirtutes naturales: ſecundo cibum iam decoctum deducendo p membra, quibus debet aſſimilari: & ad hoc requiritur, qd calor nutrimentum deducens, uſq; ad extremas partes corporis euocetur. Calor autem ſolis calorem naturalem ad exteriora reuocat: & ideo quando completur ſolis aſcēſus, quod fit hora ſexta, quia tunc eſt circa medium, tunc eius opus completum eſt: & ideo tunc eſt tempus communiter ſumendi cibum. & quia ieiunium eccleſiæ, debet eſſe pœnale & ſatisfactorium, ideo ſupra hoc aliquid additur: non autē tm̄, qd penitus humor cibi priꝰ aſſumpti exiccetur, aut uirtus naturalis penitus debilitetur: unde partito reſiduo tempore, hora nona occurrit. in qua cibus ſecundum eccleſiæ ſtatutum in diebus ieiunii ſumendus eſt, 22æ. quæſt. 147. 7. o.

31 Hora prandii in ieiunio, determinatur ſecundum groſſam æſtimationem: licet ſit modicum ante uel poſt nonam, non enim eccleſia artare intendit, ad ſubtilem temporis inſpectionem: nec oportet aſtrolabium accipere ad horam comeſtionis cognoſcendam: unde ſufficit ſi circa horam illam quam eccleſia inſtituit, ieiunans ſumat cibum etiam ſi aliquantulum propter aliquam neceſſitatem anticiparet, 22æ. q. 147. 7. 2m.

32 Talis, taxatio temporis, non multum poteſt alicui nocere cuiuſcunque conditionis exiſtat: uel ſi forte propter infirmitatem, uel ætatem, aut aliquid huiuſmodi hoc eis in magnum grauamen cederet eſſet cum eo in ieiunio diſpenſandum: uel ut aliquantulum præuenirent horam, 22æ. q. 147. 7. 3m.

33 Pluries comedens in una die per modum cibi, ſoluit ieiuniū: non autem ſi fiat per modum medicinæ, 22æ. q. 147. 6. o.

34 Comeſtio carnium ſoluit ieiunium, nō autem eſus piſcium, uel leguminum: nec potus uini. 22æ. q. 147. 8. o.

35 Oua, & lacticinia reſpirātium, ſunt interdicta in ieiunio quadrageſimæ. non autem in aliis, niſi ſecundum conſuetudinem patriæ. 22æ. q. 147. 8. c. 3m.

36 Electuaria, uel aliæ medicinæ ſoluunt ieiunium naturæ non autem ieiunium eccleſiæ, niſi fiat in fraudem, 22æ. q. 147. 6. 3m.

37 Potus quicunque, etiam aquę, ſoluit ieiunium naturæ, quia aliquo modo nutrit. non autem ieiunium eccleſiæ niſi fiat in fraudem, 22æ. q. 147. 6. 2m. * 3ª. q. 80. 8. 4m.

1 ¶ Iepte peccauit, uouēdo & reddendo: ſed ponit catalogo ſanctorum, propter fidem & deuotionem, & uictoriam, & probabile eſt quod pęnituit, licet aliquod bonum figuraret. 22æ q. 88. 2. 2m.

1 ¶ Ieremias uerbis & myſteriis, paſſionem Chriſti apertiſſime prænunciauit, & eam ſuis paſſionibus, expreſſiſſime præfigurauit, 3ª. q. 27. 6. c. ſi. 2m.

2 Ieremias & Moyſes conſiderantes inſufficientiam, propriā, recuſabant non pertinaciter officiū quo digni erant ex gratia

Dei, 22ª.q.133.1.4m.
1 ¶Ieſotheus doctus eſt non ſolum diſcens: ſed & patiens diuina: ſecundum Dionyſium, 1ª.q.1.6.3m.ſi.°22ª. quæſt. 45.2.c.
2 Aliquis experitur in ſeipſo guſtum, diuinę dulcedinis, & complacentiam diuinæ bonitatis, ſicut de Ierotheo dicit Dionyſius, quod didicit diuina cum paſſione ad ipſa, 22ª.q. 97.2. 2m.
1 Ieruſalem eſt in medio terræ habitabilis, 3ª. quæſt.46.10.1. 3m.
1 ¶Ieſus ſignificat naturam humanam: ſed Chriſtus ſignificat naturam diuinam & humanam, 3ª.quæſt. 16.3.c.quæ.17. 1.c.
2 Hoc nomen Ieſus, conuenienter impoſitum eſt Chriſto in ſua circunciſione, 3ª.q 37.2.0.
3 Hoc nomen Ieſus, eſt notum & proprium inquantum ſignificat ſpiritualem & uniuerſalem ſalutem non autem ut particularem & temporalem. 3ª.q.37.2.3m.
4 Multa alia nomina Chriſti, ſignificant idem quod Ieſus, id eſt ſalutem. 3ª.q.77.1.1m.
1 ¶Species ignis ſunt tres. ſ. lux, id eſt, ignis in materia propria, flamma: id eſt, ignis in humido aereo, & carbo, id eſt ignis in ſicco terreſtri, 1ª.q.67.2.2m.°12ª.q.35.8.c.
2 Ignis non lucet in propria materia, i. in ſua ſphera, nec in materia opaca terreſtri, nec in ſulphure, nec in fumo, groſſo, nec in inferno. 1ª.q.65 1.5m.
3 Ignis inferni cum ut organum diuinæ iuſtitiæ ab anima apprehendatur, propter uiſionem ſui uere animam cruciare dicitur. 5.q.70.3.c.
4 Conueniens eſt mundum, antequam in nouitatem gloriæ adducatur, à contrariis diſpoſitionibus purgari. 5.quæſt. 74. 1.0.
5 Conuenienter per ignem fiet mundi purgatio. 5.q.74.1.c.
6 Ignis quo hic mundus purgabitur, eiuſdem erit ſpeciei cum noſtro igne. 5.q.74.3.0.
7 Ceſſatio & quies ſuper totum cęlorum uicem purgationis curſum geret. 5.q.74.4.c.
8 Purgabuntur quatuor elementa à ſordibus & infectionibus, quas ab hominum peccatis contraxerunt. 5.q.74.5 0.
9 Impuritates elementorum, quæ ex eorum permiſtione proueniunt per ignem purgabuntur. 5.q.74.6.c.
10 Cum mortuorū reſurrectio, iudicium præcedere uerisſimū ſit, conflagratio ignis, quantum ad mundi purgationem ſpectat. Dei iudicium præcedat oportet, quantum uero attinet ad illius ignis actum quo malos inuoluet, iudiciū ignis conflagrationem antecibit, 5.q.74.7.0.
11 Ignis naturaliter aget ante iudicium, & in bonos & in malos eos in cinerem reſoluendo, ſed mali illius ignis actione cruciabuntur, boni uero omnis doloris expertes. 5ª.quæſt. 74.8.c.
12 Ingę conflagrationis inuoluẽtur reprobi, ut quicquid turpe, & fœtum fuerit in infernum detrudatur, ſicut quicquid pulchrum & nobile reperietur, in regnum cæleſte attolletur. 5.q.74.9.0.
1 ¶Ignorantia ſeptuplex. ſ. inuincibilis: affectata in ſe uel in ſua cauſa iuris, facti, cauſa actus, & non cauſa prima, & quarta excuſant à peccato in toto: ſecunda & tertia excuſant nō in toto: quinta excuſat à toto ſi nō ſit culpa: ſexta, uero nec excuſat, nec minuit peccatum, 12ª. quæſt. 74. 1.2m.°3.c. 3m.°q.76.3.4.0.°22ª.q.59.4.1m.°3ª.q.47.5.3m.°quæſt.80. 4.5m.
2 Ignorantia tripliciter ſe habet ad actum. ſ. concomitanter, conſequenter, id eſt uolita in ſe ut affectata, uel in ſua cauſa. ſ. habitu uel paſſione ut ignorantia electionis, & antecedenter, id eſt, cauſa, actus. Tertia cauſat inuoluntarium ſimpliciter: ſecunda ſecundum quid: prima uero nullo modo, ſed tantum non uoluntarium. 12ª.q.6.8.0. °q. 19.6.c.°q. 76.3.4.0.
3 Ignorantia eſt uolita tripliciter, ſcilicet directe, ut affectata: indirecte i. propter negligentiam: & per accidens, id eſt, conſequenter. Prima auget peccatum. Aliæ uero diminuunt, 12ª.q.10.6.c.
4 Ignorantia excludit triplicem ſcientiam. ſ. qua ſcitur aliquid eſſe malum ſecundum ſe: uel ut fugiendum. 12ª.quæſt.78. 1.1m.
5 Ignorantia habet rationem pœnæ, & non culpæ ſecundum ſe: ſed ignorantia ex cauſa. i. ex negligentia diſcendi, uel ex effectu ſequente eſt peccatum, 12ª.q.76.2.0. °q.84.4.5m.° q. 105.2.9m.°22ª.q.53.2.2m.
6 Neſcientia eſt ſimplex carentia ſcientiæ: ſed ignorantia proprie, eſt neſcientia eorum. quæ quis eſt aptus ſcire & debet. Error autem addit approbationem falſi: ſed hæreſis ei addit pertinaciam contra fidem, 1ª.q.101.1.2m.° 12ª.q.7.6.
7 Ignorantia electionis dicitur, non quia electio ſit ſcientia: ſed quia ignoratur quid ſit eligendum. 12ª.q.13.1.3m.
8 Ignorantia priuationis, id eſt, eorum quæ quis tenetur ſcire & poteſt, eſt peccatum: non autem aliorum, 12ª. q. 76.2. n.° q.94.4.c.2m.°3m.
9 Ignorantia negatiue poterat eſſe in natura integra, non autē ignorantia priuatiue. 1ª.q.12.4.1m.
10 Nulla ignorantia fuit in Chriſto. 3ª.q.13.3.0.
11 Ignorantia negatiue, ſemper eſt in angelis, & in aliis beatis, non autem ignorantia priuatiue: quia eſt pœna. 1ª.q.12.4. 2m.
12 Ignorans non peccat continue, nec ex quolibet non ſcito peccat, ſed tantum cum habet tempus diſcendi ea, quæ ſcire tenetur & poteſt. Vnde homo dicitur ignorans, ſi non intelligit ſicut Deus, ſed ſi non intelligit ſicut aptus natus eſt intelligere. 12ª.q.76.2.5m.°q.94.4.c.2m.°3m.
13 Ignorans grauiſſime peccat, non propter quantitatem peccati, ſed periculi. Vel ignorantia beneficiorum Dei, eſt grauiſſima, inter ſpecies ingratitudinis. 12ª.q.76.4.3m.
14 Ignorantia alicuius particularis, id eſt circunſtantiæ, quam quis non poteſt ſcire, debita diligentia adhibita, excuſat totaliter à peccato: non autem ignorantia quam cauſat habitus uel paſſio, impediens applicationem ſcientiæ communis, ad particularem actum. 12ª.q.19.6.c.°q.77.7.2m°.22ª. q.59.4.1m.°3ª.q.80.2.5m.
15 Ignorantia non excuſat, nec minuit peccatum, niſi ſecundum quod cauſa inuoluntarium, 12ª.q.19.6.c.°q. 71.6.c.° q.76.3.4.0.°q.77.7.2m.°q.105.2.9m.
16 Ignorantia præcedens inclinationem appetitus, cauſat eam ideo quanto maior eſt tanto magis cauſat inuoluntarium, & excuſat à peccato, non autem ignorantia ſequens, ſed magis grauat, 12ª.q.31.6.3.1m.
17 Ignorantia oppoſita ſcientię practicæ, excuſat, uel minuit peccatum: non autem ignorantia electionis: ſed conſtituit peccatum, & opponitur prudentiæ, 12ª. quæſt.17.2.c.°q.58. 2.c.
18 °Ignorantia electionis, nec excuſat, nec minuit, nec cauſa peccatum, ſed ſequitur omne peccatum. 12ª.q.76.4.2m. °q.78. 4.1m.
19 Nulla ignorantia eſt cauſa peccati, niſi per accidens. ſ. illa quę tollit cognitionem uniuerſalem, uel particularem prohibẽtem peccatum. 12ª q.79.1.0.°3 c.
20 Agens contra conſtitutionem, uel præceptum Papæ propter ignorantiam, non excuſatur à peccato, ſi teneatur & potuerit eam ſcire, inquãtum in eius notitiam deuenit per alios, uel deuenire poteſt, promulgatione facta: quia omnes tenētur eam ſcire. 12ª.q.90.4.c.2m.°3m.
¶Illabi menti conuenit ſoli Deo, 3ª.quæſt.8.8.1m.°quæſt.64. 1.c.
1 Liberi qui naſcuntur ex ſimplici fornicatione, non ſunt legitimi, ſed ſoli naturales, qui uel ex ſtupro, uel ex adulterio, nec naturales, nec legitimi ſunt habendi. 5.q.68.1.0.
2 Liberi illegitimi duplici danno afficiuntur, unum eſt quia nō admittuntur ad actus legitimos, alterum quod non ſuccedunt in hæreditate paterna. In ſeptima tamen parte ſuccedere poſſunt naturales filij, ſpurij uero nulla ex parte, niſi quod eis parentes ſuppeditare neceſſaria tenentur, 5.q.68. 2.c.
3 Cum liberi dicantur illegitimi lege poſitiua, per eandem etiā legem legitimari poſſunt. 5.q.68.3.0.
¶Illiberalitas magis opponitur liberalitati, quam prodigalitas 12ª.q.10.2.c.
1 ¶°Illuminatio non eſt motus, 1ª.q.53.3.c.
2 Illuminatio fit in inſtanti, quia non eſt motus, ſed eſt terminus motus localis: & lumen non habet contrarium, ideo ſubiectum eius eſt in ultima diſpoſitione, 1ª.q.53.3.c. 2m.° q.67.2.c.°12ª.q.113.7.c.°3ª.q.75.7.c.
3 Illuminatio non eſt motus localis, ſed alteratio, 1ª.quæſ.53.3. 2m.
4 Homo non poteſt illuminare confortando lumen alterius, quia in eo eſt debiliſſimum lumen intellectuale, niſi forte inſtrumentaliter dirigendo, proponendo exempla, uel applicando principia concluſioni, 1ª.q.117.1.0.
5 Sacerdos illuminat, tradendo ſacramenta gratiæ non autem infundendo gratiam, 3ª.q.64.1.1m
6 Omnia, quæ illuminatur, percipit illuminationem ex parte obiecti, non autem ſemper ex parte principij. 1ª.q.111. 1.3m.
1 ¶Imaginatio & ſenſus, nunquam cognoſcunt naturam rei, ſed tantum accidentia, 1ª.q.57 1.2m.° 1ª.q 76.7.c
2 Non poſſumus imaginari, quæ nullo modo ſentimus ſecundum

ſundum totum, uel ſecundum partem, ideo cæcus natus, non poteſt imaginari colorem, 1ª. q.84.3 c.fi.° 4.b.°c.fi.° q.111.3.1m.° 2m
3 Sub imaginatione non cadit niſi corpus, 1ª.q.78.4.c
4 Imaginatio cooperatur ſub obiecto, formando aliquas ſpecies, non autem ſenſus, 1ª q.12.9.2m. ° q.78.4 c. ° q. 84.6. 2m.° q.85.2.3m
5 Imaginatio ægritudinum, quandoque cauſat eas, 3ª. q. 3. 3. 3m
6 Bonitas imaginationis, eſt diſpoſitio ad ſcientiam, quæ eſt in intellectu, 12æ.q.74.3.3. ° q. 81.2 e
1 ¶Imaginatiua eſt idem quod phantaſia, 1ª.q 78.4 c.° q.84. 6. 2m
Imaginatiua eſt alior potentia, quàm ſenſus exterior, in quo tamẽ eſt maxima certitudo, quia eſt principium omnis cognitionis humanæ: & ſemper oportet principia cognitionis eſſe certiora, 1ª.q.30.3.2m

1 IMago quælibet eſt ſimilitudo, & non econuerſo, quia imago addit eſſe expreſſum ab alio, 1ª.q.35.1.c.1m. ° 2. c. ° q 93.1.c.° 9 o
2 Differentia triplex, inter imaginem, & ſimilitudinem, ſcilicet, quia imago pertinet ad formã ſcilicet ſpecialem, ſimilitudo autem ad naturam. Imago pertinet ad cognitionem ueritatis, quæ eſt principium demonſtrans naturam intellectualẽ: ſimilitudo autem ad amorem uirtutis. Imago pertinet ad potentias ſcilicet memoriam, intelligẽtiã, & uoluntatem, ſimilitudo uero ad habitus conſequentes ſcilicet innocentiam, & iuſtitiam, 1ª.q.93.9.o
3 Imago proprie dicitur, quod procedit ad ſimilitudinem alterius: id autem à quo procedit: dicitur proprie exemplar, im proprie autem imago, 1ª.q.35.2.1m. ° q.93 5.4m
4 Ad rationem imaginis non ſufficit expreſſa ſimilitudo ſecundum genus uel ſecundum accidens commune, ſed requiritur quòd ſit expreſſa ſimilitudo ſecundum ſpeciem uel ſecundum accidens proprium ſpeciei, & præcipue ſecundum figuram, 1ª.q 35.1.c. ° q.93.2.6.7.8.e
5 Aequalitas eſt de ratione imaginis perfectæ, non autem imperfectæ, 1ª q.93.1 c
6 Imago alicuius eſt in aliquo dupliciter. ſ. perfecte.i.in eadem natura, ut filius. & imperfecte.i.in alia natura, ut ſtatua, 1ª q.35 2.3m
7 °Idem eſt motus in rem ipſam, & in imaginem eius in quantum huiuſmodi, non autem, ut res, 22æ.q. 81.3.3m ° q.103.3.3m. ° 3ª.q.8.3.3.3m. ° q. 25.3.c.1m
8 Imago proprie.i.id quod imitatur, dicitur tantum perſonaliter in diuinis, eſſentialiter autem, improprie. i.id in quo, 1ª.q.35.1.o. ° 93. 5.4m
9 Imago non conuenit ſpiritui ſancto: ſed tantum filio, 1ª.q. 35.2.o
10 Imago Dei perfecta, conuenit ſoli filio Dei, ſed imago Dei, imperfecta, conuenit ſoli creaturæ, 1ª.q.35.2.310. ° q. 47. 1.2m. ° q.88 3.3m. ° q.93.1.3m
11 Nulla creatura irrationalis, eſt Dei imago, uel ad imaginem Dei, 1ª.q.4 . 7.c. ° q.93.2.o.° 3.c.1m.° 6.c
12 Homo & angelus, ſunt ad imaginem Dei, & imago eius: filius autem Dei, eſt imago tantum, 1ª.q.3.1.2m.° q 4.3.o.° q.35.2.3m. °q 45 7 c.° q.91 4.1m.° 2m. ° q.53.1.c.fi. ° 3m
13 Angelus eſt ſimpliciter expreſſior imago Dei, quàm homo, ſed econuerſo ſecundum quid, 1ª.q 93.3.o
14 Imago Dei, in homine & in angelo, eſt ſecundum mentem tantum, 1ª.q.3.1.2m.° q. 3.2.c.° 3 2m. ° 4.1m.° 6.7.o
15 Imago Dei eſt aliquo modo in mente, reſpectu cuiuſlibet obiecti, uerius tamen reſpectu ſui: ſed uerißime reſpectu Dei, 1ª.q.93.8 o
16 Aſſignatio imaginis duplex. ſ. prima ſecundum potentias. ſ. ſecundum memoriam, intelligentiam, & uoluntatem, ſecunda uero ſecundum eſſentiam & habitus conſubſtantiales. ſ. ſecundum mentem, notitiam, & amorem, 1ª.q. 93. 7.o
17 °Prima aſſignatio imaginis. ſ. memoria, intelligentia, & uoluntas eſt ſecundum potentias, 1ª. q.93.7.o
18 °Imago Dei eſt principaliter ſecundum actus, ſed cõſequenter ſecundum potentias, & præcipue ſecundum habitus, 1ª.q.93 7.o
19 Imago Dei ſecundum principale eius, ideſt ſecundum naturam intellectualem, eſt tam in viro quàm in muliere, ſed quoad ſecundarium ſcilicet principium & finem, eſt tantum in viro, 1ª.q.93.4.1m. ° 6.2m
20 Imago prius repræſentat eſſentiam Dei, & cõſequenter tres perſonas, 1ª.q.93.5.o.° 6.c
21 In homine eſt triplex imago Dei, ſcilicet creationis, recreationis. & ſimilitudinis: prima eſt cuiuſlibet hominis, ſecunda iuſtorum tantum, tertia uero beatorum tantum, 1ª.q.93.4 o
22 Imagines Chriſti & ſanctorum fiunt in eccleſia triplici de cauſa, primo ad inſtructionem rudium, qui eis quaſi quibuſdam libris docentur: ſecundo ut incarnationis myſterium, & ſanctorum exempla magis in memoria noſtra maneant: dum quotidie oculis repræſentantur: tertio ad excitãdum deuotionis affectum, qui ex uiſis efficacius incitatur, quàm ex auditis, 22æ.q.94.2.1m
¶Immiſericordia eſt in ſubtractione beneficij, ſed crudelitas eſt in exceſſu puniendi, & unum aliquando ponitur pro alio, 22æ.q.1 9 1.2m.° 3m
1 ¶Quanto creaturæ magis appropinquant Deo, tanto magis ſunt immobiles, 1ª.q.61.1.1m
1 ¶Immolari conuenit Chriſto in figuris ueteris teſtamenti, 3ª. q. 83.1.e
1 ¶In lege ueteri, duplex immunditia prohibebatur, ſcilicet ſpiritualis ideſt peccatum: & corporalis, ex aliqua corruptione perfecta, uel in fieri, qua impediebantur ab exteriori cultu Dei, ſicut irregularitate quadam, 12æ.q.102.5.4m ° 5m.° 6m. 6.1m. °q.103.2.c
2 Prima & ſecunda immũditia expiabatur per ſacrificia pro peccato, præter eam quæ cauſata erat per ſolum tactum rei immundæ: quia per ſolam aſperſionem aquæ expiationis, expiabatur, 12æ.q.102.5.4m.° 5m.° 6m
1 Corpus glorioſum erit plane impaſſibile, 5.q.82.1.o
2 Impaſſibilitas quantum ad ſe erit in omnib. æqualis, quantum uero ad ſuam cauſam, erit in vno maior quam in altero, 5.q 82.2.e
3 Impaſſibilitas non excludit ſenſus in actu à corporib. glorioſis, ſed erunt per ſuſceptionem à rebus quæ ſunt extra animam, 5 q.82 3.o
4 Senſus odoratus & auditus erunt poſt reſurrectionem in actu, non autem guſtus, niſi forte per quandam immutationem linguæ à quodam humore adiuncto. 5.q.82.4.c
¶Impauiditas opponitur fortitudini, ſecundum defectum timoris, timiditas autem, ſecundum exceſſum eius, 22æ. q. 126.2 o
1 ¶°Impeccabilis per naturam, non poteſt fieri aliqua creatura à Deo, ſed tantum per gratiam, 1ª.q.63.1.c.° 22æ.q.24. 11.c.principio.
1 ¶Impedimentum duplex. ſ. contrarium, & defectus, 12æ.q. 4. 5.3m
2 Homo tripliciter impeditur à ſtudio diuinæ cognitionis. ſ. propter ineptitudinem, occupationem, & pigritiam, 22æ. q.2.4.c
3 Non impediens malum, non peccat: niſi debeat & poſſit impedire, 12æ.q.6. 3.c
1 Imperare eſt actus rationis, præſuppoſito actu uoluntatis, 12æ.q 17.1.o.°q.60.1.c.fi.° 22æ.q.47.8.3m. ° q.83.1.in.c. ° q.104.1.c
2 Imperare eſt ordinare aliquid ad faciendum, aliquid intimando, ſeu denunciando: non quidem abſolute, ſed mouendo, 12æ.q.17.1.2.5.o.° 22æ.q.83.1.e. °q.88.1.c
3 Actus imperatus & imperium, ſunt unus actus humanus ut totum. & multa ſecundum partes, 12æ.q.17.4.o. ° q. 20. 3. c. 1m. ° 3ª.q.19.2.o
4 Vſus rei, ut eſt in ratione referentis rem in finem, eſt prior imperio & electione, quæ etiam eſt prior imperio, ſed ut ſubditur potentiæ exequenti, eſt poſterior imperio, 12æ. q.17. 3.o
5 °Imperare non conuenit brutis. 12æ.q.17.2.o
6 Virtutes appetitiuæ brutorum, non ſunt imperantes libere, ſed ſecũdum naturalem inſtinctum, bruta mouentur ad apprehenſa, 12æ.q.11.2.c
7 Voluntas imperat alijs uiribus, & etiam intellectui, 12æ.q. 71.6.2m.° 22æ.q.4.2.3m. ° q.10.2.c.° q.58.8.1m
8 Voluntas dicitur imperare improprie dupliciter. ſ. interpretatiue in quantum mouet, & ut eſt de fine. 12æ.q.1 2.1m.° 22æ.q.47.8.3m
9 ¶Imperatum.° Quilibet actus, ut eſt in poteſtate noſtra, ſubditus imperio rationis, 12æ.q.17.6
10 Actus rationis, quoad exercitium, ſemper poteſt imperari, & quoad aſſenſum, præter actum naturalem, non autem quoad apprehenſionem ueritatis, 12æ.q.17.6.o
11 °Actus uoluntatis. poteſt imperari, 12æ.q 17.5.o.
12 Primus actus uolũtatis non poteſt imperari à ratione, quia nõ fit ex ordinatione rationis. ſed ex inſtinctu naturæ, uel ex ordinatione ſuperioris cauſæ. ſ. Dei. 12æ.q.1.2. 3m. ° q. 9.4.c.°q.17.5.3m. ° 6.o.
13 Senſus exteriores, non ſubduntur imperio rationis, quia nõ poſſunt

poſſunt ſentire, niſi in præſentia ſenſibiliū, 1ª.q.81.3.3m. * 12æ.q.17.7.3m
14 Motus membrorum, in quantum membra mouentur à potentijs ſenſitiuis, ſubduntur imperio rationis, non autem ſecundum quod mouentur à potentijs naturalibus & nageratiuis, 1ª.q.81.3.2m. * 12æ.q.17.9.0. * 22æ.q.168.1.c
1 ¶Ratio cognoſcendi imperfectum, eſt ipſum, 1ª.q.14.10.4m. * 12æ.q.100 6.2m
2 Imperfectio duplex ſcilicet vna quæ eſt de ratione Imperfecti, tunc enim oportet quod adueniente perfectione imperfectum excludatur, ſicut adueniente aperta viſione, excluditur fides, de cuius ratione eſt, ut ſit nō apparentium, alia eſt imperfectio quæ non eſt de ratione rei: imperfectæ, & tunc illud numero idem, quod erat imperfectum, fit perfectum ſicut puer fit vir, 12æ q.4.4.1m
¶Implere uoluntatem conuenit ſoli Deo, quia ſolus Deus mouet eam ſufficienter, ut obiectum, 1ª.q.105.4.c. * q.106 2.c. * 12æ.q 2.2.7.8.c. * q.3.1.c
¶Importabile hoc ſolum videtur In iis, qui ex infirmitate peccant, quod diu perſeuerans in malo, & ideo dicitur q ex longanimitate Dei ſupportantur: ſed hoc ipſum quòd aliquis ex ſuperbia peccat, importabile uidetur: & ideo per patientiam Dei dicuntur ſuſtineri, qui ex ſuperbia peccāt, 22æ.q.137.5.4m
¶Importunitas eſt euagatio mentis ad illicita, ſecundum quod in arcem mentis reſidet, uolens ad diuerſa ſe diffundere, 22æ.q.35.4.3m

1 IMpoſſibilitas duplex ſcilicet uera & æſtimata, 12æ.q.40.4.3m
2 Impoſſibile aliquando pro difficili ſumitur, 22æ.q.64.2.3m. * 3ª.q.86 1.2m.fi
Imprecationes in ſacra ſcriptura, intelliguntur quadrupliciter, ſcilicet prædicendo, uel temporaliter ad correctionem, uel contra peccatum uel ſcdm uoluntatem Dei, 22æ q.25 6.3m. * q 7 .1.0. * q.83.8.1m. * 2m
¶Improuidentia & defectus intelligentiæ & ſolertiæ, pertinent ad negligentiam & inconſtantiam, 22æ.quæſt.53.2.c.fi.
1 ¶Imprudentia ſumitur tripliciter. ſ. negatiue, priuatiue, & contrarie: prima non eſt peccatum, ſed ſecunda eſt peccatum, ratione negligentiæ: tertia uero ſecundum ſe eſt peccatum mortale ſi ſit contra præceptum Dei, aliter eſt peccatum ueniale, 12æ.q.53.1.0
2 Imprudentia eſt generale peccatum participatiue, non autem eſſentialiter: cuius ſunt triplices partes ſcilicet ſubiectiue. i. monaſtica politica, & oeconomica, potentiales, ideſt præcipitatio ſeu temeritas, inconſideratio, inconſtantia, & negligentia, & integrales, quæ reducuntur ad potentiales, 22æ.q.53.2.0
3 Imprudentia per eſſentiam eſt peccatum ſpeciale, cum ſit circa actus ſpeciales, ſ. rationis, 22æ.q.53.2.c
4 Imprudentia cum ſuis uitiis, oritur ex luxuria, 22æ.q.53.6.0
¶Impudicitia eſt circa oſcula, tactus, & alios actus circunſtantes actum uenereum, 22æ.q.1.54.1.1m
1 ¶Impugnare inimicos, ut ceſſent à peccatis, eſt licitum, quia cedit in bonum eorum, & amicorum, 22æ.quæſt.83.8.3m
2 Impugnatio ueritatis agnitæ, eſt ſpecies peccati in ſpiritum ſanctum, 22æ.q.14 2.c
3 Impugnatio peccati, eſt vincenda dupliciter. ſ. fugiēdo, uel reſiſtendo: fugiendo quidem, quando continua cogitatio auget peccati incentiuum, ſicut eſt in luxuria: reſiſtendo autem, quando cogitatio perſeuerans tollit incentiuum peccati quod prouenit ex aliqua leni apprehēſione: & hoc contingit in accidia, 22æ.q.35.1.4m. * q.53.6.1m. * quæſt.142.3.c
1 ¶Impuritas eſt ex miſtione uilioris, 22æ.q.7.2.c. * q 81.8.c
2 Impuritas creaturæ rationalis eſt ex hoc, quod temporalib. per amorem ſe ſubijcit: ſicut puritas eius eſt, in eleuando ſe in Deum, 22æ.q.7.2.c. * q.81.8.c
1 In, proprie notat habitudinem continentis, 1ª.q.39.8.c.fi.
2 Eſſe in aliquo dicitur dupliciter. ſ. ut in cauſa, & ut in ſubiecto, 12æ.q.83.1.c
3 Aliquid dicitur eſſe in duobus uel in pluribus dupliciter, ſcilicet æqualiter, uel ſecundum prius & poſterius, 12æ.q.56.2.c.fi.
4 Corporalia dicuntur eſſe in aliquo, quia continentur ſpiritualia uero, quia continent, 1ª q.8.1.2m. * q.52.1.fi. * q.53 1.2.c. * 3ª q.57.4.1m. * q.62.3.3m
5 Non omnia modi in, ponuntur ab Ariſtotele, niſi reductiue, 1ª.quæſt 42.5.1m
6 Deus eſt in omni loco dupliciter. ſ. ut dans eſſe, uirtutem, & operationem locis & ut implens ea, 1ª.q.8.2.0
7 Deus eſt ſupra omnia, per excellentiam ſuæ naturæ: & in omnibus, ut cauſans eſſe omnium, 1ª.q.8.1.1m. * 3m
8 Deus eſt intimus unicuique rei: ſicut eſſe proprium cuiuſlibet rei, 1ª.q.8.c.fi. * q.105 5.c fi.
9 Deus eſt in omni re, per eſſentiam, præſentiā, & potentiam ſed tantum in ſanctis per gratiam, in Chriſto autem ſolo per unionem perſonalem, 1ª.q.8.3.0. * q.43.3.c. * q.112.1.c. * 3ª.q.2.10 2m. * q.6.1.1m
10 Deus magis eſt intra animā, quàm gratia, & quicquid aliud 1ª.q.10.1.5.c fin.
11 Nullus modorum in quos, aſſignat Ariſtoteles, explicat modum eſſendi in, qui eſt in diuinis, 1ª.q.42.5.1m
12 Deitas habitat in Chriſto corporaliter tripliciter: primo per unionem ad corpus: ſecundo non figuraliter, tertio ſecundum triplicem modum ſcilicet communem, ſpecialem, & ſingularem, 3ª.q.2.10.2m
13 Pater eſt in filio: & econuerſo, 1ª.q.42.5.0
14 Filius Dei eſt magis in patre, & econuerſo, quàm homo in filio Dei, 3ª.q.2.9.4m
15 Omnia bona & mala ſunt in ſcientia Dei, ſed tantum bona ſunt in Deo, & tantum tres perſonæ proprietates, & attributa, ſunt in eſſentia Dei, 1ª.q.18.4.4m. * q.39.8.c.fi.
16 Ea quæ in creaturis ſunt diuiſim & multipliciter, in Deo ſunt unitæ ſimpliciter, 1ª q.14.1.2m. * q.26.1.1m. * q.47.1.c.fi * q.57.1.c. * q.91.1.c. * 12æ.q.18.1.c. * 22æ.q.183 2.c
17 Creaturæ habent uerius, eſſe in Deo, quàm in ſe, 1ª.q.18.4.3m
18 Omnia ſunt in omnibus, ſcilicet ſuperiora in inferioribus cauſaliter: ſed econuerſo participatiue ſecundum rationē communem tantum, in Deo autem, ſecundum rationem propriam, 1ª.q.55.1.c.3æ. * q.57.1.c
19 Quælibet creatura eſt in Deo dupliciter ſcilicet, ut in conſeruante. & ut in uirtute cauſæ agentis, 1ª.q.8.1.0. * q.79 2.c. * q.80.1.c
20 Creaturæ ſunt in Deo dupliciter. ſ. ut in conſeruante, & ut in cognoſcente: ſecundo modo ſunt uita & eſſentia Dei, non autem primo modo, 1ª.q.18.4.1m
21 In Deo ſunt multa ſecundum rationem, quorum aliqua prius cadūt in intellectu noſtro, quàm alia, 1ª.q.44.4.4m
¶Incantatio eſt ſuperſtitioſa & illicita, ſi cōtinet aliquid ad dæmones pertinens, uel nomina ignota: uel aliqua falſa uel uana, uel aliqua ſigna præter crucem, 22æ.q.96.2.4.0
¶Incarcerare hominem, uel ligare, uel qualitercunque detinere, eſt illicitum, niſi fiat ſecundum ordinem iuſtitiæ, uel in pœnam, uel ad cautelam alicuius mali uitandi, 22æ q.65.3.0

1 INcarnari Deum, fuit poſſibile, & conueniens, 3ª.q.1.1.0
2 Deum incarnari, fuit neceſſarium ad reparādum genus humanum, ſicut ad bene: eſſe nō autem ſimpliciter, quia Deus aliter poterat reparare, 3ª.q.1.2.0
3 Si homo non peccaſſet, probabilius eſt, Deum non fuiſſe incarnatum, licet, incarnari potuiſſet, 3ª.q.1.3.0
4 Chriſtus non meruit incarnationem, nec aliquis potuit homo ex condigno, ſed tantum ex congruo, 12æ.q.98.4.c. * 3ª.q.2.11.0. * q.24.3.c.fi.
5 Incarnatio eſt generale principium, ad quod omnia officia angelorum ordinantur, 1ª.q.57 5.1m
6 Incarnatio Dei, principaliter fuit, propter liberationem hominis, 3ª.q.1.5.c. * q.40.1.c. * q.43.3.2m. * q.44.3.c
7 Incarnatio Dei, fuit ad tollēdum omne peccatum, ſed principalius peccatum originale, quia extenſiue maius eſt peccato actuali, licet intenſiue ſit econuerſo, 3ª.q.1.4.0
8 Ante Chriſti incarnationem, aliqui per fidem Chriſti liberati ſunt ſecundum ſpiritum, à damnatione peccati originalis: ſed nemo ſecundum carnem ideſt à fomite, 3ª.q.27.3.c. * q.52 5.2m
9 Incarnatio facta eſt conuenienti tempore, ſcilicet non in principio mundi, nec in fine, 12æ.q.98.6.c. * 3ª.q.1.5.6.0
10 Incarnatio corrumpatur iuuentutis, propter vigorem et feruorem, ſenectutis vero propter numerum annorum, 3ª.q.1 6.1m
11 Deus per incarnationem nullo modo mutatus fuit, 3ª.q.2.2.1m. * q.2.6.1m
12 Infinita bonitas, uirtus potentia, et ſapientia Dei, oſtenſæ ſunt per incarnationem, 3ª.q.1.1.0
¶Incautela, et in circunſpectio, includuntur ſub inconſideratione, 22æ.q.53.2.c.fi.
1 ¶Inceſtus eſt cum perſona conſanguinea uel affini, coitus prohibitus,

prohibitus, quadruplici ratione. ſ. primo quia naturaliter homo debet quandam honorificentiam parentibus, & per conſequens alijs conſanguineis: ſecundo quia perſonas ſanguine coniunctas neceſſe eſt ad inuicem ſimul conuerſari, tertio, quia per hoc impediretur multiplicatio amicorum, quarto, quia cum naturaliter homo conſanguineam diligat, ſi adderetur amor, qui eſt commixtione uenerea, fieret nimis ardor amoris, & maximum libidinis incentiuum, quod caſtitati repugnat 22æ.q.154.c.1.9.0.

2 Inceſtus eſt, determinata luxuriæ ſpecies. 22æ.quæſt.154.1.c.°9.0.

5 Cum ex inceſtu, quo quis cognouerit uxoris conſanguineam quędam contrahebatur affinitas ante contractum matrimonium, etiam poſt ſponſalia ex tali inceſtu impeditur matrimonium, poſt contractum uero minime, ſe tantum ſic peccans iure priuatur petendi debitum. 5.q.58.4.0.

¶ Incineratio non conuenit corpori Chriſti. 3ª.q.51.3.0.°q.53.1.c.1m.

1 ¶ Incipere ſignificat eſſe nunc, & non prius, ideo ab inferiori ad ſuum ſuperius cum eo, non ualet conſequentia. 3ª.q.16.9.2m.

2 Formæ incipiunt eſſe actu, & deſinunt, per accidens tantum, ſcilicet ad generationem & corruptionem compoſiti. 1ª.q.45.8.c.1m.

1 ¶ Quælibet inclinatio naturæ, uel uoluntatis, eſt tantum è Deo. 1ª.q.103.8.c.°q.105.4.c.°q.10.2.c.ſi.1ª.q.111.2.c.°22æ.q.9.1.c.22æ.q.26.6.c.

2 Omnis inclinatio eſt ad ſimile ſibi, & conueniens. 12æ.quæſt. 8.1.a.

3 Inclinationes naturales ſunt principia omnium ſuperuenientium, 22æ.q.155.2.c.

¶ Inconſideratio eſt ſpeciale peccatum imprudentiæ, & opponitur rectitudini iudicij in moralibus. 22æ.quæſt.53.2.c.°4.0.5.c.

1 ¶ Inconſtantia eſt ſpeciale peccatum imprudentiæ, deficiens à proſequendo, bonum propoſitum, cuius principium eſt in appetitu, finis autem in intellectu, 22æ.q.53.2.c.ſi.°5.0.

2 Inconſtantia circa abſtinentiam è delectabilibus, eſt filia luxuriæ, licet etiam quæ eſt in terribilibus, oriatur ex luxuria. 22æ.q.53.5.2m.

3 Inuidia, & ira quæ eſt principium contentionis, faciunt inconſtantiam ex parte appetitus. 22æ.q.53.5.2m.

4 Conſtantia & inconſtantia ſunt in ratione. 22æ.q.53. .5m.

INcontinentia propriè eſt circa concupiſcentias tactus, ſecundum quid autem, eſt circa honores, diuitias, & huiuſmodi improprie uero eſt circa uirtutes: prima eſt peccatum dupliciter, ſcilicet recedendo à ratione, & immergendo ſe turpibus, ſecunda tantum primo modo, tertia uero non eſt peccatum: ſed eſt perfectio uirtutum. 22æ.q.155.2.c.° quæſt. 156.2.0.

2 Species incontinentiæ ſunt duæ. ſ. præuolatio conſilij, & debilitas in præconſiliatis. 22æ.q.157.1.c.

3 Incontinentia pertinet ad corpus occaſionaliter, ſed per ſe, cauſatur ab anima non reſiſtente paſſionibus. 22æ. quæſt. 156.1.0.

4 incontinens uincitur à paſſionibus non quidem cogentibus, ſed uehementer impellentibus, & propter negligentiam, 12æ.q.77.2.0.°22æ.q.156.1.3m°2.1m.

5 Incontinens ante conſilium, eſt ex impetu paſſionis, propter uelocitatem, ut in cholericis uel propter uehementiam, ut in melancholicis, qui propter terreſtrem complexionem, uehementiſſime inflammantur, ſed poſt conſilium eſt propter mollitiem complexionis, ut in flegmaticis. 22æ.quæſt. 156.1.2m.

6 Mulier non dicitur continens, nec incontinens: quia ratio habet firmum iudicium rationis, propter, debilitatem complexionis. 22æ.q.156.1.1m.°2m.

7 incontinens peccat ex paſſione, errans circa particulare, ut nūc ideo ſanabilior eſt, & minus malus intemperato: quia intemperatus peccat ex habitu, errans circa ultimum finem. 12æ. q.78.4.c.°22æ.q.156.3.0.

8 Libido concupiſcibilis, eſt maior in incontinente, quàm in intemperato, ſed econuerſo de libidine uoluntatis, 22æ.quæ. 156.5.3m.

9 °incontinens iræ, audit rationem: ſed imperfecte, incontinens autem concupiſcentiæ, totaliter eam non audit. 22æ.q.55.6.1m.°q.156.4.c.2m.

10 incontinentia iræ, eſt peior ratione mali accidentis, quàm incontinentia concupiſcentiæ, ſed ratione paſſionis, eſt ecōuerſo quadruplici ratione. ſ. primo quia motus iræ percipiat aliqualiter rōe, ſed motus concupiſcentiæ totaliter eſt ſecundum ſenſum, & nullo modo ſecundum rationem ſecundò quia motus iræ, magis conſequitur corporis complexionem: tertio quia ira quærit manifeſte operari, ſed cōcupiſcentia quærit latebras, & doloſe ſubintrat: quarto quia concupiſcens delectabiliter operatur. ſed iratus, quaſi quadam triſtitia præcedente coactus. 22æ.q.156.4.0.°q.158.4.0.

11 Incorporalia in loco non eſſe eſt communis animi cōceptio, apud ſapientes tantum. 1ª.q.2.1.c.°q.52 1.1m.

1 incorporari Chriſto, contingit dupliciter. ſ. numero, & merito 22æ.q.1 9.5m.

¶ incorruptibile triplex. ſcilicet naturale ex parte materiæ. i. carens materia: uel habens materiam in potentia ad unam tantum formam, uel gloriæ ex forma, uel innocentiæ ex agente. 1ª: q.97.1.c.

¶ incubus dicitur dæmon coiens cum muliere, ſuccubus autē, dæmon coiens cum uiro. 1ª.q.51.3.6m.

¶ °indigeſtio contingit præter ordinem uirtutis nutritiuæ, ex aliquo impedimento, puta ex groſſitie cibi, uel frigiditate, uel caliditate, uel huiuſmodi. 1ª.q.103 7.c.°q.115.6.5m.

¶ indignatio eſt filia iræ 22æ. quæſt. 37.2.1m.°quæſt.41.2.0.°q.158.7.0.

¶ inditum duplex, ſcilicet pertinens ad naturam & per gratiam, primum conuenit legi naturæ. ſecundum autem legi nouæ, 12æ.q.106.1.2m.

1 indiuiduum eſt id quod indiuiſum eſt in ſe, & diuiſum à quolibet alio, ultima diuiſione. 1ª.q.29.4.c.

2 ¶ Pars in toto, eſt indiuiduum, ut manus. 1ª.q.29.1.2.c.°3ª.q.16.12.2m.

3 indiuiduum ut ſic, eſt diuiſum ab omnibus alijs, 1ª.q.15.9.c.

4 °Hæc nomina indiuiduum particulare, & ſingulare dicuntur de partibus, ut de manu, ideo in Chriſto poſſunt dici multa eſſe indiuidua ſecundum numerum partium eius, 1ª.q.29.1°2.c.

5 Omne nomen indiuidui, eſt incommunicabile re, & ratione, niſi ſecundum ſimilitudinem. 1ª.q.15.9.c.

6 Duo ſunt de ratione indiuidui. ſ. incommunicabilitas, & non poſſe eſſe in pluribus. 3ª.q.77.2.c.

7 °Compoſitum ex materia & forma determinata, eſt indiuiduum. 1ª.q.30.4.c.

8 incorruptibilibus, eſt tantum unum indiuiduum uniuſ ſpeciei, quia ſpecies ſufficienter conſeruatur in uno, 1ª.q.49.2.c.°q.119.1.c.

9 indiuiduum duplex. ſ. indiuiduum uagum, & indiuiduum ſignatum. 1ª.q.30.4.c.

10 Principiū indiuiduationis in rebus materialibus eſt duplex. ſ. materia prima & quantitas dimenſiua. 3ª.q. 77.2.c.

11 °Materia eſt principium indiuiduationis 1ª.q.3.5.c.°q.30.1.5m.°2.c.°q.54.3.2m°q.56.1.2m.°q.75.4.5.c.° q.85.1.c.° 5.4m.°q.86.13.c.° 12æ.q.65.1.c.

12 Forma receptibilis in materia, indiuiduatur per materiam: quæ autem non eſt receptibilis in materia indiuiduatur p ſeipſam. 1ª.q.5.2.3m.°5.c.°q.13.9.c.°3ª.q.77.2.c.

13 Hæ carnes, & hæc oſſa, & hæc anima, ſunt principia indiuiduantia hominem 1ª.q.29,2.5m.°4.c.°q.50.4.c.°q.53.2.c.°q.75.4.c.5.q.85.1 2m.

14 indiuidua compoſita, ſubſtant ratione materiæ, ſed ſubſiſtūt ratione formæ, 1ª.q.29.2.5m.

15 indiuiduatio quantum ad incommunicabilitatem eſt in Deo non autem quantum ad materiā. 1a.q.3.3.5m.°q.29.3.4m

16 Dimenſio dupliciter indiuiduatur, ſcilicet ratione ſubiecti, ſicut & alia accidentia, & ratione ſitus, 22æ.q. 24.5.1m.°3ª.q.77.2.c.

17 Subſtantia indiuiduatur per ſeipſam, ideo indiuiduum eius habet ſpeciale nomen, ſcilicet hypoſtaſis, non autem accidentia, quia indiuiduantur per ſubiectum. 1ª.q. 29.1.c.°q.19.1.5.c.

18 Omne indiuiduum ſubſtantiæ dicitur hypoſtaſis, ſecundum proprietatē nominis, ſecundum uſum autem, ſola indiuidua rationalis naturæ 1ª.q.29.2.1m.

19 Singulare, particulare, & indiuiduum ſunt in quolibet genere entis, ſed ſuppoſitum, hypoſtaſis res naturæ, & perſona, ſunt in ſolo genere ſubſtantiæ, 1ª.q.29.1.2.c

1 ¶ indiuiſibile duplex, ſcilicet terminus cōtinui, & extra genus eius: ſecundum poteſt eſſe ſimul in pluribus locis, temporibus, & partibus, non autem primum. 1ª.q.8.2.2m.°q.52,1.c.°q.53.1.1m.

2 indiuiſibile triplex. ſ. actu, ut continuum, per ſpeciem, ut ratio hominis: & in potentia, ut punctus, primum & ſecundū prius cognoſcitur quàm diuiſio, tertium autem poſterius, 1ª.q.11.2.4m.°q.85.8.0.°q.87.3.c.

1 ¶ Indulgentiæ quę merita ſupererogationis Chriſti, & ſanctorum ſunt, nō mō ad iniunctas in hoc ſæculo pro peccatis contritis & confeſſis, pœnitentias ualēt, ſed ad abſolutionem

nem à pœnis in futuro ſæculo pro peccatis in purgatorio exoluendis.5.q.25.1.9.
2 Indulgentiæ tantum ualent quantum prædicantur, ſi ab habente poteſtatem, fidelibus Chriſti uiuis membris, ad honorem Dei,& proximi utilitatem conferantur. 5.q.25.2.c.
3 Licet pro temporali ſubſidio ad ſpiritualia ordinato indulgentias conferre,non autem pro tempore ſimpliciter.5.q.25.3.0.
4 Non omnes ſacerdotes,ſed ſolus Epiſcopus poteſt indulgentias facere,5.q.26.1.c.
5 Poſſunt indulgentias facere etiam non ſacerdotes. 5.quæſt.26.2.0.
6 Solus Papa plenarias indulgentias pro libito ſuæ uoluntatis,legitima tamen exiſtente cauſa,facere poteſt,cæteri autem Epiſcopi,quantum ſibi à Papa taxatum fuerit.5.q.26.3.0.
7 Poteſt prælatus in peccato mortali exiſtens,indulgentias facere.5.q.26.4.c.
8 Mortalibus criminibus obnoxiis nullatenus indulgentiæ proſunt,ſed contritis & confeſſis.5.q.27.1.c.
9 Non tantum laicis,ſed etiam religioſis indulgentiæ proſunt. 5.q.27.2.0.
10 Indulgentiam minime conſequuntur, qui id non efficiunt, pro quo indulgentiæ dantur.5.q.27.3.0.
11 Tametſi non poſſit prælatus ſibi indulgentiam facere aliis tamen cõceſſa, pro ſe etiam uti poteſt.5.q.27.4.0.
¶Induſtria duplex.ſ.una de neceſſariis ad ſalutem, alia de iis quæ ſunt ad bene eſſe.prima eſt in omni exiſtente in gratia non autem ſecunda,22æ.q.47.15.3m.*14.1m.
Inæqualitas rerum,eſt à Deo:quia ſicut diuina ſapientia cauſa eſt diſtinctionis rerum,propter perfectionem uniuerſi, ita,& inæqualitatis:non enim eſſet perfectum uniuerſum ſi tantum unus gradus bonitatis inueniretur in rebus.1ª.q.47.2.0.*q.65.2.3m.
1 *Infamia publica tenet locum accuſatoris,* in denunciatione enim non intenditur punitio peccantis,ſed emendatio. Et ideo nihil agitur contra eum,cuius peccatum denunciatur,ſed pro eo.Et ideo ibi non eſt neceſſarius accuſator.22æ q.67.3.2m.
2 Non infamato, aliquando alii infamantur, quia ſecundum Auguſt. cum de aliquibus qui ſanctum nomen profitentur,aliquid criminis uel falſi ſonuerit,uel ueri patuerit,inſtant,ſatagunt,ambiunt ut de omnibus hoc credatur, 22æ.q.33.7.c.&.3m.
1 Infidelis non debet permitti habere dominium nouum ſuper fideles,ſed tãtum antiquum,quo etiam priuari poteſt, ſed permittit eccleſia,quòd infideles accipiunt à fidelibus miniſterium in aliquo artificio:nam ſerui ſubiiciũtur dominis ſuis ad totam uitam, & ſubditi præfectis,ad omnia negocia, ſed miniſtri artificum, ſubiiciuntur eis ad aliqua ſpecialia opera,unde periculoſius eſt, quòd infideles accipiant dominium, uel prælationem ſuper fideles, quam quòd accipiant ab eis miniſterium in aliquo artificio: & ideo ſecundum permittit eccleſia:non autem primum.22æ.q.10.10.0.
2 Res infidelium ſi ipſi delinquãt,licet auferre per uim,auctoritate publica,non autem auctoritate priuata.22æ.q.10.10.c.*q.66.8.2m.
3 Infideles qui nunquam fuerunt de fide eccleſiæ, ſcilicet Iudæi & pagani, non reputantur hæretici, licet peruerſam fidem habeãt, ſunt tamen compellendi à fidelibus ſi adſit facultas, ut fidem non impediant,uel blaſphemiis,uel malis perſuaſionibus, uel etiam apertis perſecutionibus. 22æ.quæſt.10.8.0.
4 Infideles uero qui aliquando ſumpſerunt fidem,ſcilicet hæretici,debent cogi ad fidem non autem alii, ſcilicet Iudæi & pagani,22æ.q.10.8.0.
5 Non omnes actus infidelium, ſunt peccata, ſed aliqui actus eorum ſunt boni,ex eſſentia obiecto, uel circunſtantia, & placent Deo,nullus tamen meritorius.22æ.q.10.4.0.*q.23.7.1m.
6 Nullum peccatum ueniale poteſt eſſe in infideli, antequam peccet mortaliter,12æ.q.89 6.0
7 Primi motus non ſunt peccata mortalia fideli, nec infideli. 12æ.q.89.5.0.*22æ.q.158.2.1m.
8 Grauius peccat fidelis quàm infidelis,in eadem ſpecie peccati ſimpliciter autem econuerſo, 12æ.q.73.8.c.&.*q.89.5.c.*22æ.q.10.3.3m.
9 Et infideles contemnunt fidem, ſi fidelium defectus cognoſcant.22æ.q.10.10.c.
10 Illis infidelibus temporaliter eccleſiæ uel eius membris ſubiacent,ſtatuit eccleſia, ut ſeruus Iudæorum, cum fuerit factus Chriſtianus, ſtatim à ſeruitute liberetur, nullo precio dato, & ſimiliter ſi infidelis exiſtens fuerit tempus ad ſeruitiũ &c. In illis autem infidelibus qui tẽporaliter eccleſiæ,uel membris non ſubiacent, ius dominii, & prælationis,& dictorum, eccleſia non ſtatuit: licet poſſet ſtatuere de iure, & hoc facit ad ſcandalum uitandum, ne nomen Domini & doctrina blaſphemetur.22æ.q.10.10.c.ſi.*quæ.66.8.2m.
1 ¶Infidelitas ſumitur dupliciter.ſcilicet negatiue,& contrarie, id eſt repugnando,uel contemnendo:& eſt peccatum, non autem primo modo,ſed eſt pœna, 22æ.quæſt.10.1.0.*6.ſi.*q.34.2.2m.
2 Ratio infidelitatis,perficitur in contemptu:ideo eſt in uoluntate ut in cauſa,ſed eſt in intellectu, ut in ſubiecto,22æq.10 1.c.*2.0.
3 Species infidelitatis ſunt tantum tres.ſ.paganorum, Iudæorum,& hæreſis.22æ.q.10.5.0.*q.12.1.c.*q.94.1.1m.
4 Infidelitas hæreticorum,eſt grauior,quàm Iudæorum,& hæc quàm paganorum.22æ.q.10.6.0.
5 Infidelitas eſt grauiſſimum omnium peccatorum circa mores:non autem peccatorum contra uirtutes theologicas. 22æ.q.10.3.0.*q.13.3.c.*q.39.2.0.*3ª.q.80.5.c.
6 Infidelitas eſt ultimum peccatorum,ad quam homo quandoque per alia peccata perducitur.22æ.q.162.7.3m.
7 Infidelitas ſecundum quod eſt peccatum, oritur ex ſuperbia. 22æ.q.10.1.3m.
8 Infidelitas eſt in intellectu ſubiectiue,ſed eſt in uoluntate imperatiue,ideo actus eius eſt demeritorius.22æ.q.10.2.c.
9 Inter infideles uerum eſt matrimonium,quamuis nõ ita perfectum,ſicut inter fideles.3.q.59.2.c.
10 Cum inter infideles uerum matrimonium ſit,non propterea diſſoluitur eius uinculum,quod alter coniugum ad fidem conuertitur altero in infidelitate manente,ſolui tamen poteſt & quo ad habitationem: & debiti ſolutionem, ſi nulla adſit correctionis ſpes.3.q.59.3.0.
11 Conuerſus ad fidem poteſt dimittere uxorem,nec ſecum cohabitare,cum conuerti non uult,nec illi debitum reddere tenetur.3.q.59.4.c.
12 Vir diſcedens ab infideli uxore,nolẽte cohabitare, ſine creatoris contumelia,poteſt illã dimittere & alteram ducere.ſi autem uelit pacifice cohabitare poteſt quidem illam dimittere,non autem aliam ducere.3.q.59. .c.
13 Coniugium ſi ratificatum fuerit quantum ad uinculum ſpectat,nulla ex cauſa ſolui poteſt,alioquin poteſt dirimi infidelitate,non adulterio,uerum quantum ad actum dirimi poteſt fornicatione cum corporali tum ſpirituali, propter cætera uero uitia nequaquam, niſi ad tempus,caſtigandi ſui cauſa.3.q.59.6.0.
1 ¶Nihil præter Deum eſt infinitum actu,nec poteſt eſſe etiam per potentiam Dei,nec ſecundum eſſentiam, nec ſecũdum eſſe,nec ſecundum uirtutem ſeu potentiam, nec ſecũdum magnitudinem,nec ſecundum multitudinem, 1ª.q.7.2.3.4.0.*q.45.5.3m.*q.50.2.4m.*q.86.2.c.
2 Non inconueniens eſt aliquod creatum ſic eſſe infinitum, quod non finiatur ab alio.1ª.q.10.3.4m.*q.50 2.4m.
3 Infinitum ſecundum eſſentiæ rationem,eſt ſolus Deus. 1ª.q.10.3.3m.
4 id quod eſt ſimpliciter & omnibus modis infinitum, non poteſt eſſe niſi unum,ſed ſecundum aliquid poſſunt eſſe plura 1ª.q.10.3.3m.
5 Si eſſet infinitum numero uel continuitate,eſſet finitum ſecundum eſſe & eſſentiam, & eſſet menſurabile a ſcientia Dei.1ª.q.7.2.c.*q.14.12.3m.*3ª.q.10.3.2m.
6 Infinitum eſt in diuiſione magnitudinis,non autem in appoſitione.1ª.q.7.3.3m.
7 infinitum non eſt ſubſtantia,ſed accidit rebus:ideo ſicut multiplicatur ſecundum ſubiecta, ita & proprietas eius. 1ª.q.19.3.3m.
8 Ratio infiniti priuatiue conuenit quantitati,non autem negatiue.1ª.q.7.1.2m.
9 Infinitum materiale,conuenit quãtitati,non autem infinitũ formale,1ª.q.7.1.2m.*3.3m.*4m.*q.25.2.1m.*3ª.q.10.3.1m
10 infinitum repugnat cuilibet ſpeciei magnitudinis,non autẽ magnitudini in communi,1ª.q.7.3.2m.
11 infinitũ duplex. ſ. negatiue dictum priuatiue. 3ª.q.10.3.1m.
12 infinitum duplex.ſ.ſecundum materiam, & ſecundum formam.1ª.q.7.1.0.*q.25 2.1m.*q.86.2.1m.* 3ª.q.10.3 1m.
13 infinitum duplex,ſ.ſimpliciter,& ſecundum quid.1ª.q.7.2.c
14 infinitum ſecundum quid duplex,ſ.potentia ad infinitas formas,ut materia,uel non limitatum per materiam, uel intelligentia,1ª.q.7.2.c.

15 Id quod eſt infinitum uno modo, poteſt eſſe finitum alio modo, 3ª.q.10.2.2^{m}

16 Virtus infinita, non poteſt eſſe in magnitudine, 1ª. q.25.2. 3^{m}.*q.105.2. 3^{m}

17 Infinitum comprehenditur ab infinito, quia nihil eius eſt extra cognoſcentem, non autem attingendo fines eius, 1ª. q.14.3.1^{m}.* 2^{m}.* 12.1^{m}.* 2^{m}

18 Nullus intellectus, cognoſcit infinitum in quantum huiuſmodi, ſcilicet numerando partem poſt partem, 1ª.q.14. 12.1^{m}.*q.86.2.0.* 3ª.q.10.3.1^{m}

19 Intellectus noſter dicitur intelligere infinita, in quantum intelligit univerſale, continens infinita in potētia, 1ª. q.7 2.2^{m}.*q.14.12.c.ſi.*q.86.2.3^{m}.*12.q.30.4.2^{m}.* 3ª. q. 10. 3.2^{m}

20 Infinitum ſecundum materiam, eſt ignotum, non autem infinitum ſecundum formam, 1ª.q.12.1.2^{m}.* q.86.2.1^{m}. * 3ª.q.10.3.1^{m}

21 Infinitum materiale eſt imperfectum, ſed infinitum formale, eſt ſummæ perfectum, 1ª.q.7.1.c.1^{m}. *q.23.2.1^{m}

22 Infinito ſimpliciter quoad omnia, nihil poteſt eſſe maius, ſed infinito ſecundum aliquid determinatum, eſt aliquid maius extra illum ordinem, non autem in illo ordine, 3ª. q.10.3.3^{m}

23 In entibus per accidens, itur in infinitum, non autem in entibus per ſe, 1ª.q.46.2.7^{m}.* 12æ.q.1.4 0

1 ¶ Infirmitas in malis voluntarijs, ſubeſt poteſtati hominis, ideo non tollit, nec minuit ratione culpæ, 12æ.q.21.2.3^{m}

2 Infirmitas animæ, ex qua dicitur aliquod peccatum, eſt paſſio eius, non moderata à ratione, 22æ.q.77 3.0.* quæſt. 85 3.4^{m}

3 Infirmitas alleviat peccatum, in quantum diminuit voluntarium, 12æ.q.47.2.c. *q.73.6.c. *q.77.6.7.0. * q. 88.2.c.* q.105.2.1^{m}.* 22æ.q.*4.3.c.* q.130.4.3^{m}. *q 154.3.1^{m}

4 Peccatum ex infirmitate, imputatur homini ad peccatum mortale, in quantum fuit in poteſtate eius, reprimere paſſionem, 12æ.q.77.7.8.0

1 ¶ Ingenitum ſumitur tripliciter, ſcilicet negatiue extra genus, in genere Dei, & in genere principij diuini, primum conuenit etiam creaturis non generatis, ſecundum ſpiritui ſancto, tertium autem, eſt notio patris tantum, 1ª.q. 33.4.0

2 Ingenitum per duplex .N. eſt increatum, ſeu æternum, per ſimplex autem .N. genitum eſt non generatum, 1ª.q.33. 4. 3^{m}

3 Ingenitum & innaſcibilitas, nihil ponunt de intellectu eorum, ſed aliquid præſupponunt, 1ª.q.33.4.1^{m}

4 Pater in diuinis potius dicitur ingenitus, quàm inſpiratus, triplici ratione, ſcilicet prima eſt, quia proceſſio ſpiritus ſancti, ſecundum ordinem naturæ præſupponit generationem filij, ſecunda quia per hoc quòd dicitur ingenitus ſecundum quod eſt notio patris, tollitur omnis modus communis conſequendi generationem. Hoc enim conuenit patri in quantum eſt generationis principium, ut nullo modo generationem conſequatur, tertia quia negatio ingeniti fundatur ſuper rationem principij, 1ª.q. 33.4.5^{m}

1 INgenium. * Velocitas ingenij, pertinet ad perfectionem hominis, quoad bene eſſe eius, 12æ.q.4.5.c.* 1.0

1 INgratitudo quælibet eſt peccatum, quia tollit debitum gratitudinis, quod eſt debitum honeſtatis, 22æ. quæſt. 107.1.0

2 Ingratitudo pertinet ad primam & ſecundam ſpeciem ſuperbiæ, 22æ.q.162.4.3^{m}

3 Ingratitudo eſt ſpeciale peccatum, ratione contemptus beneficij, ſed eſt circunſtantia, reſpectu aliorum peccatorum 22æ.q.107.2.0.* 3ª.q.88.4.0

4 Ingratitudo eſt peccatum mortale, & aliquando ueniale, 22æ.q.107.3.0

5 Ingratitudo proueniens ex peccato mortali, habet perfectam rationem ingratitudinis, ſed proueniens ex ueniali imperfectam, 22æ.q.107.3.c.1^{m}

6 Obliuio beneficij ex natura, excuſat ab ingratitudine, non autem obliuio ex negligentia, nec impotentia recompenſandi beneficium, quia ad gratitudinem ſufficit bona uoluntas, ubi deeſt facultas, 22æ.q.106.3.5^{m}.*q.107.1.2^{m}

7 Ingratitudo non eſt reſpectu adiuuantis peccare, quia non confert beneficium: ideo non debetur ei gratiarum actio, 22æ.q.107.1.1^{m}

8 Ingratus dicitur dupliciter ſcilicet per ſolam omiſſionem actus gratitudinis, & per actum contrarium gratitudinis, 22æ. quæſt. 107. 2. 3. c

9 Gradus ingratitudinis triplex, ſcilicet non retribuere, diſſimulare, & peſſimus ex negligentia obliuiſci: ſed reddere mala pro bonis, reducitur ad primum, Vituperare beneficium, ad ſecundum: ſed id reputare malefactum, ad tertium, 22æ.q.107.2.3.c

10 Ingratitudo contra Deum, contingit dupliciter. ſ. agendo contra beneficium eius, per quodcunque peccatum mortale, & agendo contra formam eius quadrupliciter. ſ. per odium proximi, per apoſtaſiam à fide, per contemptum confeſſionis, & per dolorem de pœnitentia præterita, ideo per ingratitudinem horum ſcilicet ſpecialiter peccata dimiſſa redeunt, 3ª.q.88.2 0

11 Ingratus, meretur priuari beneficio, tamen dans beneficiũ, non debet ei ſubtrahere: ne fiat peior, 22æ. q.107.4.0.* q. 121. 3.4^{m}

12 Ingratitudo non incurritur per peccatum ueniale: nec peccata dimiſſa redeunt, quia peccatum ueniale non eſt contra Deum, ſed præter eum, 3ª.q.88 2.2^{m}

13 Peccata uenialia redeunt per ingratitudinem, ſicut & peccata mortalia: quia remiſſio utrorunque, aſcribitur beneficio Dei contempti, per recidiuum, 3ª.q 88.2.2^{m}

14 Similiter eſt de peccato originali, 3ª.q.88.2.2^{m}

15 Peccata dimiſſa, redeunt per recidiuum, quantum ad effectum, quia ex peccatis dimiſſis, relinquitur in peccans ſequentibus deformitas quædam ingratitudinis, non autem redeunt quantum ad priorem maculam, uel reatum, 3ª.q.88.1.0.* 2.3.c

16 Per ſequens peccatum, non redditur tantus reatus, quantus erat omnium peccatorum præteritorum, ſed ſecundum quantitatem contemptus in ingrato, 3ª.q.88.3.0

17 Ingratitudo ſecundum quam peccata redire dicuntur, incurritur ex quolibet peccato, quia omne peccatum eſt contra Deum, ideo talis ingratitudo nõ eſt ſpeciale peccatum, 22æ.q.107.2.1^{m}. * 3ª.q.88.4.0

1 Inhumanitas eſt idem quod obduratio contra miſericordiam, 22æ q.118 8.3^{m}.ſi.

2 Inhumanitas eſt filia auaritiæ, ſicut & obduratio contrà miſericordiam, 22æ.q.118 8 c

¶ Iniquitas propriè eſt in proximum, ſed peccatum eſt in ſe ipſum, impropriè uero ſunt idem. 12æ.q.33.1.1^{m}. *q.110. 4. 4^{m}

INiuſtitia duplex ſcilicet illegalis, oppoſita iuſtitiæ legali ita ſecundum inæqualitatem ad alterum, prima eſt generalis intentione, & ſpecialis obiecto: ſecunda uero eſt ſpecialis utroque modo, 22æ.q.59.5.3^{m}.*q.59.1 0.* q.79.1.1^{m}

2 Iniuſtitia ſemper eſt ad alterum. 12æ.q.59.3.2^{m}

3 Faciens iniuſtum ex electione, eſt iniuſtus: non autem ſi præter intentionem ſcilicet per ignorantiam, uel ex paſſione, 22æ.q.59.2.0.* 4.1^{m}

4 Iniuſtitia eſt circa operationes exteriores, 22æ.q.60.3.3^{m}

5 Exceſſus in pœnis, quoad illud quod exterius agitur, pertinet ad iniuſtitiam, ſed quoad auſteritatem animi, quæ prompte hoc ſit, pertinet ad crudelitatem, 22æ.q.159.1.1^{m}

6 Nullus uolens, patitur iniuſtum formaliter, nec aliquis agit iniuſtum formaliter, niſi uolens. 22æ.q.59.3.0. * q. 66.4.c

7 Aliquis poteſt facere iniuſtum, nullo patiente iniuſtum formaliter, & econuerſo, ſed materialiter ſemper ſe comitantur, 12æ.q.59.3.3^{m}

8 Facere iniuſtum formaliter, eſt peccatum mortale, niſi in minimis, 22æ.q.59.4.0. *q.69.1.c.* q.70 4 c. *q.110.3.c

Omne peccatum, eſt iniuſtitia, 12æ.q.113.1.1^{m}.*.22æ.quæſt. 52.1.1^{m}

¶ Innaſcibilitas eſt notio patris, & proprietas eius, non autem eſt notio perſonalis, 1ª.q.32.3.c. * q 33.4.0

1 ¶ Innocentia & tempus amiſſum, ſunt irrecuperabilia, 3ª. q.89.3.c

2 Innocentes mortui pro Chriſto in Bethleem, fuerunt martyres, 22æ.q.124.1.1^{m}.*3ª.q.36.2.3^{m}

3 Vſus rationis, miraculoſe acceleratus eſt ſecũdum aliquos in innocentibus, 22æ. q.124 1.1^{m}

4 Homines in ſtatu innocentiæ fuiſſent inæquales ſexu, ætate, iuſtitia, ſcientia, robore, pulchritudine, complexione, & quantitate: tamen ſine defectu, animæ, & corporis, 1ª.q. 92.1.2^{m}. *q.96.3.4.c

5 Tunc fuiſſet emiſſio ſuperfluitatum, ſed ſine ulla indecentia, 1ª.q.97.3.4^{m}

6 Tunc homines uixiſſent in communi poſſeſſionum, 1ª. q. 98.1.3^{m}

7 Tunc homo fuiſſet ſicut angelus, per ſpiritualem mentem, 1ª.q.98.2.1^{m}

8 Con-

8 Continentia & pœnitentia, non fuiſſent tunc, ſaltem ſecundum actus quos nunc habent, 1ª.q.95.3.c.° q.98.1.3m
9 Nec matrimonium tunc fuiſſet in remedium, nec ut ſacramentum, ſed fuiſſet in officium naturæ, 3ª.q.61.2.3m
10 °Actus matrimonij, tunc ſoluiſſet integritatem carnis, non autem mentis: nunc autem ſoluit utroque modo ſecundum actum, non autem ſecundum habitum: ſicut in coitu vitioſo, 12ª.q.34.1.1m
11 °Tunc fuiſſet partus ſine dolore, 22æ. q.164.2.c.1m
12 °Tunc ſacramenta non fuiſſent neceſſaria, quia non acce-piſſent homines cognitionem ex ſenſibilibus, 3ª.q.61.2.0
¶ Innouatio mundi, fiet in fine mundi, non quidem ſecundum ſubſtantiam, ſed ſecundum qualitatem, nec fiet naturaliter, ſed ſupernaturaliter, 1ª.q.66.3.0

1 INobedientia duplex, ſcilicet generalis, id eſt quicunque receſſus à præcepto: & ſpecialis, id eſt contemptus eius, 22æ.q.104.2.1m.° q.105.1.1m.° 2.3m
2 Omnis inobedientia formaliter, id eſt ex contemptu: eſt peccatum mortale, 22æ.q.69.1.c.° q.105.1.0
3 Inobedientia non eſt peccatum in ſpiritum ſanctum, niſi ſit ei annexa obſtinatio, 22æ.q.105.2.2m
4 Inobedientia eſt tanto grauior, quanto præcipiens eſt maior, & quanto præceptum eſt magis intentum, 22æ.queſt.105.2.0

1 INquirere. °Sicut inquiſitio pertinet ad rationem ita & iudicium pertinet ad intellectum, 22æ.q.49.5.3m.° q.53.4.c
2 Inquirere de dictis uel factis aliorum, ad utilitatem ſui, vel aliorum, eſt laudabile, ſi autem ad malum, uel inutiliter, eſt uitioſum, 22æ.q.167.2.c.3m
3 Debitor certæ perſonæ, tenetur inquirere eam, ut prælatus ſubditum, non autem debitor incertæ perſonæ, 22æ.q.33.2.3.4m
Inſania duplex ſcilicet excludens totaliter vſum rationis, alia priuans affectum humanum. Prima opponitur prudentiæ, ſecunda uero manſuetudini & clementiæ, 22æ.q.150.4.3m.° 157.3.3m.° q.175.2.2m
1 Inſenſibilitas eſt vitium, quo prætermittuntur neceſſaria vitæ contra rationem, ideo eſt peccatum, 22æ.q.142.1.0
2 Inſenſibilitas non multum contingit, ideo ipſa, & omnes ſpecies eius oppoſitæ diuerſis ſpeciebus temperantiæ, ſunt innominatæ: & contrariantur temperantiæ & intemperantiæ, 22æ.q.150.1.1m
Vitium contrarium luxuriæ, continetur ſub inſenſibilitate, ſed non tangitur in multis, eo quòd homines magis ſunt proni ad delectationes, & accidit hoc vitium in eo qui in tantum deteſtatur mulieris uſum, quod etiam vxori debitum non reddit, 22æ.q.153.3.3m
1 Inſidiæ non propriè ſunt fraudes, nec opponuntur iuſtitiæ, nec ordinatæ uoluntati: ideo licet eis uti in bello iuſto, ut patet in libro ſtratagematum Francorum, 22æ.q.40.3.0.° q.7ª.3.3m
2 Inſipientia eſt idem quod ſtultitia, & contrariatur ſapientiæ, 22æ.q.46.1.1m
3 Inſtabilitas eſt mutabilis loci, uel propoſiti, 22æ.q.55.4.3m
4 ¶ Nihil temporis eſt, niſi inſtans eius, 1ª.q.46.3.3m
4 Inſtans in toto tempore, eſt idem ſubiecto, differens ratione, 1ª.q.10.4.2m
5 °Inter quælibet duo inſtantia, qualitercunque ſignentur, ſemper eſt accipere tempus medium, 1ª. q.53.3.c. °q.63.6.4m.° 3ª.q.75.7.1m
6 4 Puncta in linea poſſunt accipi, intrinſeca, & extrinſeca: inſtans uero, extrinſecum tantum, 3ª.q.75.7.1m
7 5 Primum inſtans in quo res habet eſſe, datur: non autem ultimum, 1ª. q.53.3.c.° 12æ.q.113.7.1m.° 3ª.q.33.1.3m.° q.75.7.1m
8 6 Omne agens poteſt operari in primo inſtanti in quo eſt, niſi ſit imperfectum, uel impeditum, uel actio eius ſit ſucceſſiua, 1ª.q.42.2.c.° q.46.2.1m.° q.63.5.c.° 12æ.q.113.7.4m.° 3ª.q.34.2.1m
9 7 °In eodem inſtanti eſt illuminatio aeris, uiſio coloris, & diſcretio rei viſæ: licet primum ſit cauſa ſecundi, & ſecundum tertij, 1ª.q.63.5.c
10 8 °Operatio intellectus & uoluntatis, poteſt eſſe in inſtanti, 1ª.q.63.1.c.° 12æ.q.113.7.c.° 3ª.q.34.2.c
11 9 Omnis mutatio, cuius ſubiectum nihil habet repugnans formæ introducendæ, eſt in inſtanti, 12æ.q.113.7.c.3m.° 3.q.75.7.c
12 10 Omnis mutatio inſtantanea, eſt terminus motus præcedentis, 1ª.q.58.3.c
13 11 Nullus motus localis, uel augmenti, poteſt eſſe in inſtanti, 1ª.q.67.2.c.° 3ª.q.53.3.c.° q.57.3.3m
12 Mutatio tripliciter eſt in inſtanti, ſ. primo ſi forma ſit indiuiſibilis, ut forma ſubſtantialis. Secundo ſi ſubiectum ſit in vltima diſpoſitione. Tertio ſi agens ſit infinitæ uirtutis, 12æ q.113.7.c.° 3ª.q.75.7.c
13 Inſtans nunquam intelligitur, niſi ut fluens: nec ut fluens à priori niſi motus præcedat, nec ut fluens in poſterius, niſi motus ſequatur, 1ª q.46.1.7m
¶ Inſtructio fidei duplex. ſ. cathecumenorum circa baptiſmum, & populi Chriſtiani circa miſſam, 3ª. q.83.4.4m

1 INſtrumentum duplex ſcilicet coniunctum, & ſeparatum, quod non mouetur, niſi per coniunctum, 3ª.q.62.5.c
2 Inſtrumentum duplex ſcilicet animatum, & inanimatum, in primo requiritur intentio ad effectum, non autem in ſecundo, 3ª.q.64.8.1m
3 Inſtrumentum animatum indiget habitu ad operandum, non autem inanimatum, 12æ.q.68.3.2m.° 3ª.q.7.1.3m
4 Quanto inſtrumentum eſt magis proportionatum fini, tanto melius eſt non autem quanto maius eſt, 22æ.queſt.188.7.1m
5 Virtus dupliciter datur inſtrumento, ſcilicet inchoatiue, quando inſtituitur: completiue, quando mouetur à principali agente, 3ª.q.62.4.3m.° q.72.3.2m
6 Quando opus perficitur pluribus inſtrumentis, uirtus inſtrumentalis non eſt complete in uno inſtrumento, ſed incomplete in utroque, 3ª.q.62.4.4m.° q.82.1.1m
7 Virtus inſtrumentalis, eſt incompleta, & intentionalis, 3ª.q.62.4.0.° q.63.5.1m
8 Virtus inſtrumenti, per ſe loquendo, non eſt propriè in genere, ſed reducitur ad genus & ſpeciem uirtutis perfectæ, 3ª.q.62.4.2m.° q.63.2.c
9 Virtus inſtrumenti non eſt in ſubiecto, ſecundum conditionem agentis principalis, 3ª.q.63.5.1m.° 2m
10 Virtus ſpiritualis non poteſt eſſe in corpore, ſecundum eſſe completum, ſed intentionaliter, & inſtrumentaliter, 3ª.q.62.4.1m
1 ¶ Intellectualis ſubſtantia non poteſt uniri formaliter corpori, niſi corpori humano, 1ª.q.51.1.c
2 Neceſſe eſt eſſe aliquas ſubſtantias intellectuales, 1ª.q.50.1.c
3 Omnis ſubſtantia intellectualis, eſt incorporea, 1ª.q.50.1.c
4 Nullum intellectuale, eſt materiale, 1ª.q.50.2.c
5 Subſtantiæ intellectuales ſunt incorruptibiles, 1ª.q.55.6.c ſi
6 Omnis ſubſtantia intellectualis, eſt uolens, 1ª.q.19.1.0.° q.59.1.c.1m
7 Creatura intellectualis, eſt perfectior uniuerſo intenſiue, non autem extenſiue, ſed econuerſo, 1ª.q.93.2.3m

1 INtellectus dicitur, quaſi intus legens, intellectus enim nomen ſumitur ab intima penetratione ueritatis: unde actu intelligere aliquid eſt actu cogitare, ſecundum Auguſtinum, 12æ.q.108.1.3m.° 22æ.q.8.1.c.° q.49.5.3m
2 °Intellectus eſt potentia, realiter diſtincta ab eſſentia animæ, 1ª.q.79.1.0
3 °Intellectus eſt potentia paſſiua, 1ª.q.79.2.0
4 Intellectus paſſiuus, ſecundum aliquos, eſt appetitus ſenſitiuus: ſed ſecundum alios, eſt potentia cogitatiua, 1ª.q.79.2.2m.° 12æ.q.51.3.c
5 Intellectus dicitur dupliciter, ſcilicet anima intellectiua, ſed denominatiue, quaſi à principaliori ſua uirtute: & potentia intellectiua, 1ª.q.79.1.1m
6 Intellectus duplex, ſcilicet intellectus poſſibilis, & intellectus paſſiuus, 12æ.q.5 .3.0.° q.71.4.c
7 Intellectus quadruplex. ſcilicet agens, poſſibilis, in habitu, & in actu ſiue adeptus, 1ª.q.79.10.c
8 Intellectus eſt in potentia ad formas uniuerſales, materia uero eſt in potentia, ad formas indiuiduales, ideo differunt realiter, 1ª q.75.5.1m.° 2m
9 Intellectus hominis, multiplicatur ſecundum multitudinem corporum contra Auerroim commentatorem, 1ª.q.76.2.0.° q.79.5.0.° q.117.1.c.° q.119.1.2m.° 12æ.q.50.4.c
10 °Ens in communi, eſt obiectum intellectus, 1ª.q.5 .1.c.° q.79.7.c.° q.82.4.1m.° q.87.3.1m.° q.105.4.c.° 12æ.q.9.1.c.° q.10.1.3m
11 Ratio & cauſa ueritatis alicuius obiecti, primo apprehenditur à potentia intellectiua, 12æ q.1.2.c
12 Ens eſt primum cadens in intellectu, 1ª.q.5.2.c.° q.11.2.4m.° 12æ.q.55.4.1m.° q.94.2.c
13 Primo intelligitur ens, ſecundo nõ ens, tertio diuiſio, quarto unum, quinto multitudo, 1ª.q.11.2.4m

14 Intellectus noſter intelligit ſe, & actum ſuum, & ſpeciem intelligibilem reflexiue: non autem primo. 1ª.q.14.2.3m. *q.76.2.4m. *q.85.2.c. *q.87.1.3.o

15 Intellectus noſter cognoſcit ſe, non per eſſentiã ſuam, ſed per actum ſuum dupliciter. ſ. uel particulariter. i. dũ quis percipit ſe habere animam intellectiuam, dum percipit ſe intelligere, uel uniuerſaliter. i. conſiderando naturam intellectus, ex actu eius. Ad primum modum, ſufficit eius præſentia, non autẽ ad ſecundum, ſed requiritur diligens & ſubtilis inquiſitio, 1ª.q.87.1.o. *q.58.2.3m. *q.89.2.c. *quæſt. 94.2.c

16 Intellectum duplex. ſ. primum. i. ſpecies intelligibilis quæ eſt perfectio intellectus: & ſecundum. i. res cuius eſt ſpecies. ſicut eſt duplex viſum. 1ª q.4.14.5.2m. *.3m

17 Id quod primo intelligitur, eſt res cuius ſimilitudo eſt ſpecies in intellectu, quæ non intelligitur primo, ſed reflexiue. 1ª q.85.2.o

18 Intellectus noſter, in hac uita non cognoſcit ſubſtãtias ſeparatas à materia, quantum ad quid ſunt quia ſunt ordine naturæ ſupra nos 1ª q.64.1.1m *q.89.2.3m

19 Intellectus noſter intelligit ſimplicia, & enunciat per modũ cuiuſdam compoſitionis: ſed Deus è conuerſo. 1ª q.50.2.c. *22æ.q.1.2.c

20 Res materiales, ſunt in intellectu noſtro ſimpliciores, quam in ſeipſis 1ª q.50.2.c

21 Singularitas repugnat intellectioni, materiæ, non autem ſecundum ſe: ideo indiuiduũ immateriale eſt intelligibile in actu. 1ª.q.56.1.2m *q.76.1.3m *q.7 6.2m. *q.86. .c.3m

22 *Intellectus noſter non cognoſcit ſingularia. 1ª.q.14.11 1m

23 Intellectus noſter non intelligit indiuiduum materiale primo, ſed reflexiue. 1ª.q.14.11.1m *q.50.2.c.fi. *q.56.1.2m *q.57 2.1m *q.86.1.o. *3.4.c. *q.89 4.c. 1m 22æ q.47.3.1m

24 Intellectus qui eſt ſemp in actu, non intelligit priuationẽ. ſ. primo: ſed per habitum. 1ª q.14 10.1m

25 Nullus intellectus poteſt intelligere plura ut plura, *ſed ut uniuntur 1ª q.12.10 o. *q.14.7 c.1m *q.22.5.3m *q.58.2.o. *q.85.4.o *5.1m *12æ.q.12.3.3m *q.54.1.3m *q.113.7.2m *22æ.q.8.1.3m

26 Intellectus noſter poteſt intelligere infinita in potentia, & ſucceſſiue: non autem infinita in actu nec in habitu diſtincte 1ª q.86.2 o. *q 87 3 2m

27 Subiectum & prædicatum, vt partes vnius propoſitionis ſimul vna intellectione intelliguntur non autem abſolute. 1ª q.58 2 c. *12æ q.113.7.2m

28 Eodem actu intelligitur concluſio, & principium vt eſt ratio concluſionis, non autẽ abſolute. 12æ q.8.3 c. *q.12.4.c

29 Eodem actu, ſimul intelligitur res, cum ſua perfectione. 1ª q.87 3.c.1m

30 Eadem intellectione intelligitur obiectũ, & intellectio eius, vt ratio, non autem vt obiectum. 1ª q.2.4 2m *q.87.3.2m

31 Actio intellectus, eſt vita. i. operatio viuentis, nõ autem eſſe eius. 1ª q.54.1.2m

32 Intelligere comparatur ad intellectum ſicut eſſe ad eſſentiam. 1ª q.54.1.3.c

33 Intelligere eſt ſimplex intuitus intellectus in præſens. 12æ.q.108.1.3m

34 *Intelligere noſtrum, eſt quoddam pati. 1ª q.79.2.c

35 Actio intellectus cuiuſcumque creati, dependet à Deo, quo ad duo, primo in quantũ hẽt ab eo perfectionẽ qua agit, i. lumen: ſecundo in quantum mouetur ab eo. 12æ q.109.1.c

36 Intellectus mouet ſe 12æ.q.8.3.c

37 Quicunque intelligit, ex hoc procedit aliquid ab eo. i. verbum cordis. 1ª q.27.1.c

38 *Operatio intellectus duplex. ſ. ſimplex apprehenſio, & compoſitio, & diuiſio, 1ª q 85.2.3m *22æ q.83.1.3

39 Compoſitio intellectus duplex, ſcilicet uniuerſalis cum particulari, & accidentis cum ſubiecto, & ſemper eſt eorundẽ, ſicut compoſitio realis eſt diuerſorum. 1ª q.8 .5.3m

40 Solus intellectus humanus intelligit cum diſcurſu, & componendo, & diuidendo, neceſſario, 1ª.q.58.4. .o *q.85.5.o

41 Operatio intellectus quintuplex. ſcilicet intelligentia, ideſt ſimplex intuitus, inuentio ideſt ordinatio ad aliud, excogitatio, ſapere, & diſpoſitio uerbi, 1ª.q.79.10.1m

42 Actus intellectus duplex, ſ. actus rectus, & actus reflexus, 1ª. q.28.4 1m *q 87 3.1m

43 Intellectus habet duos actus ſcilicet percipere, & iudicare, 22æ. q. 5.2.3m

44 Perfectum iudicium intellectus in nobis non poteſt haberi, niſi per reſolutionẽ ad ſenſibilia, quæ ſunt prima principia noſtræ cognitionis, 22æ.q.173.3.3.c

45 *Operatio dicitur intellectualis dupliciter *uno modo quaſi in ipſo intellectu cõſiſtens: ut contẽplatio, & talis operatio non determinat ſibi locum. Alio modo quia eſt ab aliquo intellectu regulata, & imperata: & ſic interdum determinat ſibi loca, 1ª.q.112.1.1m

46 Tempus miſcetur ſecũdæ operationi intellectus noſtri dupliciter. ſ. ex parte ſua accipiendo ſcientiam à continuo & tempore. i. a ſenſu & imaginatione, & ex parte intellectorum quæ ſunt in tẽpore, ſed intellectioni Dei, primo modo tantum, 12æ.q.113.7.5m

47 Intellectus eſt ſupra tempus corporalium, non autem ſpiritualium, 1ª.q 85.4.1m

48 Principium operationis intellectus duplex. ſ. intellectus, & ſpecies intelligibilis, & utrunque poteſt eſſe immediate à Deo, 1ª.q.10 .3.c

49 In omni operatione, qua intellectus noſter abſtrahit à phãtaſmatibus, neceſſe eſt quòd abſtrahatur à ſenſibus. 22æ.q.17 .4.c

50 Vnus intellectus poteſt melius alio rem aliquam intelligere dupliciter, ſcilicet ratione fortioris intellectus, & ratione meliorum ſenſuum, non autem ex parte obiecti, 1ª.q.12 6.o. *q 85.7.o

51 Intellectus intelligit aliquando rem aliter, quàm ſit, 1ª.q.85.1.1m

52 Intelligere rem aliter quàm ſit, cõtingit dupliciter. ſ. ex parte obiecti, & ex parte intellectus, primum eſt falſum, non autem ſecũdum, uel uerum eſt quòd intellectus qui intelligit rem aliter quàm ſit, eſt falſus, ſi li, aliter, referatur ad rem intellectam, tunc enim intellectus eſt falſus, quando intelligit rem eſſe aliter quàm ſit, non eſt autem uerum, ſi li, aliter, accipiatur ex parte intelligentis. Eſt enim abſq; falſitate ut alius ſit modus in intelligendo, quàm modus rei in eſſendo, quia intellectum eſt in intelligente immaterialiter per modum intellectus, non autem materialiter per modum rei materialis, 1ª. q.12.6.1m. *2m.q.13.12.3m. *q.85.1.1m

53 Non poſſe intelligi ſine alio, cõtingit dupliciter, ſcilicet vel alio non intellecto, uel non exiſtente, 1ª. q. 16. 3.3m. *q.85.1.1m

54 Intelligibile eſt in intellectu tripliciter. ſ. actu, habitu, & ut relatum ad alium, 1ª.q [illegible].c

55 *Nihil poteſt intelligi, niſi ſecundum quod eſt ens actu, 1ª. q.12.1.c

56 Solus intellectus cognoſcit quidditates rerum, 1ª. q. 57. 1. 2m. *12æ.q.31.5.c. *22æ.q.8.1.c

57 Res intellecta, eſt in intellectu per ſpeciem eius, non autem ſecundum propriam naturam, 1ª.q.2.2.4m. *q.14 5.4m. *q.57.1.2m. *q.76.2.4m. *q.85.2.1m

58 Vnumquodque eſt intelligibile in actu, ſecundum quod eius ſimilitudo eſt in intellecto, 1ª.q. 8 2.c

59 Intellectum eſt perfectio intellectus, per ſpeciem intelligibilem in intellectu, 1ª.q.57.1.1m

60 Intellectus in actu, & intellectum, ſunt idem, 1ª. q. 14.2.c. *q.55.1.2m. *q 85.2.1m. *q 87.1.3m

61 Per formam lapidis in quantum huiuſmodi, non perficitur intellectus: ſed in quantum in ea participatur ſimilitudo alicuius quod eſt ſupra intellectum humanum. ſ. lumen intellectuale, uel aliquid huiuſmodi, 12æ.q.3.6.c

62 Ad hoc quod aliquid ſit intellectum in actu, requiritur abſtractio à materia: & a conditionibus materiæ, 1ª. q.50.2.2.c. *q.55.1.2m. *q 79.3.c. *q 87 1.3m

63 Species intelligibilis intellectus noſtri, eſt ſimilitudo rei, quoad naturam ſpeciei tãtum: ideo per eam cognoſci poſſunt infinita, ſed indiſtincte. 1ª. q. 14.3. 3m. *12 c.fi. *q. 75.2.4m. *q.85.1.3m. *q.6 1.c

64 Species ſenſibilis in ſenſu eſt ſimilitudo unius tantum indiuidui, ideo per eam tantum unum indiuiduum cognoſci poteſt, 1ª.q 14 12.c fi.

65 Intelligere conſequitur ſpeciem intelligibilem, ſicut eſſe formam, 1ª.q.14 4.c

66 Intellectus noſter non poteſt intelligere, niſi per aliquam ſpeciem informetur, 1ª.q 14 2 3m

67 Species intelligibilis comparatur ad intellectum, ſicut actus ad potentiam, & ut forma eius, 1ª.q.55 1.c

68 Ex intellectu & ſpecie intelligibili, ſit unum ſubiecto: non autem eſſentialiter, 1ª.q.14 2.c. *q.55.1.2m. *q.85.2.2m

69 In uno intellectu, à diuerſis phantaſmatibus eiuſdem ſpeciei, non abſtrahitur, niſi una ſpecies intelligibilis, 1ª. q. 76. 2. c. fi.

70 Species intelligibilis, eſt à phantaſmate, ſecundum ſuum eſſe materiale: ſed ab intellectu agente, ſecundum eſſe formale, ideſt, ut eſt intelligibilis in actu, 1ª. q 84.6.c. *q.85. 1. 3m

71 Intelligere uniuerſalia, eſt intelligere naturam generis, uel

ſpeciei, ſine indiuiduis: per ſpeciem intelligibilem abſtractam, à materia, per intellectum agentem, 1ª.q.44.3.3m.* q.85 1.1m
72 Intellectus noſter intelligit ſe, ſicut & alia, ſ. per ſpecies aliorum, 1ª.q.14.2.3m.* q.87.1 c.* q.88.2.3m.* q.89 2.c
73 Intellectus poſſibilis conſeruat ſpecies contra Auicennam, 1ª.q 79.6.c.* q.84.4.c.* 12æ.q 67.2.c
74 Plures ſpecies poſſunt ſimul eſſe in intellectu, 1ª.q.12.10 c.* q 58.2.2m.* q.85.4 c.2m
75 In intellectu reſultant diuerſæ ſpecies ſecundum diuerſam diſpoſitionem phantaſmatum: ſicut ex diuerſa ordinatione earundem literarum, reſultant diuerſi intellectus, 22æ. q.173.2.c
76 Species eſt in intellectu & in ſenſu tripliciter. ſ. in potentia tantum in actu, ſecundum complexionem vltimam, & medio modo. ſ. in habitu. 1ª.q.79.6.3m
77 Species primo eſt in ſenſu, ſecundo in imaginatione: tertio in intellectu poſſibili, per lumen intellectus agentis, 1ª.q. 55.2.2m.* 22æ. q. 173.2.c
78 Species ſunt in imaginatione, ſecundum quod imprimuntur à ſenſu uel ſecundum, quod tranſmutatur ex mutatione corporis, uel ſecundum quod ex imperio intellectus ordinantur phantaſmata ad aliquid ſignificandum, 22æ. q. 73.2.c
79 *Senſus & intellectus differunt realiter, per vniuerſale, & particulare, & ſimiliter appetitus ſenſitiuus, & intellectiuus, id eſt voluntas, 1ª.q.50.1 c.* q.80.2.1m.* q.84.6.1.* q.115.4.c
80 Intellectus iudicans de agendis, & appetendis, dicitur ſenſus, quia relatus eſt ad particulare, 1ª.q.54.5.1m.* 22æ. q. 16.2.c.* q.48.c.* q.49.2.3m
81 Intellectus eſt ſimilis ſenſui in hoc quòd requirit proportionem obiecti, diſſimilis autem quia non corrumpitur ab obiecto excedente, ſicut ſenſus, 1ª.q.58.1.3m
82 Intellectus indiget ſenſu, ſicut extrinſeco ad quod ſit reſolutio, non autem quia actus intellectus fiat per organum, 1ª. q.50.1.c.* q.115.2.c
83 Licet operatio intellectus oriatur à ſenſu, tamen in re apprehenſa per ſenſum, intellectus multa cognoſcit, quæ ſenſus percipere non poteſt, & ſimiliter æſtimatiua, 1ª.quæſt. 78 . 4m
84 *Intellectus abſtrahit ab omni differentia temporis, ſicut & ab alijs conditionibus materialibus, quas ſenſus concernit, 1ª.q.107.4.c
85 Cum ſubiecti potentiæ ſenſitiuæ obiectum eſt forma, prout eſt in materia corporali, ideo eſt cognoſcitiua particularium tantum: Ratio autem eſt, cognoſcitiua ipſius uniuerſalis, 1ª.q.85.2.c.* 3 4m.* 12.q.5.1.1m. prin.* 12æ.q.58.1.2m
86 Potentiæ ſenſitiuæ interiores, præparant intellectui poſſibili proprium obiectum, ideo ex bona diſpoſitione earum, ad quam etiam cooperatur bona diſpoſitio corporis, redditur homo habilis ad intelligenda, 12ª.q 50.4.3m
87 Iudicium intellectus impeditur, per ligamentum ſenſus, 1ª. q.84.8 c.* q.94.4 4m.* q.101.2.c.* 12æ.q.33.3.3m.q.48.3. c.* q.55.1.3m.* 22æ q.154.5.c.* q.172.1.c
88 Senſibilia ſunt cauſa ſecundaria cognitionis intellectiuæ, ſed cauſa principalis eſt intellectus agens, 1ª.q.50.5.3m.* q. 84.6.c.3m
89 Senſus cognoſcit tantum particularia corporalia, ſed intellectus cognoſcit etiam vniuerſalia & incorruptibilia, 1ª. q. 85.1.c
90 Senſus apprehendit rem, quoad exteriora eius accidentia tantum, ſed intellectus ingreditur ad interiora, id eſt ad eſſentiam, 1ª.q.108.1.3m
91 Nulla forma ſubſtantialis eſt ſenſibilis per ſe, ſed ſolo intellectu comprehenſibilis, 1ª.q.67.1.1m.* q.17.3.c.* q. .6. h.
92 Voluntas & intellectus ſunt potentiæ naturales, & conſequuntur naturam animæ de neceſſitate, 12æ.q.110.4 4m. * 3ª.q.18.1 c.3m.* 4m
93 Intellectus & uoluntas, ſunt in eadem eſſentia animæ, ſubiectiue. 1ª.q.87.4.1m.* 12æ.q.33.3 2m
94 * In omni creatura, differunt realiter, intellectus, voluntas, & eſſentia, 1ª.q. 9.2.c
95 Voluntas non poteſt eſſe in creaturis in intellectu, 12æ.q.1. 2.3m.* q 6.2 1m
96 Obiectum intellectus ſcilicet ratio ... eſt ſimplicius, abſolutius altius, & nobilius obiecto uoluntatis, ſcilicet bono, 1ª.q.81.3.c.1ª 4.1m
97 Nobilitas operationis intellectus attenditur ſecundù menſuram intellectus, uoluntatis autem, ſecundum obiectum 22æ.q.23.6 1m
98 Intellectus inter omnes potentias eſt altior, & uoluntati propinquior, 12æ.q.81.3 1m
99 Intellectus eſt ſuperior uoluntate, quoad rationem ordinis, ſed quoad imperium, eſt è conuerſo, 12æ.q.23.2.c
100 Voluntas reſpectu eorum quæ ſunt ſupra animam, eſt nobilior intellectu, ſed reſpectu inferiorum, eſt econuerſo, 1ª. q 82.3.c.3m.* q.108.6.3m.* 12æ.q.16.6.1m.* 22æ.q.23.6 1m
101 Idem ſecundum rem eſt obiectum intellectus, in quantum eſt uerum, & uoluntatis, in quantum eſt bonum. 1ª.q.59. 2.2m.* q.79 11.2m.* q.80 1.2m.* q.87.4.2m
102 Anima non poteſt eſſe ſine intellectu, & uoluntate, 12æ.q. 110.4.4m
103 Intellectus trahit ad res, ut ſunt in eo, ſed voluntas, ut ſunt in ſeipſis, 1ª.q.19.3.6m.* 6.2m.* q.82.3.c.* 12.q.63.6.1m. * q.86.1.2m.* 12æ.q.83.6.1m
104 Omne amatum eſt in voluntate, ſicut terminus motus eſt in principio mouente: non autem eſt in ea ſecundum ſimilitudinem ſuæ ſpeciei, ſicut eſt in intellectu, 1ª.q.27 4.c
105 Obiectum intellectus, eſt primum in genere cauſæ formalis, ſed obiectum uoluntatis, eſt primum in genere cauſæ finalis, 12æ.q.9.1.c
106 *Intellectus eſt ſimpliciter prior uoluntate, ſicut motiuum mobili & actiuum paſſiuo, 1ª. q 82.3.2m.* 12æ.q.13.1.c
107 *Intellectus prior eſt uoluntate, in uia receptionis, ſed econuerſo in mouendo & agendo, 12æ.q.83.2.3m
108 Intellectus regit uoluntatem, non inclinando: ſed oſtendendo, & ordinando, 12æ.q.17.5.c
109 Intellectus non mouet corpus, niſi per appetitum, cuius motio præſupponit operationem intellectus, 1ª. q.76.1.c.co.2
110 Intellectus mouet uoluntatem, per modum finis, ſed uoluntas mouet, imperando intellectui, & cæteris potentijs animæ, 1ª.q 82.4.c.* q.107.1.c.* 12æ.q.9.1.c.* 2.3m.* 3 c. * q.13.1 2m.* q.12.1.c.* q.16.1.c.* q.17.1 c.* q 1 . . . * q 9. 3.3m.* q.56.3.c.* q.58. 1.c.3m.* q.74.5.2 * 22æ.q. 58. 8.1m.* q 82.1.1m.* q.180.1 c.3m.* 3ª q 85.4 4m
111 Sicut intellectus, ex neceſſitate inhæret primis principijs, ita & uoluntas fini. 1ª.q.82.1.2.c
112 Finem prius apprehendit intellectus quàm uoluntas, tamen motus ad finem, incipit in uoluntate, 12æ.q.3 4.3m.* 4m * 22æ.q.4 7.c
113 Intellectus eſt primum motiuum omnium potentiarum animæ, quoad determinationem actus: uoluntas uero, quoad exercitium actus, 1ª.q. . .c
114 *Ab intellectu procedit ... aliquid per modum operati, & aliquid per modum operationis, à uoluntate autem ſecundo modo tantum, 1ª q.27.4.c
115 Intellectus neceſſario intelligit aliquid, non ex imperio uoluntatis, 1ª.q 82 4.3m
116 Intellectus intelligit actum uoluntatis, 1ª. q. 87.4.c.* 12æ. q. 17.1.c
117 Actus intellectus & uoluntatis, ſupra ſeinuicem reflectuntur, 12æ.q 17.1.c.* 3.1m.* 22æ.q.109.2.1m
118 Neceſſe eſt eſſe intellectum agentem, 1ª.q.54.4.c.* q.79.3.c
119 Si intellectus agens non eſſet aliquid animæ, ſed eſſet quædam ſubſtantia ſeparata, unus eſſet intellectus agens omnium hominum, & hoc intelligunt qui ponunt vnitatem intellectus agentis, 1ª.q.79.5.c
120 *Si intellectus agens ſit aliquid animæ, ut quædam uirtus ipſius, neceſſe eſt dicere, quòd ſint plures intellectus agentes ſecundum pluralitatem animarum, quæ multiplicantur, ſecundum multiplicationem hominum, non enim poteſt eſſe, quòd una & eadem uirtus ſit diuerſorum ſubiectorum, 1ª.q.7 .5.c.ſi.
121 Intellectus agens eſt actus intelligibilium, quæ abſtrahuntur à phantaſmatibus 1ª.q.87 1.c.ec.1.ſi.* 2m
122 Intellectus agens, eſt ſua actio, non quidem per eſſentiam, ſed concomitanter, 1ª.q.54.1.1m
123 Intellectus agens, nullo modo eſt patiens: nec eſt ſubiectum habitus, 1ª.q.50.4.2m.* q.54.1.c
124 Intellectus in actu, ſemper intelligit, quantum eſt de ſe ideſt, ex parte intellectus agentis, 1ª.q.79.4.2m
125 Intellectus poſſibilis non unitur homini, per ſpeciem intelligibilem, contra Auerroim, 1ª.q.76.1.c.co.ſi.* q.88.1.c
126 Intellectus poſſibilis, eſt ens, actu, in genere entis: ſed eſt pura potentia, in genere intelligibilium, 1ª.q.87.1.c.2m.* 12æ q 50 4 2m.* 5.c
127 Sicut potentia ad eſſe ſenſibile, conuenit materiæ corporali: ſic potentia ad eſſe intelligibile, conuenit intellectui poſſibili 12æ.q.50 3.2m.* 5.c
128 Intellectus poſſibilis, ē in potētia naturaliter ad oia & ſola, & ſic manifeſtat plura ē intellectus agentis. ſ. ad oēs ſpecies rerum ſenſibilium, 1ª.q.88 1.c ſi.* 12æ q.50.5.c
129 Intellectus agens & intellectus poſſibilis, ſunt potentiæ falſæ, & non

& non ſubſtantiæ ſeparatæ à corpore, ſecundum eſſe. 1ª.q. 76.4.5.0.°q.88.1.0.

130 Intellectus agens, & intellectus poſſibilis, fundantur in eadẽ eſſentia animæ. 1ª.q.79.4.4m.°q.87.4.1m.

131 Intellectus agens, & intellectus poſſibilis, differunt realiter. 1ª.q.54.1.1m.°q.79.7.10.c.

132 Intellectus practicus, & intellectus ſpeculatiuus, ſunt realiter eadem potentia, ſed differunt ratione. 1ª.q.14.16.c.°quæſt. 79.11.0.

133 °Intellectus practicus eſt motiuus uoluntatis, non quaſi exequens motum, ſed quaſi dirigens ad motum. 1ª.quæſt.59. 11.1m.

134 Practicum, dicitur ab opere exteriori, ſpeculatiuũ autem, ab opere interiori, 12æ.q.1.6.1m.°2m.°q.3.5.2m.°q.13.4.2m.° q.57.1.1m.

135 Intellectus ſpeculatiuus, ordinatur ad actum propriũ, ut ad finem: non autem ad actum extrinſecum, ſicut intellectus practicus. 22æ.q.179.2.c.

136 Finis intellectus practici, & uitæ actiuæ exterior operatio ſpeculatiui uero, & uitæ contemplatiuæ, eſt cognitio ueritatis. 1ª.quæſt.14.16.c.°q.19.11.0.°12æ. quæſt. 1.5.c.°2m.° q.69.3.2m.°22æ.q.179.1.2.c.° quæſt. 180.1.c.1m.°2.c.°q. 181.1.4.c.

137 Res ordinatur ad intellectum practicum, ut menſuratum ad menſuram ad ſpeculatiuum autem econuerſo. 12æ.q. 64.3.c.

138 Verum intellectus ſpeculatiui, accipitur per conformitatem eius ad rem practici uero per conformitatem eius ad appetitum rectum. 12æ.q.57.5.3m.

139 Intellectus ut dicit lumen ſupernaturale ad cognitionem, eſt unum de ſeptem donis ſpiritus ſancti 22æ.quæſt.8.1.2.° q.49.2.2m.

140 Donum potius nominatur intellectus, quàm uoluntas, quia intellectus dicit excellentiam, non autem uoluntas, 22æ.q. 8.1.3m.

141 Ratio non dicitur donum, ſicut intellectus: quia ratio procedit ex lumine naturali non autem intellectus, ſicut nec donum 22æ.q.8.1.2m.

142 Donum intellectus eſt quædã acuta perſpectio diuinorum. 22æ.q.49.2.2m.

143 Donum intellectus eſt ad capiendum diuina, quorum iudicium, eſt doni ſapientiæ ſicut doni ſcientiæ reſpectu creaturarum, & conſilium eſt reſpectu ſingularium operum. 22æ.q 8.6.0.

144 Donum intellectus eſt principaliter habitus ſpeculatiuus, & ſecundario practicus. 12æ.q.8.3.0.°8.c.3m.

145 Donum intellectus ita ſe habet ad nota nobis ſupernaturaliter: ſicut lumen naturale ad prima principia, 22æ.quæſt. 8.1.2m.

146 Fides poteſt eſſe ſimul cum dono intellectus, reſpectu eorũ quæ ſecundario ſunt fidei: non autem reſpectu principalium, niſi imperfecte. 22æ.q.8.2.0.

147 Fides & donum intellectus, ſunt circa prima principia cognitionis ſupernaturalis & gratuitæ, primum aſſentiendo ſecundo penetrando, uel capiendo. 22æ.q.8.6.c.2m.

148 Tota certitudo, ſapientiæ, intellectus, & ſcientiæ, ut ſunt dona, procedit à certitudine fidei quæ eſt principium earum: ſed ut ſunt uirtutes, innituntur naturali lumini rationis: fides uero ueritati Dei, ideo fides eſt perfectior eis quo ad certiorem inhæſionem, ſed econuerſo quo ad maiorem manifeſtationem. 22æ.q.4.8.c.3m.

149 Per donum intellectus homo habet rectam æſtimationem de ultimo fine, quod conuenit omni, & ſoli habenti gratiã gratum facientem. 22æ.q.8.5.0.

150 Donum intellectus non eſt niſi in exiſtente in gratia. 22æ. quæſt.8.5.0.

151 Donum intellectus eſt ſemper in omni exiſtente in gratia, nec unquam °ſe ſubtrahit °in neceſſariis ad ſalutem: in nõ neceſſariis autem interdum, ut materia ſuperbiæ ſubtrahatur. 22æ.q 8.4.3m.

¶Intelligentia proprie, ſignificat actum intellectus, & aliquando ſignificat ſubſtantias ſeparatas, ſcilicet angelos. 1ª.quæſt. 79.10.0.

1 ¶Intelligibile eſt in intellectu tripliciter, ſcilicet habitualiter in actu conceptum uel conſideratum, & ut aliud ordinatũ & tranſitus de primo ad ſecundũ. & de ſecundo ad tertiũ per imperium uoluntatis: & in ſecundo loquunt intelligẽs ſibi ipſi, & in tertio loquitur alteri 1ª q.107.1.1.2m.

2 Forma in materia, non eſt intelligibilis niſi in potentia, 1ª q. 79.3.c.

1 ¶Intemperantia eſt maxime uituperabilis. 22æ.q. 142.1.0.°q. 143.c.°q.144.2m.°q.151.4.2m.°3m.

2 Maximum remedium contra intemperantiam eſt, non immorari circa ſingularium conſiderationẽ. 22æ.q.142.3.c.3m.

3 °Deus non poteſt eſſe cauſa tendendi, in non eſſe niſi ſubtrahendo ſuam actionem à rebus, ſed hoc habet creatura, inquantum eſt de nihilo. 1ª.q.104.3.1m.

4 Formæ quæ poſſunt recipere magis & minus, intenduntur & remittuntur, ſecundum diuerſam diſpoſitionem ſubiecti, 3ª.q.89.2.c.

INTENTIO naturæ eſt ad ſpeciem, non autem ad indiuiduũ, nec ad genus. 1ª.q.85.3.1m.ſi.°4m.°q.98.1.c.

2 Intentio inentus, proprie eſt actus uoluntatis, ſecundum quod in ea eſt uis intellectus ordinantis. 12æ.q.12.1.0.° 22æ.q. 180.2.c.

3 Intentio dicitur oculus quia præſupponit cognitionem intellectus, 12æ.q.12.1.1m.

4 Intentio dicitur lumen, quia nota eſt intendenti. 12æ. quæſt. 12.1.2m.

5 Intentio dicitur clamor ad Deum, quia Deus nouit eam, uel quia dirigitur ad Deum. 12æ.q.12.2.1m.

6 Idem eſt motus quo uoluntas uult ea quæ ſunt ad finem, & quo intendit finem ut ratio eorum, non autem abſolute. 12æ.q.8.3.0.°q.12.4.0.

7 Intentio eſt tantum finis, non tamen ſemper eſt ultimi finis. 12æ.q.12.2.0.°22æ.q.180.1.c.

8 Intentio poteſt eſſe ſimul ad multa, non ordinata ad inuicem. 12æ.q.12.3.0.

9 Contingit quod intentio ſit bona, & uoluntas mala: non autem econuerſo. 12æ.q.19.7.2m.°4m.°8.3m.

10 Actus eſt bonus uel malus, ſicut uoluntas eligens eſt bona uel mala, & °eſt malus ſi uoluntas intendit mala. Sed ad hoc quod uoluntas ſit bona, requiritur quod ſit boni, & ſub ratione boni. 12æ.q.19.7.c.3m.°8.9.0.

11 Intentio dupliciter poteſt ſe habere ad actum qui dicitur uoluntas, ſcilicet antecedenter ſeu cauſaliter, & concomitanter: primo modo bonitas uoluntatis ex intentione finis dependet, non autem ſecundo modo, niſi retineretur, 12æ.q. 19.7.0.°9.c.

12 Virtus primæ intentionis, quæ eſt reſpectu ultimi finis manet in quolibet appetitu cuiuſcunque rei etiam ſi de ultimo fine actu non cogitetur, ſicut non oportet, quòd qui uadit per uiam in quolibet paſſu cogitet de uia. 12æ.quæſt. 1.6.3m.

13 Quãtitas intentionis & uoluntatis duplex. ſ. ex parte obiecti & ex intentione actus, ſecundo modo coæquantur in bonitate & malitia formaliter, & non materialiter, non autem primo modo, propter diſproportionem, & propter impedimenta actus exterioris 12æ.q.19.8.0.

14 °Nullum malum poteſt per ſe intendi. 1ª.q.19.9.c.°q.48.1. 2m.°4m.°12æ.q.72.1.c.°q.78.1.2m.

15 °Peccatum recipit ſpeciem ex intentione peccantis. 12æ.q.72. 1.8.c.°3ª.q.88.4.1m.

16 Intentio ſecundũ eſſe quod ſignificat ueritatem propoſitionis, formaliter eſt in anima, ſed eſt in re fundamentaliter. 1ª.q.3.4.2m.

1 °Nullum intentionale denominat ſuum ſubiectum, nec cauſat effectum naturalem. 1.q.67.3.c.

1 ¶Interpretatio eſt in dubiis, in quibus non licet abſque determinatione principis, à uerbis legis recedere, ſed manifeſtis non opus eſt interpretatione, ſed executione, 22æ.quæſt. 120.1.3m.

2 Interpretatio in dando remedium, debet fieri in peiorem partem, ſupponendo. ſ. cum debemus aliquibus malis adhibere remedium ſiue noſtris, ſiue alienis expedit ad hoc ut ſecurius remedium apponatur, q. ſupponatur id quod eſt deterius: quia remedium quod eſt efficax contra maius malum, eſt multo magis efficax contra minus malum. ſed in diffiniendo ſiue determinando in rerum iudicio, debet aliquis niti ad hoc, ut interpretetur unumquodque, ſecundũ quod eſt in iudicio autem perſonarum, ut interpretetur in melius 22æ.q.60 4 c.3m.

3 Interpretatio ſermonum ſedetur ad donum prophetiæ, & eſt dignius quam donum linguarum. 22æ q.176.2.4m.

4 Poſtponitur autem interpretatio ſermonum donu linguarũ, quia etiam ad interpretandum diuerſa linguarum genera interpretatio ſe extendit. 22æ q.176. m.6

Intimiditas peccatum, quia cauſatur ex defectu amoris, uel ſat on .. uel ex ſuperbia 22æ.q.126 1.0.

¶Intuitus præſens Dei, fertur ab æterno in totum tempus, & in omnia quæ ſunt in quocunque tempore ſicut etiam in ſubiecta ſibi præſentialiter, 1ª q.14.9.c.°13.c.ſi.° 22æ.q.95.1.c.

Inueſtitur dicitur canonicus per librum. Abbas per baculum, Epiſcopus per annulum. 3ª.q.62.1 c.

INVIDIA eſt triſtitia de bono alterius inquantum æſtimatur diminutiua gloriam propriam 22æ.q.36.1.o.°3.4.c.
2 Inuidia præcipue eſt de bonis, in quibus eſt gloria & honor. 22æ.q.36.1.c.
3 Inuidia quælibet eſt peccatum, non autem omnis zelus, qui proprie eſt triſtitia de eo quod deeſt nobis non aliis, 22æ.q.36.2.o.°q.158.1.c.
4 Inuidia ſecundum genus ſuum eſt peccatum mortale quæ in tantum connectit hominem ad quietem indebitam inquantum aſpernatur bonum diuinum: tamen primi motus ſunt peccata uenialia, & ſunt etiam in uiris perfectis. 22æ.q.36.3.o.
5 Inuidia eſt uitium capitale: cuius ſunt quinque filiæ .ſ. odium ſuſurratio, & detractio, exultatio in aduerſis, & afflictio in proſperis. 22æ.q.34.6.o.°.q.36.4.o.
6 inuidia ad proximum, eſt mater odii, primo ad proximum, & conſequenter ad Deum. 22æ.q.4.6.2m.
7 Inuidia non eſt inter multum inæquales, ſed ad illos tantum quibus poteſt quis ſe æquare, uel præferre. 22æ.q.36.1.2m.°.3m.
8 Amatores honoris, & puſillanimes, ſunt maxime inuidi. 22æ.q.36.1.3m.
9 Senes inuident iunioribus, & qui multa expendunt ad conſequendum aliquid iis qui parum expendunt. 22æ. quæſt. 36.1.4m.
10 inuidia ut plurimum naſcitur ex ſuperbia. 22æ.q.36.4.1m.
11 Memoria bonorum ut ſunt habita, cauſat delectationem: ut amiſſa triſtitiam, ut habita, ab aliis inuidiam, 22æ.q.36.1.3m.
12 inuidia contrariatur duabus uirtutibus quia habet duo obiecta, ſcilicet principale id eſt bonum: & proximum, primo contrariatur miſericordiæ, ſecundo nemeſi. 22æ.q.36.3.3m
1 Facta per metum ſunt uoluntaria ſimpliciter: & inuoluntaria ſecundum quid. 12æ.q.6.6.o.°7.1m.°2m.°q.39.1.c.°q.7.3.6.c.°q 87.8.c.fi. °22æ.q.108.4.4m.°q.125.4.c.°q.142.3.c.
2 Concupiſcentia nullo modo cauſat inuoluntarium. 12æ.q 6.7.o.°22æ.q.142.3.c.
3 Violentia cauſat inuoluntarium in cognoſcentibus: in aliis aūt cauſat innaturale, quia opponitur directe uoluntario & naturali. 12æ.q. 6.1.c. °5.o.°6.1m.°q.73.6.c.° 12. quæſt. 8 & 6.1m.
¶Iocunditas dicitur à ſpiritualibus ſignis, uel effectibus lætitiæ cum intentione gaudii, ſcilicet in dictis, uel factis. 22æ.quæ. 31.3.3m.
1 ¶Ioannes Baptiſta fuit terminus ueteris legis, & initium nouæ legis, ſcilicet euangelii. 3a.q.38.1.2m.
2 Ioannes Baptiſta pertinet ad teſtamentum nouum, 22æ.q.174.4.3m.°3a.q.38.1.1m,°2m.
3 Exultatio eius in utero matris, non fuit ab eo, per liberum arbitrium eius, ſed fuit à Deo ideo miraculoſa fuit. 22æ.q.24.1.1m.°3a.q.27.6.c.
4 Tota uita eius fuit præparatoria ad Chriſtum. 3a.q.38.2.2m.°3.c.
7 Chriſtus reuocauit à nuptiis Ioannem Euangeliſtam, uolentem nubere ſed Petrum non ſeparauit à matrimonio, quia primum poteſt fieri ſine iniuria alterius, non autem ſecundum. 22æ.q.36.4.1m.
6 Ioannes Euangeliſta prædiligebatur à Chriſto, propter ſuam integritatem & propter prærogatiuam euangelicæ doctrinæ 3a.q.45.3.4m.
7 Et propter uirginitatem, & prærogatiuam euangelii. 3a.q.45.3.4m.
8 Ioannes prædilig. batur à Chriſto propter quatuor, ſcilicet propter ſapientiam puritatem feruorem, & teneram ætatem. 1a.q.20.4.3m.
9 Ioannes Damaſcenus ſequitur errorem Theodoreti & Neſtorii, quod ſpiritus ſanctus non procedit à filio: quia fuit tempore, quo incepit illud ſchiſma Græcorum. 1a.quæſt. 36.2.3m.
¶Ioſaphath peccauit non ex malitia, ſed ex infirmitate humanæ affectionis. 22æ.q.186.10.2m.
1 ¶Ioſeph uir Mariæ, ſemper fuit uirgo. 3a. quæſt.28. 3.5m.°4.c.3m.
2 Ioſeph noluit dimittere Mariam propter reuerentiam, omnes cohabitare tantæ ſanctitati. 3a.q.28 3.c.
¶Hyperdulia eſt potiſſima ſpecies duliæ, ex unione ad Deum, 22æ.q.103.4.2m.
1 ¶Hypocriſis eſt ſimulatio alienæ perſonæ: ideo ſemper eſt peccatum, & eſt uitium iactantiæ. 22æ.q.111.2.o.
2 Hypocriſis non eſt ſemper peccatum mortale, niſi ſit in nocumentum fidei, uel proximi, uel eccleſiæ. 22æ.quæſt. 111. 4.c.
3 Hypocriſis per ſe & directe opponitur tantum ueritati quæ eſt uirtus. 22æ.q.111.3.o
4 Finis remotus hypocritæ eſt lucrum, uel gloria: ſed finis proximus, eſt oſtendere ſe alium quàm ſit. 22æ.q.111.2.3m.
1 ¶In nomina hypoſtaſis & ſubſtantiæ, latebat uenenum, antequam nota eſſet æquiuocatio eius. 1a.q.29.3.3m.
2 Hypoſtaſis dicitur materia, uel forma, uel compoſitum, quia materia, eſt principium ſubſtandi, & forma eſt principium ſubſiſtendi. 1a.q.29.2.5m.
3 Hypoſtaſis, perſona, ſubſiſtentia, & eſſentia, differunt. 1a.q.29.2.o.
4 Hypoſtaſis nomen, conuenit Deo, quantum ad ſubſiſtere, ad quod imponitur: non autem quo ad ſubſtare, à quo imponitur. 1a.q.29.3.3m.°.q.39.1.3m.
1 ¶Ira dicitur tripliciter, ſcilicet habitus uel actus uirtuti oppoſiti manſuetudini: ſecundo uoluntas uindictæ, tertio paſſio. 22æ.q.158.8.c.
2 Ira duplex .ſ. per zelum .i. ſecundum rationem, & ira per uitium .i. contra rationem. 12æ.q.158.1,2.o.3a.q.15.9.c.
3 Ira eſt inordinata dupliciter .ſ. ratione appetibilis, & ratione modi, 22æ.q.158.2.3.4.c.
4 Gradus iræ triplex .ſ. in corde, ore, & opera, 12æ.q.46.8.3m.° 22æ.q.158.3.3m.°7.c.
5 ira eſt paſſio quodammodo compoſita ex paſſionibus contrariis. 12æ.q.46.1.c.fi.
7 Ira continet multas paſſiones, non ſicut genus continet ſpecies, nec ſicut cauſa ſuos effectus: ſed ſicut effectus ſuas cauſas. 12æ.q.46.1.c.3m.
7 ira ſecundum rationem rectam, eſt paſſio laudabilis: quæ autem eſt contra rationem in plus uel minus eſt peccatum. 22æ.q.158.1.2.o.°3a.q.15 9.o.
8 Habitus uirtutis tenens medium in ira, eſt innominatus: ideo dicitur manſuetudo, quæ ſignificat diminutionem iræ. 22æ.q.157.2.2m.
9 ira ſemper eſt aliquo modo cum ratione. 12æ.q.46.4.5.o.°22æ.q.53.6.2m.
10 ira aliqualiter audit rationem, ſicut nunciantem quod iniuriatum eſt, non autem perfecte, quia non obſeruat regulam eius in uindicando, 12æ.q.46.4.3m.°5.1m.°6 c.°22æ.q.53.6.3m.°q.72.4.2m.
11 ira componitur ex triſtitia & deſiderio, non ſicut ex partibus, ſed ſicut ex cauſis. 12æ.q.46.3.3m.°3a.q.15.9.c.
12 Materiale ira eſt accenſio ſanguinis circa cor, uel aliquid huiuſmodi: formale uero eſt ex parte appetitus uindictæ. 1a.q.21.2m.°12æ.q.12.1.3m.°q.48.2.c.3.c.1m.
13 ira quo ad ſuum formale, habet principium à ratione, ſed quo ad ſuum materiale, impeditur iudicium rationis. 12æ.q.48.3.1m.°3m.°4.c
14 ira eſt ianua omnium uitiorum per accidens, ſi impediendo rationem, ſed per ſe reſpectu aliquorum uitiorum. 22æ.q.158.6.3m.
15 Ira contra rationem ex parte obiecti, ſemper eſt peccatum mortale, niſi deſit conſenſus, uel niſi de ſe parua, non autē ratione modi, niſi ſit contra charitatē. 12æ.q.88.5.1m.°22æ.q.158.3.o.
16 ira eſt uitium capitale: non autem odium 22æ.q.34.5.o.°q.158.6.o.
17 Species iræ ſunt tres, ſcilicet .i. acuta mala .i. manens, & furor 12a.q.8.o.°12æ.q.158.5.o.
18 Filiæ iræ ſunt ſex .ſ. rixa, tumor mentis, contumelia, clamor, indignatio, & blaſphemia 22æ.q.17.2.1m.°q.41 fi.o.°quæ. 158.7.o.
19 ira eſt ſubiectiue in iraſcibili. 12æ.q.46.3.o.°22æ.q.161.3.c.
20 Defectus iræ in uoluntate, uel in appetitu ſenſitiuo cōtra rationem ſemper eſt peccatum. 22æ.q.158.8.o.
21 Bruta habent iram, ex inſtinctu naturali, non autem ex ratione eorum, 12æ.q.46.4.1m.°7.1m.
22 Multum ebrii non iraſcuntur, quia nihil habent de iudicio rationis, ſed parum ebrii multum iraſcuntur, quia habēt iudicium rationis, ſed impeditum. 12æ.q.46.4.3m.
23 ira per zelum, non impediens nec præueniens iudicium rationis, fuit in Chriſto: non autem ira per uitium. 3a.quæſt. 15.9.o.
24 ira iudicis actum uoluntatis ad uindictam, eſt in Deo non autem ut paſſio. 1a.q.3.2.2m.°.q.19.11.c.°.q.20.1.2m.°q.54 1m.°.12æ.q. 7.8.1m.°22æ.q.1.3.c.
25 ira cauſatur ex inconuenienti præſenti: uel præterito: uel ex apprehenſione inconuenientis hab. ideo cauſatur ex dolore & triſtitia, 12æ.q.23.3.4.c.°q.25.1.3.c.°q.48.4.2.c.
26 Omnis ira, eſt propter aliquid contra ſe factum 12æ.q.47.1.o
27 ira magis ſequitur complexionem corporis, quam concupiſcentia, propter uelocitatem cholere ad iram ideo promptius

prius inſurgit ira, quam concupiſcentia, 22æ.q.156.4 c
28 Ira cauſatur ex accidenti extrinſeco, ſcilicet ex leſione: ſed concupiſcentia delectabilium, cauſatur ex cauſa naturali: ideo concupiſcentia diuturnior eſt & communior, & requirens principaliorem uirtutem, licet ira maiorem impetum habeat, 22æ.q.141.7.2m
29 Cauſa iræ duplex ſcilicet ratione motiui, ut excellentia, uel ratione diſpoſitionis, ut defectus ſicut ægritudo, 12æ.q. 47.3 o
30 ira cauſatur ex inuidia: & conſequitur etiam audaciam: & eſt effectus eius, 12æ.q.25.3.c. °4.2m. °3m
31 Triſtitia illata, cauſat iram, 12æ.q.46.1.c. °q.47.3.o. °q.48. 1 o.° 2.c.° 3a.q.15.9.c
32 Sola paruipenſio cauſat iram, & omne prouocans iram, eſt aliquid ſub ratione iniuſti, 22æ.q.47.2.o.° 3.4.c
33 Tacens prouocat ad iram contumeliantem, quia uidetur eum paruipendere, 12æ.q.47 1 4m.° q.72.3.3m
34 Obliuio, exultatio in aduerſis denunciatio triſtitiam, impediens uoluntatem, & quælibet alia cauſam iram, ratione paruipenſionis tantum, 12æ.q 47.2.3m
35 Ludus, riſus, feſtum, proſperitas, conſummatio operū, delectatio non turpis, & ſpes cauſant iram, ratione paruipenſionis, ſed impediunt eam, in quantum impediunt triſtitiam, 12æ.q.47.3.3m
36 Defectus iniuriantis duplex ſcilicet augens indignam paruipenſionem, ut ignobilitas, inſipientia, & ſeruitus, & defectus diminuens eam, & pœnitentia, confeſſio mali humiliatio, poſtulatio ueniæ, & huiuſmodi: primi augent iram, ſecundi uero diminuunt eam, 22æ.q 47.4.o
37 ira debilitatur ex diuturnitate, ſicut & cauſa eius, ſcilicet, memoria iniuriæ, quæ etiam uidetur minor, quando eſt tantum in memoria, 12æ.q.40.2.2m
38 Ira nō eſt ad perſonam multum excellentem, quæ læſit, ſed tantum triſtitia: quia ira præſupponit triſtitiam, deſiderium ſpem, & audaciam puniendi, 12æ.q.25.3.c.fi. ° q.45. 4 3m. ° q.46.1.c
39 Nullus propriè iraſcitur ſibi, ſed metaphoricè: ſicut nec iuſtum nec iniuſtum ſibi facit, niſi metaphoricè, 12æ.q. 46. 7. 2m
40 Ira eſt magis ad amicos iniuriantes, quam ad alios, quia indignior uidetur eorum deſpectio, 12æ.q.47.4.3m
41 Ira eſt tantum ad eos, ad quos eſt iuſtitia & iniuſtitia, 12æ.q. 46. 7. o
42 Homo iraſcitur inanimatis, & brutis, ex imaginatione nuntiante læſionem: non autem ex ratione, 12æ.q.46.7.1m
43 Ira ceſſat ad grauiter læſos: quia malum eorum ſufficit, 12æ q.46.6.1m.° q.47.4.2m
44 Ira ceſſat ad mortuos: quia non poſſunt dolere, quod tamen appetit iratus, & uindicta iam facta uidetur, 12æ. q. 46.7.1m.° q 47.4.2m
45 Ira maxime facit perturbationem corporalem circa cor, ita ut etiam ad exteriora membra deriuetur, 12æ.q.48.3.c.° 22æ.q.46.3.3m
46 Signa & effectus iræ ſunt quinque, ſcilicet palpitatio cordis tremor corporis, inflatio faciei, exaſperatio oculorum, & clamor irrationabilis, 12æ.q.48.2.4.c. ° 22æ.q.158.4.c.fi.
47 Ira cauſat feruorem ſanguinis, quia fit in ſequendo, quod conuenit calori, non autem retrahendo quod cōuenit frigori, 22æ.q.48.2.o
48 Feruor amoris eſt dulcis, & lenis, iræ uero feruor, eſt amarus, & ex felle: ideo primus aſſimilatur calori aeris & ſanguinis ſecundus autem aſſimilatur igni & ebolere, 12æ.q. 46 5.c. ° q.48.2.1m
49 Ex ira, audacia augetur, quia ira eſt quid audiom. ſecundum Philoſophum: unde irati redduntur prompti & audaces ad inuadendum: & ſimiliter delectatio eſt effectus iræ, ut eſt in ſpe uindictæ: ſed delectatio de uindicta præſenti aufert totaliter iram, 12æ.q.44.1.1m. °q.45.4.2.3.3m.fi. °q.48.1.o
50 Ira inter cæteras paſſiones, magis impedit uſum, & iudicium rationis, 12æ.q 48 3.o.° 4.c.° 22æ.q.41.2.3m. ° quæſt. 157. 4. c
51 Ira dupliciter cauſat taciturnitatem. ſ. ex parte rationis, & ex parte perturbationis eius, 12æ.q.48.4.o
52 Ira diminuitur per ſequētem iram: præcipue ſi ſequens ira ſit maior, 12æ.q.48.2.3m
53 Ira & inuidia cauſant inconſtantiam, pertrahendo rationem ad aliud: ſed luxuria, totaliter extinguendo lumen rationis, 12æ.q.77.7.c.° 22æ.q.53.6.1m
54 Ira eſt leuior quā inuidia, rōne appetibilis: & hæc quā odiū, ſed econuerſo, rōne modi, 12æ.q.46.6.o. ° 22æ.q.158.4.o
55 Ira ſemper reſpicit duo obiecta. ſ. uindictam, & nocentē, ſed amor & odium, unū obiectum tm̄ quæque, 12æ.q.46.2.3.c
56 Vtrumque obiectum amoris eſt bonum: odij autem malum, ſed illa reſpicit uindictam ſub ratione boni, & nocentem, ſecundum rationem mali, 12æ.q.45.2.3.6.c
57 Odium appetit malum alterius, ſub ratione mali, ſed inuidia ſub ratione propriæ gloriæ: ira uero, ſub ratione iuſtæ uindictæ, 12æ. q. 46. 6.o.° 7.c.° q.47.11.2.c.° 22æ.q.34.6. 3m.° q.43.2.c.° q.158.4.c
58 Odium appetit nocere, propter contrariam diſpoſitionem infinitè, non tamen ut ſciatur, ira uero propter læſionem tantum, cum menſura, & ut ſciatur, 12æ. q.46.6.o. ° 22æ. q.41.2.c.4m.° q.72.4.3m.° q.73.3.3m
59 Odium prius & directius cauſat ex triſtitia & accidia, quam ex ira. 22æ.q.38 6 3m.° q.159.7.2m
70 Ira creſcit in odium, non eadem numero per inueterationem ſed quia cauſat odium per diuturnitatem, 12æ.q.46. 3.2m.° 22æ.q. 34.6.3m
61 Ira eſt ad ſingulare: odium autem ad uniuerſale, 1a. q.80. 2.2m.° 12æ.q.29.6 o.° q.46.7.3m
62 Odium eſt inſanabilius, & permanentius quam ira, quia cauſatur ex permanentiori cauſa, ſcilicet ex diſpoſitione qua reputatur aliud contrarium, & nociuum: ſed ira cauſatur ex paſſione & commotione animi propter læſionem illatam, 12æ.q.46.6.3m.° 7.3m
63 Odium magis agit ſine miſericordia, quam ira, quantum ad rem deſideratam, ſed econuerſo quantum ad intenſionem deſiderij, 12æ.q 46.6.1m
64 ira reſpicit bonum iuſtitiæ: concupiſcentia uero, bonum delectabile, uel utile, 12æ.q.158.4.c
65 ira operatur cum triſtitia, concupiſcentia uero delectabiliter: ſed ira eſt minus pœnitibilis, quia plus habet de ratione, 22æ.q.156 4.c
66 Ira eſt cum ratione denunciante iniuriam, non autem præcipiente uindictam, ſed concupiſcentia naturaliter, 12æ. q.46.4.o. ° 22æ. q.156.4.c 2m
67 Difficilius eſt reſiſtere iræ & pugnare contra iram ad horam propter impetum eius, quam contra delectationem, & concupiſcentiam, ſed econuerſo, propter maiorem continuitatem, 22æ.q.156.4.1m. ° q.1 2.6.1m
68 ira cauſatur ex contrariis paſſionibus, ſcilicet, à ſpe & triſtitia, ideo includit in ſe contrarietatem, 12æ.q.46.1.2m
69 Nulla paſſio eſt contraria iræ, 12æ. q. 23.3.o.° 4.c.fi. ° q.46. 1. 2m
70 iræ contrariatur aliquod uitium, ſ. inordinata remiſſio iræ ſed non apparet, quia eſt innominata, 22æ. q.158.8.o
71 Miteſcere eſt priuatiue uel negatiue oppoſitum iræ, non autem contrariæ, 12æ.q.23.3.fi
72 ira non opponitur manſuetudini, niſi ſecundum quod ira eſt inordinata, 22æ.q.157.1.3m.° 3a.q.15.9.2m
73 Mãſuetudo magis opponitur iræ, quam defectui eius: ideo uitium oppoſitum manſuetudini, nominatur ira, ad quā refrenandam, principaliter manſuetudo ordinatur, 22æ. q.157. 2.2m
1 ¶iracundia eſt exceſſus iræ: ideo eſt uitium oppoſitum māſuetudini, 22æ.q.157.1.3m
2 iracundus non eſt, cui ineſt paſſio iræ, ſed qui paſſibilis eſt de facili ab ea, 1a.q.63 4.2m
1 ¶iraſcibilis dupliciter ſumitur, ſcilicet propriè, ideſt, appetitus ſenſitiuus & impropriè, ideſt, uoluntas, 1a.q.82.5.2m ° 22æ. q.162.3.c.3m
2 iraſcibilis potius denominatur ab ira, quam ab aliis paſſionibus: quia eſt notior, ſcilicet, quia eſt effectus & terminus earum, 22æ.q.25.3.1m. ° q.46.1.1m
3 Actus iraſcibilis in tantum eſt naturalis homini, in quantum eſt ſecundum rationem: ſed in quantum eſt præter ordinem rationis, eſt contra naturam hominis, 22æ.q.158 1. 4m
¶iras quandoque ſignificat erenitatem, in quantum cauſa eius, eſt cauſa ſeruitutis, 22æ.q.9 .5.c
1 ironia eſt uitium, quo quis aſſerit minora de ſe, quam credit, ideo, ſemper eſt peccatum, tamen leuius ut plurimum quam iactantia, 22æ.q.110.2.c. ° q.113.o
2 ironia & iactantia circa idem, ſcilicet circa conditionem perſonæ, mentiuntur uerbis uel quibuſcunque ſignis, 22æ. q.113 2.c
¶irregularitas non incurritur propter peccatum tantum, ſed principaliter propter ineptitudinem perſonæ, ad euchariſtiam miniſtrandam, 12æ. q. 20.5.4m. ° 22æ.q.67.7. 3m.° q.108.4.2m
1 irreligioſitas habet manifeſtam contrarietatem ad religionem, per contemptum & irreuerentiam Dei, uel rei ſacræ, 22æ.q.92.97.prin.° 3.q.122 3.c

2 Irreligioſitas opponitur veræ religioni, per defectum, ſicut ſuperſtitio per exceſſum, & prohibetur ſecundò præcepto decalogi. 22æ.q.122.3.4.c
3 Species irreligioſitatis ſunt quatuor, tentatio Dei, periurium, ſacrilegium & ſimonia. 22æ. q. 97. 99. princip. * q. 52. 10 1m.
4 Superſtitio impedit religionem, ne ſuſcipiatur Deus, ſed irreligioſitas, ne ſuſceptus honoretur. 22æ.q.122.3.4.c
5 Iſaac ſignificauit Chriſtum, in quantum oblatus eſt in ſacrificium: ideo non oportet quod ſignificet eum ut offerent, licet obtulerit, ſicut & alij tulit, ſecundum congruitatem ſui temporis, ſecundum Gregorium, 22æ. q.85 5.2m
¶Hiſtrionatus eſt licitus, ſi fit cum honeſtis uerbis, & factis, & conuenienti negotio, loco, & tempore, ideo iuſte datur eis merces, 22æ. q.168.3.3m
1 ¶Chriſtus ſperauit in Iuda, id eſt confidebat quadrupliciter ſcilicet ſecundum apparentiam, effectum, debitum, & in membris Chriſti, 22æ.q.17.4.0.* 5.c.* q. 25.1.1m
2 Nomen archangeli ponitur in canonica Iudæ Apoſtoli, 1a. q.138 5.b
1 ¶Eccleſia promittit Chriſtianos colere terras Iudæorum: quia per hoc non habent neceſſe conuerſari cum eis, & tamen ſi ex tali communicatione uel conuictu, ſubuerſio fidelium timeretur, eſſet penitus interdicendum, 22æ. q. 10. 10.3m
2 Totus cultus Iudæorum erat propheticus, & figuratiuus, 12æ.q.100.12.c.* q.104.2.2m.* q.10.14.10.2m.* 22æ.q.87. 1.c.* q.96.3 3m. * 3a.q.66.2.2m
3 Tribus ſacerdotalis & regia Iudæorum, erant præclariores: ideo ſæpe coniunctæ ſunt per matrimonium, 3a.q.31.2.2m
4 Iudæi excuſantur a furto Aegyptiaco, & hoc non eſt niſi quia præcepto ſuperioris domini, res non ſuæ, factæ ſunt ſuæ, 12æ.q.94.5.2m.* q.100.8.3m. * 22æ. q. 66. 5. 1m.* q. 104. 4. 2m
5 Iudæis permiſſum eſt, accipere vſuras ab extraneis tantum, quorum bona debebantur Iudæis, uel propter auaritiam, ne acciperent eas à fratribus, 12æ.q.105.3.3m. * 22æ.q 78. 1. 2m
6 Communis ſtatus Iudæorum, ſemper erat in proſperitate, quandiu ſeruabant legem: & cum peccabant, erant in tribulationibus, 12æ.q.99.6.1m
7 Deus exaltauit Iudæos tempore gratiæ quintupliciter ſcilicet ſecundum carnis aſſumptionem: per perſonalem prædicationem, per ſuam conuerſationem, per miraculorum operationem, & per diſcipulorum prædicationem, 22æ.q.10. 8.c. * q.14.1.c
8 Principes Iudæorum, cognouerunt Chriſtum eſſe meſſiam, qui promiſſus eſt in lege: non autem cognouerunt diuinitatem eius, niſi per coniecturas. quod etiam obſcurabatur per inuidiam & cupiditatem gloriæ propriæ, 3a.q.47. 5 0.* 6.c
9 Iudæi non intelligunt præcepta decalogi, 12æ.q.102.6.7m. * q.107.2.c.2m. * 4m. * 3.2m. * q. 108.2.4m. * 3.1m. * 2m. * 4m
10 Secta Iudæorum duplex, ſcilicet Phariſæorum, & Sadducæorum negantium reſurrectionem, & Angelos, 1a.q.50.1.c
11 Iudæi proni ſunt ad idolatriam, 12æ.q.100.6. 4m. * 22æ.q. 10.9.1m
12 Iudæi ſunt crudeles, & ad auaritiam proni. 12æ.q.105.2.2m
13 Iudæi di[illegible]ximo quidem blaſphemiam in filium hominis, cum di[illegible]bant uoracem, potatorem uini, & publicanorum amatorem: poſtmodum autem blaſphemauerunt in ſpiritum ſanctum, dum opera quæ ipſe operabatur, uirtute propriæ diuinitatis, & per operationem ſpiritus ſancti, attribuebant principi dæmoniorum, 22æ.q.14.1.c
14 Cum ipſi Iudæi ſint ſerui eccleſiæ: poteſt eccleſia diſponere de rebus eorum, ſicut etiam principes ſeculares multas leges ediderunt circa ſuos ſubditos, in fauorem libertatis, 22æ.q.10.10.c
15 Iudæi propter culpam ſuam, ſunt ſerui in perpetuum: ideo domini poſſent tollere res eorum, ſeruato eis uictu, niſi leges hoc prohiberent, 12æ.q.10.10. c. * 11.c. * 12.3m. * 3a. q. 68.10.2m
16 Iudæi ſunt compellendi à fidelibus ſi adſit facultas: ut fidem non impediant, uel blaſphemijs, uel malis perſuaſionibus uel etiam apertis perſecutionibus, 12a. q. 10.8.c.* 9.2m. * q 141.c
2 ¶Iudex iuſte infligendo pœnas, non peccat, 22æ.q.64.2.3.0. * q.108.1.3 m
2 Iudex nullas probationes admittere debet, contra leges diuinas uel humanas, 12a.q.67.1.c
3 Iudex perpendens accuſatorem falſo accuſaſſe, non quidem malicioſe, ſed temere, id eſt, ex leuitate credendi, uel ex iuſto errore, non imponat ei pœnam talionis, 22æ. q. 68.3.1m.* 4.1m
4 Iudex neminem debet condemnare, niſi accuſatum, 22æ.q. 67.1.0
5 Iudex debet eſſe facilior ad abſoluendum, quam ad condemnandum, niſi in cauſis fauorabilibus, ut libertatis, 22æ. q. 70.2.2m
6 Bonus iudex, eſt diminutiuus pœnarum, quæ ſub arbitrio relinquuntur, non autem pœnarum quæ determinantur à lege diuina, uel humana, 22æ.q.67.4.1m
7 Nullus iudex poteſt remittere pœnam, pro alterius iniuria: niſi ipſus uelit, nec pœnam pro iniuria communitatis, niſi ſupremus iudex, ſi expediat, 22æ.q.67.4.0.* 3a. quæſt. 16. 2. 2m
8 Nullus eſt iudex ſui, ſed poteſt ſe committere iudicio aliorum, 22æ.q.64.5.2m
9 Naturalis tamen inclinatio ineſt iudici, & cuilibet homini, ad repellendum nocitua dupliciter, ſcilicet uel defendendo ſe, ne inferantur iniuriæ, uel vlciſcendo illatas, non tamen intentione nocendi, ſed intentione remouendi nocumenta, 22æ.q.108.2 c
1 ¶Iudicium ſecundum primam impoſitionem: ſignificat rectam determinationem iuſtorum, ſed poſt, ampliatum eſt nomen eius ad ſignificandum omnem rectam determinationem, ſpeculatiuam uel practicam, 12æ.q.93.2.3m.* 22æ. q.60.1.1m
2 Iudicium eſt actus iudicis in quantum iudex id eſt, in quantum eſt ius dicens: ideo eſt actus iuſtitiæ, id eſt, executio iuſtitiæ, 22æ.q.60.3.c.* q.63.2.c
3 Iudicium quoad rem iudicatam, ſe habet communiter ad commutatiuam, & diſtributiuam iuſtitiam: ſed quoad formam iudicij, in quantum etiam in commutatiua, iudex accipit ab uno & dat alteri, pertinet ad diſtributiuam tantum, 22æ.q.63.4.1m
4 Ordinare, & iudicare ſunt actus ſapientiæ, 1a.q.1.1.6.c
5 In omni iudicio, ultima ſententia pertinet ad ſupremum iudicatorium, 12æ.q.74.7.c
6 Ad omne iudicium requiruntur duo ſcilicet virtus proferens, & diſpoſitio eius: ratione primi, eſt actus rationis, prudentiæ, & ſyneſis: ſed ratione ſecundi, eſt actus iuſtitiæ, 22æ. q.60.1.1m
7 Vnumquodque iudicatur magis, ſecundum formale in eo de per ſe, quam ſecundum materiale, & per accidens, 22æ q.110.1.1m.* q.117 6 c. * q.118 5 c.fi.
8 Quidam ſunt bene inquirentes, propter bonam imaginatiuam, qui non ſunt bene iudicantes, propter indiſpoſitionem ſenſus communis, 22æ.q.51.2.3 c
9 Iudicium de re non poteſt haberi perfectum, niſi per reſolutionem ad principium, 12æ.quæſt.112.5.6.* 22æ.quæſt. 173. 3. 0
10 Iudicium certum de re maxime datur ex ſua cauſa, ſecundum ordinem cauſarum: quia per primam iudicatur de ſecunda, non autem econuerſo, 22æ.q.9 2.c
11 Rectitudo iudicij, contingit dupliciter, ſcilicet per uſum rationis: & per connaturalitatem, iam in moralib. per ſcientiam moralem, & per habitus morales, quàm in diuinis per donum ſapientiæ, & per charitatem, 12æ.q.45.2.c.* q. 51. 3. 1m
12 Rectum iudicium conſiſtit in apprehenſione rei, ut in ſe eſt ex recta diſpoſitione potentiæ cognitiuæ, & appetitu, 22æ. q.51.3.1m
13 Charitas inclinat ad rectum iudicium, de omni re, per regulas diuinas ex quibus profertur per donum ſapientiæ: ſed iuſtitia inclinat per prudentiam, ſecundum regulas iuris, 22æ.q.60.1.2m
14 Ad iuſtum iudicium, requiruntur tria, ſcilicet iuſtitia, auctoritas & prudentia: ſi primum deſit, eſt iudicium peruerſum: ſi ſecundum, eſt iudicium uſurpatum: ſi tertium, eſt iudicium ſuſpicioſum uel temerarium, 22æ.q. 60.2.3. 6.0.* q.67.1.0. * 3a. q.59.1.c
15 Iudex debet ſemper iudicare, ſecundum leges ſcriptas, 22æ. q.60.5.0.* 6.c
16 Iudex debet iudicare ſecundum allegata & probata, etiam contra ueritatem quam nouit, ut perſona priuata, 22æ. q. 64 6.3m.* q.67.2.0
17 Iudicium humanum, debet imitari iudicium diuinum, in iudicijs Dei manifeſtis, nõ autem in occultis: quia eorum rationes non poteſt homo comprehendere, 22æ.q.10.11.c. * q.108. .2m
18 * Exiſtens in peccato mortali etiam occulto, ex officio corrigens, uel iudicans alios, peccat, non autem hoc agens,

ut frater, niſi propter ſcandalum. 22æ. q. 33. 5. o.
19 *Iudicat legem, dicens eam non eſſe bene poſitam, non autē dicentem in aliquo caſu non eſſe ſeruandam: ſed de illo caſu particulari. 22æ. q. 120. 1. 2m.
20 Homo in iudicio, debet pauperi ſubuenire, quantum poteſt ſine læſione iuſtitiæ. q. 63. 4. 2m.
21 Nullus poteſt iudicare, niſi ſubditum ordinarie, uel ex commiſſione ſuperioris, uel propria ſponte, uel delinquentem in re non exempta. 22æ. q. 60. 2. c. *q. 67. 1. o.
22 Iudicium per compromiſſum in arbitros neceſſe eſt aliqua pœna uallari. 22æ. q. 67. 1. 2m.
23 Iudicium eccleſiæ, debet eſſe conforme iudicio Dei: & non aſtringi legibus humanis. 12æ. q. 10. 11. c. *q. 108. 4. 2m.
24 Poteſtas ſecularis, ſubditur poteſtati ſpirituali: ideo iudicium non eſt uſurpatum, ſi prælatus ſpiritualis iudicat de temporalibus, quantum ad permiſſa: uel in quantum ei ſubduntur. 22æ. q. 60. 6. 3m.
25 Iudiciaria poteſtas conuenit toti trinitati: ſed appropriatur patri ratione auctoritatis filio quo ad rationem iudicii: & ſpiritui ſancto, quo ad affectum iudicandi, quem homines habent. 3a. q. 59. 1. o.
26 Auctoritas principalis iudicandi conuenit ſoli Deo: ſed committitur hominibus, & maxime Chriſto, ſecundum naturam humanam. 3a. q. 58. o. *q. 59. 2. oo.
27 In iudicio Dei idem poteſt eſſe accuſator ſimul & teſtis, non autem iudicio humano. 22æ. q. 67. 1. 1m. *3. 3m. *q. 89. 1. 3m.
28 Deus in iudicio ſuo utitur conſcientia peccantis, & euidentia facti quo ad ipſum pro accuſatore. 12æ. q. 67. 3. 1m.
29 Chriſtus hic uiuens noluit adminiſtrare temporaliter regnū terrenum, nec iudiciaria exercere poteſtatem ſuper res temporales. 3a. q. 59. 4. 1m.
30 Chriſtus propria uoluntate, ſubdidit ſe Pilati iudicio ſicut etiam alii poſſunt ſe ſubiicere, etiam non ſuperioribus, 22æ q. 67. 1. 2m.
31 Iudiciaria poteſtas conuenit Chriſto, propter diuinam perſonam, dignitatem capitis, gratiæ habitualis plenitudinē, & propter meritum eius. 3a. q. 59. 3. o.
32 Chriſtus habet poteſtatem iudiciariam ſuper omnes creaturas: quia anima eius, eſt ſuper omnes creaturas, 3a. quæſt. 59. 1. 3m.
33 Chriſtus ſecundum naturam humanā, habet poteſtatem iudiciariam ſuper omnes angelos, quo ad diſpenſationes, & præmium accidentale: ſed quo ad præmium eſſentiale ſecundum naturam diuinam tantum. 3a. q. 59. 6. o.
34 Iudiciaria poteſtas quo ad omnes res humanas, cōuenit Chriſto ſecundum utranque naturam 3a. q. 59. 4. o.
35 Angeli trahuntur ad iudicium pro cuſtoditis qui damnantur, non quidem ut rei, ſed ut teſtes. 1a. q. 113. 7. 4m.
36 Omnes homines iudicabuntur, quo ad receptionem præmii uel punitionis: ſed perfecti, & infideles non iudicabuntur iudicio diſcuſſionis. 3a. q. 56. c. 3m.
37 Neceſſe eſt, eſſe generale iudicium in fine mundi, præter iudicium particulare quod fit in morte. 3a. q. 59. 5. o.
38 Dies iudicii quæ erit tempore ſecundi aduentus Chriſti, qui æſtati comparatur, quando ſol maxime exultatur. eſt nota ſoli Deo, 3a. q. 46. 9. 2. 3. 3m.
39 Vniuerſale iudicium futurum eſt. s. q. 88. 1. c.
40 Vltimum iudicium futurum eſt mentaliter, s. q. 88. 2. c.
41 Conueniens eſt ut cognitio finis mundi ſoli Deo reſeruetur s. q. 88. 3. o.
42 Probabile eſt Chriſtum deſcenſurum ad iudicandum circa montem Oliueti. s. q. 88. 4. o.
43 Iudicabunt perfecti uiri cum Chriſto s. q. 89. 1. c.
44 Non cuilibet pauperi datur iudiciaria poteſtas, ſed ei qui omnibus relictis Chriſtū ſecutus fuerit, iuxta perfectionem uitæ. s. q. 89. 1. c.
45 Non competit angelis iudicare. s. q 89. 3. o.
46 Probabile eſt quod dæmones damnatos torquebunt. s. q. 89. 4. c.
47 Omnes in iudicio comparebunt. s. q. 89. 5. o.
48 Beati omnes quantum ad præmiorum retributionem iudicabuntur, quādiu uero ad meritorum diſcuſſionem qui notabilem alicuius mali meriti admixtionem habent, non iudicabuntur, at illi qui negotiis terrenis ſunt implicati ita tamen ut ſua peccata per eleemoſynas expiant, iudicabuntur. s. q 89. 6. c.
49 Infideles condemnabuntur, cum in eis nullum ſit fidei fundamentum. s. q. 89. 7. c.
50 Angeli non iudicabuntur iudicio diſcuſſionis, ſed bene retributionis. s. q. 89. 8. o.
51 Congruum eſt ut Chriſtus ſecundum humanam naturam ſit mundum iudicaturus. s. q. 90. 1. 2.
52 Conueniens eſt ut Chriſtus in ultimo iudicio in gloria ſua appareat. s. q. 90. 2. o.
53 Cum Deus ſit eſſentialiter ipſa bonitas, non poteſt ſine gaudio uideri. s. q. 9. 3. c.
54 Conueniens eſt ut ſicut homo glorificatus erit, ſic & mundū ipſum poſt iudicium innouari. s. q. 91. 1. c.
55 Homine glorificato motus cæli ceſſabit, diuina uoluntate id faciente. s. q. 91. 2. c.
56 Corpora cæleſtia maiorem claritatem accipient in illa innouatione, ut quaſi ſenſibiliter Deus ab homine uideatur. s. q. 91. 3. o.
57 Cum oporteat corpora inferiora maxime perfici ſecundum claritatem, in qua communicabunt cum cæleſtibus corporibus, elementa induentur claritate quadam, non tamen æqualiter. s. q. 91. 4. o.
58 Cum plantæ & animalia non poſſint ordinari ad incorruptionem, non remanebunt in illa mundi innouatione, s. quæſt. 91. 5. c.
¶Iudith laudatur, non quia mentita eſt Holopherni, ſed propter affectum quem habuit ad ſalutem populi: pro qua periculis ſe expoſuit: quāuis dici poſſit, quod uerba eius ueritatem habent ſecundum aliquem myſticum intellectum. 22æ. q. 110. 3. 3m.
¶Iuge ſacrificium, fiebat mane & ueſperi quotidie figurans perpetuitatem diuinæ beatitudinis, & perpetuitatem Chriſti, qui eſt agnus Dei, 12æ. quæſt. 102. 4. 10m. *3a. quæſt. 22. 3. 3m.
Iumentum ſeu pecus dicitur omne animal ſeruiens homini 1a. q. 72. 2m.
1 ¶Iuramentum eſt actus religionis, ſeu latriæ: quia honorabiliſſimum eſt 22æ. q. 69. 4. o.
2 Iuramentum ſeu iurare, eſt Deum in teſtem uocare: propter defectum locutionis & cognitionis humanæ: ideo non ſit in neceſſarius, 22æ. q. 89. 1. o. *4. c. *q. 98. 2. c.
3 Iurare eſt implorare teſtimonium Dei, ut exhibendum: ſed allegare ſacram ſcripturam, eſt uti teſtimonio Dei, iam dato. 22æ. q. 89. 1. 1m.
4 Iuramentum Dei, & iuramentum angeli in ſacra ſcriptura, inducitur ad oſtendendum infallibilitatem diſpoſitionis diuinæ de aliqua re non autem propter defectum dicti ſui 22æ. q. 89. 10. 4m.
5 Iuramentum ſecundum ſe licitum eſt, & honeſtum, ſcilicet ratione originis & finis: ſed ſedit in malum alicui, ex eo qđ male utitur eo, id eſt, ſine neceſſitate & cautela debita, uel quia imminet periculum periurii quia de facili homo in uerbo delinquit. 22æ. q. 89. 2. o. *3. c.
6 Iuramentum quæritur ad ſubueniendum alicui defectui, quo ſcilicet unus homo alteri diffidit ideo iuramentum non eſt per ſe appetendum, ſed tantum in neceſſitate, ut medicina, utendum eſt eo, 12æ. q. 107. 2. c. 3. *q. 108. 3. 1m. *22æ. q. 1 3. ar. 1. *q. 89. *3. c. *5. o.
7 Iuramētum debet habere tres comites. ſ. ueritatem, iudicium & iuſtitiam. 22æ. q. 89. 3. o. *7. c. *8. 1. 1m.
8 Iurare per creaturas non licet niſi ſecundum quod in eis, ueritas diuina, uel effectus teſtificationis eius oſtenditur: ſicut iurauit Ioſeph per ſalutem Pharaonis, ſcilicet, uel per modum execrationis, quaſi ſalutē Pharaonis obligauerit Deo uel per modum conteſtationis, quaſi conteſtando ueritatē diuinæ iuſtitiæ, ad cuius executionem principes terræ conſtituuntur. 22æ. q. 89. 6. o.
9 Aſſumuntur ad iuramentum aliquæ creaturæ, non quidem ſecundum ſe, ſed in quantum in eis diuina ueritas manifeſtatur: ſicut iuramus per euangelium, id eſt, per Deum cuius ueritas in euangelio manifeſtatur & per ſanctos qui hanc ueritatem crediderunt & obſeruauerunt. 22æ. quæſt 89. 6. c.
10 Solet homo iurare per caput ſuum, aut per filium ſuum, aut per aliquam aliam rem quam diligit: ſicut & Apoſtolus iurauit in animam ſuam. 22æ. q. 89. 6. c.
11 Puniunt per canones clericus, per creaturam iurans, quod ad blaſphemiam infidelitatis pertinet. eo quod dominus prohibuit iurare per creaturas, ita, ſcilicet quod eis adhibeatur reuerentia diuina, 22æ. q. 89. 6. 1m.
12 Iuramentum duplex, ſcilicet ſanctorum, id eſt de præſenti uel præterito: & promiſſorium, id eſt de futuro, 22æ q. 89. 1. c. *7. o.
13 Iuramentum duplex, ſ. per ſimplicem conteſtationem Dei, & per execrationem. ſ. obligando ſe, uel aliquid ſui ad pœnā 22æ. q. 89. 1. 3m. *6. o.
14 Deus dupliciter eſt teſtis in iuramento, ſ. manifeſtando ueritatem in mente, uel in publico, & puniendo mendacem. 22æ. q. 89. 1. 3m. *2. 3m.

15 Iurare per Deum, ſecundum ſe eſt malus, quàm iurare per euangelia: ſed ratione maioris ſolennitatis, & maioris deliberationis, eſt econuerſo. 22ª. quæſt. 89. 10. 2m. *. quæſt. 98. 3. 1m.
16 Obligatio uoti, cauſatur ex fidelitate ad Deum: ideo eſt maior, quam obligatio iuramenti, quæ eſt ex reuerentia Dei. 22ª. q. 89. 8. o.
17 Iuramentum obligat, ſecundũ intentionẽ iurantis, ſine dolo, aliàs obligat, ſecundum ſecundariũ intellectũ eius cui iuratur. 22ª. q. 89. 7. 4m.
18 In iuramento promiſſorio, eſt duplex obligatio, ſcilicet, ad peccatum ſi deſit ueritas, & obligatio ad faciendum illud quod promiſit: ſed in iuramento aſſertorio, eſt tantum prima obligatio. 22ª. q. 89. 7. c. 3m.
19 Iuramentum coactum, obligat in conſcientia, non autem in foro contentioſo: tamen poteſt repeteri, uel denunciare ſuperiori, etiam ſi oppoſitum iuraſſet. 22ª. q. 89. 3m. *quæſt. 98. 3. 1m.
20 Cum quis iurat facere uoluntatem alterius, uel promittit, intelligenda eſt debita conditio, ſcilicet id quod ei mandatur licitum ſit, & honeſtum & portabile, ſiue moderatum, 22ª. q. 98. 2. 3m.
21 Iuramentum & uotum, cum uergunt in deteriorem exitum, uel cum ſit illicitũ, non debet ſeruari. 22ª. quæſt. 88. 2. 2m. * 10. c. * 12. 2m. * q. 89. 7. o.
22 Iurans aliquid illicitum facere, uel iurans abſtinere à bono, ut à religione, non obligatur ſeruare illud: ſed eſt periurus ipſo facto. 22ª. quæſt. 89. 7. c. 2m *. 9. 3m. * quæſt. 98. 1. 1m. * 2. 1m. * 2m.
23 Nouus ciuis obligatur ſeruare iuramenta ciuitatis, ex fidelitate non autem ex iuramento: quia eſt actio perſonalis. 22ª. q. 98. 2. 4m.
24 Canonicus iurans ſeruare ſtatuta collegij, tenetur ad ſtatuta futura, ex ui eorum, non autem ex iuramento, niſi hoc intenderit. 22ª. q. 98. 2. 4m.
25 Ille cui iuratur, poteſt liberare à iuramento promiſſorio, quo ad utilitatem eius non autem quo ad utilitatem aliorum, nec quo ad honorem Dei. 22ª. q. 89. 6. 2m.
26 Quilibet poteſt irritare iuramentum ſui ſubditi, circa ea quæ ſubduntur eius poteſtati, ut pater uel maritus. 22ª. quæſt. 89. 9. 3m.
27 In iuramento aſſertorio, non poteſt diſpenſari: nec in promiſſorio ſecundum ſe, ſed tantum ratione materiæ indebitæ. 22ª. q. 89. 9. o.
28 *Si dubium eſt an ſit licitum, uel proficuum, quod iuratum eſt, poteſt à quolibet epiſcopo diſpenſari: ſi autem ſit licitũ manifeſte: non uidetur diſpenſabile, nec commutabile: niſi occurrat aliquid melius, ad cõmunem utilitatem, quod ad Papam maxime pertinet. 22ª. quæſt. 89. 9. 3m. * quæſt. 98. 3. 1m.
29 Iurans debet eſſe ieiunus, niſi in neceſſitate. 22ª q. 89. 10. o.
30 In feſto non licet iurare pro re temporali, niſi forte ex magna neceſſitate, ſed iurare pro re ſpirituali licet. 22ª. quæſt. 89. 10. c. ſi.
31 Pueri & periuri, non coguntur iurare, quia iurare tenentur reuerentia, nec ſacerdotes, niſi in neceſſitate, & pro re ſpirituali. 22ª. q. 89. 10. o.
32 Recipere iuramentum per falſos deos à diſpoſito ſic iurare licet ſecundum Auguſtinum, non autem licet inducere. 22ª. q. 78. 4. c. * q. 98. 4. 1m.
33 Cogẽs iurare, quem ſit peierare, peccat mortaliter, niſi ſit perſona publica, ut iudex qui requiſitus tenetur ad hoc. 22ª. q. 98. 4. o.
¶ Iurgium uidetur idem eſſe quod rixa. 22ª. q. 41. 2. ar. 2. * 2m.
Quilibet habens iuriſdictionem, poteſt ea quæ ſunt iuriſdictionis committere 22. q. 187. 5.
1 ¶ Ius primo impoſitum eſt, ad ſignificandum rem iuſtam, ſecundo, artem qua cognoſcitur, tertio locum, quarto id quod redditur à iudice. 22ª. q. 57. 1. 1m.
2 Ius proprie eſt obiectum iuſtitiæ, lex autem ratio iuris ſcripta, 22ª. q. 57. 1. o. * q. 60. 1. r.
3 Ius uel iuſtum, eſt opus adæquatum alteri, ſecundum aliquem æqualitatis modum. 22ª. q. 57. 1. 2. r. * q. 59. 2. c.
4 Ius diuinum, eſt quod diuinitus promulgatur: & eſt duplex, ſ. naturale & poſitiuum. 22ª. q. 87. 2. 3m.
5 Ius naturale eſt conceptio homini naturaliter indita, qua dirigitur homo ad conuenienter agendum in proprijs actionibus, 12ª. q. 91. 2. o. * q. 96. 2. 3m.
6 Ius naturale primo continetur in lege æterna, ſecundario uero, in naturali iudicatorio rationis humanæ. 12ª. quæſt. 71. 6. 4m.
7 Ius naturale ſemper & ubique habet eandem potentiam, ſed per accidens propter aliquod impedimentũ, poteſt uariari 12ª. q. 94. 5. 6. o.
8 De iure naturali eſt quod maleficia puniantur, ſed determinatio eius eſt de iure poſitiuo. 22ª. q. 85. 1. 1m.
9 Ius poſitiuum deriuatur à iure naturali 12ª. quæſt. 95. 2. o. * 3. 4. c.
10 Voluntas bona, poteſt facere ius iuſtum, de aliquo indifferenti, non autem contra ius naturale. 22ª. q. 57. 2. 2m. * q. 60. 5. 1m. * 2m. * q. 66. 7. c.
11 Ius diuinum non tollit ius humanum, quod eſt ex naturali ratione, 12ª. q. 10. 10. c. * q. 12. 1. c.
12 Ius poſitiuum uariatur, ſecundum diuerſas hominum conditiones, in diuerſis tẽporibus, 12ª. q. 91. 5. 16. * c. 6. * q. 96. 2. c. * q. 104. 3. 2m.
13 Ius duplex, ſcilicet naturale & poſitiuum. 12ª. q. 95. 4. c. 22ª. q. 57. 2. o. * q. 60. 5. c.
14 Ius naturale dupliciter, ſcilicet à natura immediate, ut principia, & mediate, ut concluſio. Primum eſt idem apud omnes, nec unquam deficit non autem ſecundum. 12ª. q. 94. 4. 5. 6. o.
15 Ius naturale dicitur dupliciter, ſcilicet quod ex natura ſua abſolute eſt alteri adæquatum, & ut ex aliquid conſequitur. Primum conuenit omni animali, ſecundum autem ſoli homini, & eſt ius gentium. 22ª. quæſt. 95. 4. 3m. * 22ª. q. 57. 3. o.
16 Aliquid dicitur de iure naturali, dupliciter, ſcilicet ad quod natura inclinat, & cuius contrarium natura non induxit 12ª. q. 94. 5. 3m.
17 Ius poſitiuum duplex, ſcilicet ius gentium, & ius ciuile, primum deriuatur à lege naturali, ut concluſio, ſecundum, ut ſo, per modum determinationis. 12ª. q. 94. 5. c. 1m.
18 Ius dicitur dupliciter, ſcilicet ſimpliciter, id eſt, æqualium, & ſecundum quid, id eſt, inæqualium, & hoc eſt triplex, ſcilicet, dominatiuum, paternum, & œconomicum. 22ª. q. 57. 4. o. * q. 58. 7. 3m.
1 ¶ Iuſtitia dicitur dupliciter, ſcilicet propriè, id eſt, uirtus, quæ eſt rectitudo actus, & metaphorice, id eſt rectitudo ordinis in partibus hominis, 12ª. q. 2. 3. c ſi. * quæſt. 46. 7. 2m. * q. 55. 4. 4m. * q. 100. 2. 2m. * q. 113. 1. r. * 22ª. q. 30. 1. 2m. * q. 58. 2. o. * q. 106. 3. c.
2 Iuſtitia duplex. ſ. generalis, ordinatur ad bonum commune, & iuſtitia particularis, ad perſonas ſingulares 12ª. q. 60. 3. o. q. 113. 1. c. * 22ª. q. 33. 1. 1m. * q. 58. 5. 6. 7. o. * 12. c. * q. 59. 1. o. * q. 61. 1. r. * q. 79. 1. c. * q. 81. 8. 1m. * q. 102. 1. 3m.
3 Iuſtitia dicitur generalis dupliciter, ſcilicet cauſaliter, & per prædicationem, prima eſt iuſtitia legalis, differens realiter à qualibet alia uirtute, ſecunda eſt uirtus in communi, ut imperata à iuſtitia legali, differens ab alijs uirtutibus ſecundum rationem tãtum. 12ª. quæſt. 60. 3. 2m. 7. c. * 22ª. q. 58. 6. o. * q. 79. 2. 1m.
4 Iuſtitia duplex, ſcilicet ciuilis, id eſt acquiſita, & iuſtitia infuſa prima poteſt eſſe ſine gratia non autem ſecunda, 12ª. quæſt. 10. 12. c.
5 Iuſtitia eſt habitus, ſecundum quem aliquis conſtanti, & perpetua uoluntate ius ſuum unicuique tribuit, 22ª. q. 58. 1. o.
6 Iuſtitia eſt uirtus. 22ª. q. 58. 3. o.
7 Iuſtitia quandoque uocatur ueritas, quia eſt rectitudo impreſſa uoluntati, à rectitudine rationis, quæ dicitur ueritas, 22ª q. 58 4. 1m.
8 Iuſtitia non eſt rectitudo eſſentialiter: ſed cauſaliter tãtũ 22ª. q. 58. 1. 2m.
9 Iuſtitia in quadam æqualitate conſiſtit, 12ª. q. 114 1. c. * 22ª. q. 57. 1. c 3m. * q. 62. 2. c. * q. 122. 1. c. * 3ª. q. 85. 3. c.
10 Iuſtitia eſt perpetua ex parte obiecti, nõ autem ex parte actus, 22ª. q. 58. 1. 3m. * 4m.
11 Iuſtitia proprie, eſt ſemper ad alterum ſuppoſitum, ſed metaphorice eſt ad ſe, ſecundum diuerſas partes. 22ª. q. 57. 2. c. * 4. o. * q. 58. 1. 2. 8. c. 3m. * 9. c. * q. 59. 1. c. * 3. 2m. * q. 67. 3. c. * q. 116. 3. 1m. * q. 122. 1. c.
12 Iuſtitia legalis inquantum reſpicit bonum commune ut proprium obiectum, eſt uirtus ſpecialis ſecundum ſuam eſſentiam & ſic eſt in principe principaliter, & quaſi architectonice, ſed in ſubditis eſt ſecundario & quaſi miniſtratiue ſed eſt generalis cauſaliter, & ſecundum uirtutem ſuam, in quantum ordinat actus omnium uirtutum ad bonum commune. 22ª. q. 58. 6. c * q. 60. 1. 4m.
13 Vindicta quæ fit auctoritate publicæ poteſtatis, ſecundum ſententiam iudicis pertinet ad iuſtitiam commutatiuam, ſed quam quis facit proprio motu, non tamen contra legẽ, uel quam requirit à iudice, pertinet uindicatiuam uirtutẽ iuſtitiæ adiunctam. 22ª. q. 80. 1m.
14 Virtutes autem adiunctæ ſeu annexæ iuſtitiæ, ſecundum

Tullium ſunt ſex, ſcilicet, religio, pietas, gratia uindicatio, obſeruantia, & ueritas, ſed ſecundum Macrobium, ſunt ſeptem, ſcilicet duæ primæ prædictæ, Innocentia, amicitia cõcordia affectus, & humanitas & ſecũdum alios ſunt quinque, ſcilicet obedientia, diſciplina, æquitas, fides, & ueritas & ſecundum Andronicum, ſunt nouem, ſcilicet bona cõmutatio, legiſpoſitiua, cognomoſyna, euſebia, eucharistia, ſanctitas, liberalitas, benignitas, & uindicatiua, 12æ.q.60.3 o.°22æ.q.80.o °q.122.1.c

15 Religio eſt potiſſima pars iuſtitiæ, ſecũda uero eſt pietas, 22æ q.122.1.c

16 Iuſtitiæ correſpondet donum pietatis, 22æ.q.121.princ.

17 Species iuſtitiæ particularis duplex, ſcilicet iuſtitia commutatiua, & iuſtitia diſtributiua, 1ª.q.21.1.c°12æ.q.60.3.3m° 22æ q.61.1.o

18 In pertinẽtibus ad iuſtitiam omne ſuperfluũ dicit lucrum, & omne minus dicitur damnum, quia iuſtitia prius fuit exercita & communius exercetur in uoluntarijs commutationibus in quibus hæc proprie dicuntur, 22æ.q.38.12.3m

19 Materia iuſtitiæ particularis duplex°, ſcilicet materia proxima, ut paſſiones, & operationes & materia remota, ſcilicet res exteriores, 22æ.q.58.8.c.°9.2m

20 Iuſtitia particularis, habet materiam ſpecialem, ſcilicet operationes exteriores, quæ ſunt ad alterum, 12æ.q.60.2.c°q.61.3.c.°q.107.2.c.°22æ.q.58.8.c.°1.0.11.c.°q.50.1.3m°3.c °q.60.2.3m°q.61.3.c.°q.61.3.c.°q.191.1m.c°3ª.q.85.3.1m

21 Iuſtitia particularis, non eſt circa paſſiones animæ: ſed iuſtitia legalis eſt circa eas, licet principalius ſit cir. operationes exteriores 22æ.q.58.9.o.

22 Materia iuſtitiæ, non eſt illa ad quem eſt iuſtitia: ſed res quæ diſtribuuntur uel commutantur, 3ª.q.85.3.1m

23 Eadem eſt materia remota iuſtitiæ commutatiuæ, & iuſtitiæ diſtributiuæ, non autem materia propria, 22æ.q.61.3.o

24 Iuſtitia quo ad legem regulantem, eſt in ratione, uel in intellectu: ſed quo ad imperium quo opera regulantur ſecũdum legem, eſt in uoluntate, 1ª.q.21.2.1m

25 Iuſtitia eſt in uolũtate ſubiectiue, 1ª.q.21.1.1m°2.1m°12æ.q.56.6.c.°q.57.1.c.°q.61.2.c.°q.61.1.4.c.°q.85.3.c°22æ.q.58 8.c.°q.58.4.c.°3.2m.°8.1m.°9.12.c.°q.100.1.2m.°. 3ª.q.85.4.c.

26 Omnes partes iuſtitiæ, & omnia oppoſita earum, ſunt ſubiectiue in uoluntate, 22æ.q.100.1.2m

27 Iuſtitia, per redundantiam, eſt in qualibet potentia animæ imperando non autem eſſentialiter, 21æ.q.58.8.1m

28 Iuſtitia & charitas ſunt eſſentialiter in beatis, non autem patientia: ſed tantum ſecundum fructum, 22æ.quæſt. 136. 1.1m.

29 Reddere unicuique quod ſuum eſt, eſt proprius actus iuſtitiæ, nec conuenit alij uirtuti, niſi inquantum coniungitur Iuſtitiæ, 1ª.q.21.1.c.°22æ.q.58.11.o.quæſt.66.3.c.°. quæſt. 101.3.c

30 Facere bonum & declinare à malo, ſunt quaſi partes integrales iuſtitiæ particularis generalis & legalis: ſed diuerſimode, 22æ.q.79.1.o

31 Actus omnium uirtutum, pertinent ad iuſtitiam legalem: inquantum ordinat eos ad bonum commune, 12æ.q.61.5 4m.°22æ.q.58.3.c.°q.102.1.3m

32 Vſus rectæ rationis, maxime apparet in iuſtitia: & uſus indebitus, in uitijs oppoſitis iuſtitiæ, 22æ.q.55 8.c

33 Dare inæqualia æqualibus ex debito, eſt contra iuſtitiam: non autem dare ſine debito, ex liberalitate, 1ª.q.65.2.3m.

34 Sola iuſtitia inter alias uirtutes, importat rationem debiti, 22æ.q.99.5.1m

35 Virtus exiſtens ad alterum, dupliciter, deficit à ratione iuſtitiæ, ſcilicet deficiendo à ratione debiti: uel à ratione æqualis, 22æ.q.80.c

36 Modeſtia circa res exteriores, attẽdit ſolam moderationem: iuſtitia uero attendit debitum, 22æ.q.143.1m

37 Pietas eſt ad patriam, ut ad principium noſtri: iuſtitia uero legalis reſpicit bonum patriæ, ſecundum quod eſt bonum commune ideo iuſtitia legalis magis habet quod ſit uirtus generalis, quam pietas, 22æ.q.101.3.3m

38 Iuſtitia legalis mouet per imperium ad ſuum finem omnes alias uirtutes morales, 22æ.q.58.6.c.

39 Iuſtitia attendit debitum unius hominis ad alium, exteræ uero uirtutes, attẽdunt debitum inferiorum uirium ad rationem, 12æ.q.100.2.2m.°22æ.q.67.1.c

40 Iuſtitia eſt circa operationes ad alterum, ſub ratione debiti legalis, amicitia uero, ſub ratione debiti moralis, uel beneficij gratuiti, 22æ.q.23.3.2m

41 Iuſtitia poſt prudentiam, nobilior eſt omni alia uirtute morale; deinde fortitudo & poſt has temperantia, 12æ.q.66.1. c.°4.o.°q.68 7.c.°.22æ.q.8.12.o.°q.123.12 o° q.141.8.o.°q. 181.1.1m

42 Iuſtitia & fortitudo ſunt ſimpliciter digniores temperantia quia de meliori bono ſunt, ſcilicet, communiori, ſed eſt econuerſo ſecundum quid, quia temperantia, eſt circa difficilius, & frequentius, 12æ.q.141.8.o.°q.142.3.1m

43 Iuſtitia & temperantia, nunquam ſumuntur in malo ut prudentia, quia important æqualitatem, & concupiſcentiarum refrenationem, ex quibus laus eſt uirtutis. 22æ.quæſt. 55.1.1m

44 Originalis iuſtitia erat ex hoc, quod corpus ſubijciebatur animæ, & potentiæ inferiores ſubijciebantur rationi, & ratio ſubijciebatur Deo, 1ª. q.94.1.c.°.2.4.c.°q.95.1.3.c.°q.96. 1.c.°12æ.q.81.5.2m.°q.82.3 c.°q.85.3.3.c.°q.89.3.c °22æ q.61.2.c.°q.163.c.°q.104.1.c.°3ª.q.27.1.c

45 Originalis iuſtitia, erat iuſtitia naturalis, non quaſi cauſata ex principijs naturæ: ſed quaſi propaganda cum natura, 1ª.q.1001.c.1m.°12æq.81.2.c,

46 Rectitudo uoluntatis eſt quaſi formale, in originali iuſtitia, rectitudo autem aliarum potentiarum, eſt quaſi materiale eius. 1ª.q.95.1.5m.

47 Originalis iuſtitia, non poterat eſſe, ſine gratia gratum faciẽte, 1ª.q.95.1.o.°q.100.1.2m

48 Originalis iuſtitia prius erat in eſſentia animæ, quam in potentijs eius, 12æ.q.83.2.2m

49 Et prius erat in uoluntate quam in aliqua alia potentia, 12æ q.82.3.c

50 Iuſtitia diſtributiua eſt in Deo, non autem Iuſtitia commutatiua, 1ª.q.21.1.o

51 Iuſtitia Dei, eſt ueritas 1ª.q.21.2.o.

52 Iuſtitia Dei duplex, ſcilicet condeſcentia bonitatis eius, & retributio pro meritis, 1ª.q.21.1.1m

53 Iuſtitia Dei præſupponit rationem bonitatis eius, & dicit ſpecialem actum cõmunicationis, non bonitas eius, niſi in generali, ſed dicit perfectionem naturæ eius 1ª. quæſt. 21. 1.4m

54 Totus ordo iuſtitiæ Dei, reducitur generaliter ad uoluntatẽ Dei, 1ª.q.42.2.3m

55 ordo uniuerſi demonſtrat iuſtitiam Dei, ſicut ordo cuiuslibet multitudinis demonſtrat iuſtitiam ſui gubernantis, 1ª.q.21.1.c

56 Deus poteſt agere præter iuſtitiam, ſcilicet præmiando ultra meritum, & puniendo citra condignum, ſed non poteſt agere contra iuſtitiam, de potentia ordinata, 12æ. quæſt. 112.3.1m

57 Hominis ad Deum, ſerui ad dominum, patris ad filium, non eſt iuſtitia, niſi ſecundum ſimilitudinem, 12æ.q.114. 1.c.°22æ.q.57.4.c.°q.58.7.3m.°3ª.q.85.3.c.2m

1 ¶ Iuſtificatio nominatur à iuſtitia, ut dicit rectitudinem ordinis hominis ad Deum, & partium hominis inter ſe, non autem à iuſtitia particulari, uel legali, 12æ.q.100.2.1m°q. 113.1.o.

2 °Iuſtificatio potius nominatur à iuſtitia, ° quam a charitate uel fide: quia fides & charitas dicunt ordinem ſpecialẽ mentis humanæ ad Deum: ſecundum intellectũ uel affectum ſed iuſtitia importat generaliter totam rectitudinem ordinis, 12æ.q.113.1.2m

3 Iuſtificatio propria eſt factio iuſtitiæ, quo ad habitũ uel eſt executio actus eius: ſed impropria eſt ſignificatio, uel diſpoſitio eius, 12æ.q.100.12 o

4 Iuſtificatio impij eſt motus mentis, quo anima à Deo mouetur de ſtatu peccati, ad ſtatum iuſtitiæ, 12æ.q.113.1.5.6.c.

5 Iuſtificatio in fidam, dicit motum ad iuſtitiam. ſed in facto eſſe, eſt effectus eius formalis, 12æ.q.113 5.c

6 Iuſtificatio fit in inſtanti, 12æ.q.113.7.o.°.8.c

7 Tota iuſtificatio impij originaliter conſiſtit in infuſione gratiæ: quia per eam, & liberũ arbitrium mouetur, & culpa remittitur, 12æ.q.213 7.c.°8.c.1m

8 Iuſtificatio non quidem ſimpliciter, ſed iuſtificatio impij, eſt idem quod remiſſio peccatorum, 12æ. quæſt. 113. 1.o. °6.1m

9 In iuſtificatione Impij, infuſio gratiæ & remiſſio culpæ, ſunt unus actus numero ſecundum ſubſtantiam ſed differunt ſecundum terminos, 12æ.q.113.6.2m

10 Vocatio dicit auxilium Dei mouentis interius, & excitantis mentem ad deſerendum peccatum: ideo non eſt remiſſio peccatorum: nec eſt iuſtificatio, ſed eſt cauſa eius, 12æ.q. 113.1.3m

11 Iuſtificare impium eſt maius, quam creare cœlum & terrã ratione terminis, & repugnantiæ, ſed eſt è conuerſo, ratione modi, 12æ.q.113.9.o.°3ª.q.43.4.2m

12 Iuſtificare eſt maius ſecundum quantitatem proportionis, quam

quam glorificare, ſed abſolute eſt econuerſo, ſicut gloria maior eſt quam gratia, 12æ.q.113.9.o.Baptiſmus,70.Creatio.47.Miſericordia,11.12.31.45.46.Pulchritudo.11.
13 In iuſtificatione impij remiſſio peccatorum prior eſt naturaliter infuſione gratiæ, ſecundum ordinem cauſæ materialis, ſed econuerſo ſecundũ alias tres rãs, 12æ.q.113.8 o.4.d.17.q.1.ar.4.1.o.*q.2.ar.5.quæſt.1.2m.*Veri.quæſt. 28.7.o.
14 In iuſtificatione ſpij motus fidei eſt primus, 12æ.q.113.4.c.*2.d.26.4.4m.*d.27.4.2m.*3.d.30.5.3m.*4.d.14.q.2.4.3m.*d.17.q.1.ar.3.q.1.c.*Ro.3.lect.3.co.2.prin.*co.4.co.5.fi.Sanitas,7
15 In iuſtificatione, prior eſt ordine naturæ infuſio gratiæ ſecundo motus fidei in Deum: tertio motus contra peccatũ quarto remiſſio culpæ licet omnia ſint in eodem inſtanti 12æ.q.113 8 o.*3a q.85.6.c.3m.*1.d.2 D.4m.*4 d.14.q.1.a.2.q.2.o.*d.17.q.1.ar.3.q.2.o.*q.3.r.*Veri.q.28.2.10m.*1.10m.6.o
16 In iuſtificatione, motus liberi arbitrij ſ peccatũ, eſt prior motu eius in Deum, ordine materiæ: ſecundum alias autem tres cauſas, eſt econuerſo, 12æ.q.113.8.c.*3a.q.85.6.c.2m.*4.d.17.q.1.ar.4.q.30.Veri.q.28.8.c
17 Motus liberi arbitrij cõtra peccatum in iuſtificatione, prior eſt infuſione gratiæ, ordine materiæ, ſed eſt econuerſo, ordine formæ, 12æ.q.113,8 o.*4.d.17.q.1.ar.4.q 2.o.*Veri.q. 28.8.o
18 Vnus & idem motus eſt, in quo gratia infunditur, qui eſt diſpoſitio ad gratiam, ſecundum quod exit a libero arbitrio & meritorius ſecundum quod informatur gratia, & ſimile eſt in motu contritionis, in quo primo iuſtificatur impius, 2.d.5.q.2.1.c
19 In iuſtificatione impij, ſunt duo termini motus, ſcilicet terminus à quo id eſt, remiſſio culpæ, ſcilicet renouatio, & terminus ad quem, id eſt, infuſio gratiæ Titium.3.co.5
1 ¶Requiſita.* infuſio gratiæ requiritur ad iuſtificationẽ, 12æ q.113.2.o.*4.d.17.q.1.ar.3.q.1.o.*Veri.q.28.2.o.*4.1m.*Ephe.5.lec.5.fi.
2 Requiritur etiam remiſſio culpæ, & nouitas uitæ per gratiam, 12æ.q.113.1.6.o.4.d.17 q.1.ar 3.q.5.o*opuſ.60.c*22.co.10 Gratia,55.&c.121.174.&c.Prophetia.41.Virtus.23.
3 In habentibus uſum rationis, præparatio qua homo facit quod in ſe eſt, requiritur ad iuſtificationem, non autem in carentibus uſu rationis, 4.d.17.q.1.ar.2.q.1.o.*d.10.ar.1.q.1.c.*quol.5.2.fi.*quol.66.1m
4 Hæc præparatio, eſt per efficacem diſplicentiam peccati & p affectum feruens Deſiderium ad Deum: ideo ſequitur infuſio gratiæ & iuſtificatio.4.d.17.q.1.ar.2.quæſ.1.o.*q.2.ar.5.q.1.r
5 Non oportet ſemper quod hæc præparatio, tempore iuſtificationem præcedat: quia unus actus humanus à principio poteſt eſſe ſufficienter intenſus, 4.d.17.quæſt.1.ar.2.quæſ. 1.c.1m
6 In habentibus uſum rationis, requiritur ad iuſtificationem, motus liberi arbitrij conſentientis, non autem cauſantis, 12æ.q.113.3.o.*4.1.6.c.*3a.q.86.6.1m*2.d.27.2.7m.*4.d.17.q.1.ar.3.q.2.o.*Veri.quæſ.28.3.o.*4.c.Io 4.lec.2.co.2.*Ephe.5.lec.5 fi.
7 Ad iuſtificationem Impij requiritur duplex motus liberi arbitrij, ſcilicet deteſtatio peccati, & deſiderium iuſtitiæ Dei 12æ.q.113.5.o.*7.1m.*2m*3a.q.86.2.c*4.d.17.q.1.ar.3.q.4.o *contra,3.co.158.*Veri.q.28.5.o
8 Ad eam requiruntur quatuor, ſcilicet Infuſio gratiæ, motus liberi arbitrij per fidẽ in Deũ, deteſtatio peccati, remiſſio culpæ, 12æ.q.113.6.o.*3a.q.86.6.1m.*2m*q.88.2.c.*4.d.17 q.1.ar.3.q.5.c.*contra 4.co.72.*Io.fi.*Ephe.5.lec.5.fi.
9 Requiruntur etiam motus fidei, & concurrit charitas, timor & humilitas, 12æ.q.113.4.o.*3a.q.86.6.1m.*3m.2 d.26.4.4m.3.d.30.3.3m.*4.d.17.q.1.ar.3.quæſt.3.o.*Veri. quæſt. 28.4.o
10 Timor filialis, requiritur ad eam ſubſtantialiter: timor uero ſeruilis requiritur ad eam, ut diſpoſitio præuia. Veri.q. 28.4.3m
11 Actus miſericordiæ operatur contra peccatum dupliciter, ſcilicet uel per modum ſatiſfactionis: uel per modum præparationis: primo modo actus miſericordiæ ſequitur iuſtificationem, ſecundo uero modo præcedit eam, uel concurrit eum alijs uirtutibus requiſitis, 12æ.q.113.4.1m
12 Deus eſt principalis cauſa iuſtificationis. Paſſio Chriſti, eſt cauſa meritoria Sacramenta eccleſiæ, ſunt cauſa inſtrumentalis: fides uero, eſt coniungens inſtrumentum cauſæ principali, 3a.q.64.3.c.*4.d.1.q.1.ar 4.q.1.c.fi.*q.3.o.*.Veri.q. 28.4.c.*q.29.4 1m.*2m. Baptiſmus,16.29.161.Gratia 121. Lex 102.Miſericordia,11.12.31.45.Pœnitentia.11.Sacramẽtum,133.Saluatio.11.Sanitas.7.
13 In iuſtificando, Deus non indiget inſtrumentis ex parte ſua, ſed propter congruitatem ex parte hominis iuſtificandi utitur ſacramentis, ut inſtrumentis, 4.d.1.q.1.ar.4.q.1.c.fi.*Veri.q.27 4.16m
14 Non eſt inquirenda ratio quare Deus aliquos iuſtificet, & liberet à peccato, & alios relinquat i peccatis, 10.q.23.7.c.2m *12æ.q.98.4.2m.*q.106.2.3m.*contra 3.c.161.*Ro.9.lec. 3.co.89
15 Deus, & Chriſtus ſecundũ quod homo iuſtificant nos dupliciter, ſcilicet per operationem eorum in nos, & econuerſo Veri.q 29.4.9m
16 Chriſtus ut homo eſt cauſa meritoria, ſed ut Deus, eſt cauſa principalis noſtræ iuſtificationis, 4.d.1.q.1.ar.4.q.3.1m.*Veri.q.29.4.1m.*2m
17 Reſurrectio Chriſti, eſt cauſa inſtrumentalis & exemplaris reſurrectionis animarum, ſcilicet iuſtificando eas, 3a.q.56.2 o.*q.62.5.1m.*4 d.43.ar.2.q.1.q.2.*opuſ.3.c.*247.249. Chriſtus.55
18 Reſurrectio Chriſti, eſt cauſa iuſtificationis, quantum ad terminum ad quem, ſacramenta uero & paſſio Chriſti, quantum ad terminum a quo, 3a.q.56.2.4m.*q.59.2.3m.*q.62 5.3m.*3.d.19.ar.1.q.1.3m.*ar.3.q.2.3m.*4.d.1.q.1.ar.4.q.3 2m*d.19.q.1.ar.1 q.1.1.3.m*ar.3.q.2.3m.*Veri.q.29.4.1m. *Opuſ.3 c.*248.*Ro.4.fi.
19 Iuſtificatio appropriatur attributo miſericordiæ Dei, ſicut reuelatio futurorum ſapientiæ eius, 1a.q.45.6.3m*4.d.15. q.1.ar.1.q.4.o
20 Iuſtificatio manifeſtat iuſtitiam Dei, ſicut cauſam exẽplarẽ, miſericordiam uero, ut cauſam efficientem: ſed bonitas creaturæ manifeſtat bonitatem Dei utroque modo, 1a.q. 45.6.3m.*4.d.17.q.1.ar.1.q.4.2m
21 Iuſtificari dicitur tripliciter, ſcilicet quo ad reputationem, executionem, & cauſam: ſed opera legis iuſtificabant primo modo & ſecundo: non autem tertio modo, 12æ.q.100 12.c.3.d.40.3.o.*Ro.2.lec.3.co.1.*c.*3.lec.2.fi.*Gal.2.lec.4. co.1.fi.c.*.3.lec.4.o
22 oppoſitum uidetur dicere quo ad opera legis, 3a.q.62.6.3m* q.70.2.o
23 Omnia præcepta ueteris legis iuſtificabant diſponendo, & figurando non autem cauſando habitum: ſed actum iuſtitiæ, 12æ.quæſt.98.4.c fi.*2m.*quæſt.100.12.o.*3.d. 40.3.o
24 Præcepta cerimonialia non iuſtificabant, niſi ex obedientia & deuotione, id eſt, non continebant iuſtitiam, niſi in generali. Moralia uero iuſtificabant in ſpeciali, ſecundũ generalem iuſtitiam, iudicialia autem in ſpeciali, ſecundum ſpecialem iuſtitiam. Sed præcepta legis humanæ ſecũdum iuſtitiam acquiſitam iuſtificant, 12æ.q.98.1.o.*q.112.o.*q.103.2.o.*3.d.40.3 o
25 Lex noua continet duo, ſcilicet gratiam principaliter, & documenta & præcepta ſecundaria. Ratione primi iuſtificat, non autem ratione ſecundi, 12æ.q.106.2.o
1 ¶Iuſti ſunt nobiliſſimæ partes uniuerſi ideo omnia bona, & peccata ſua & aliorum, proſunt eis, 1a.q.23.7.c.fi.
2 Deus ſpecialiter dicitur. Deus iuſtorum tripliciter, ſcilicet ex ſpeciali cura, cultu, & præmio, 1a.q.23.7.c.
3 Deus nihil permittit euenire, quod finaliter impediat ſalutẽ iuſtorum, 1a.q.22.2.4m

L

1 LABOR manualis, ſiue corporalis, uel mechanicus, prohibetur ad literã, tertio præcepto decalogi, ut præcepto ſpeciali, ſed myſtice quo ad ceſſationem à peccatis, ut præcepto generali, 22æ.q.122.4.1m.3m.*q.187.3.c
2 Labor manualis ordinatur ad quatuor, ſcilicet ad uictum, ad ocium uitandum contra concupiſcentias, & ad eleemoſynas, 22æ.q.187.3.c
3 Labor manualis eſt utilis ad tria, ſcilicet contra furtum, contra cupiditatem boni alieni, & contra turpia negotia pro uictu, 22æ.q.187.3.c.
4 Lacrymæ cauſantur ex triſtitia & aliquando ex affectus teneritate, præcipue cum conſideratur delectabile cum triſtabili, ut ex deuotione, 22æ.q 82.4.3m
5 ¶Lamech non euaſit reatum homicidij, occidens hominem quem credidit beſtiam: quia non adhibuit diligentiam, 22æ.q.64.8.1m
6 Lamina aurea, inuenta eſt ſuper pectus gentilis mortui de fide eius, & dicẽtis, Chriſtus naſcetur ex uirgine, & ego credo in eum. o ſol ſub Hirenæ, & Conſtantini temporib. iterum

rum me uidebis,12æ.q.2.7.3m.

9 Latere quærit concupiſcentia,propter turpitudinem, ira vero manifeſtius operatur, propter impedimentum rationis,& amplificationem cordis,12æ.quæſt.183.2m.°.22æ.q.156 4.c.

1 ¶Latitudo eſt dimenſio magnitudinis corporalis,12æ.quæſt.33.1.c.

1 LATRIA exhibita uero Deo,& exhibita idolo,non dicitur uniuoce,12æ.q.94.1.2m

2 Latria dicitur tripliciter.ſ. res exhibita ad cultum Dei,actus,& ſic tertio modo,eſt uirtus.Cuius nomina ſunt quatuor ſcilicet theoſebia,uel euſebia, pietas,religio, & latria,22æ.q.81.1.3m°4m°q.94.1.2m

3 Latria eſt ſpecialis uirtus,inquantum habet ſpecialem rationem obiecti,& actus, ſed eſt uirtus generalis inquantum actibus aliarum uirtutum materialiter utitur ad ſuũ actũ, ad quem multæ uirtutes,ſcilicet fides,charitas,& aliæ præexigontur,12æ.quæſt.81.3.4.0.°.8 1m.°.q.85.15.c.°.quæſ.189 1.2m

4 Latria non eſt uirtus theologica,quia nõ habet Deũ pro obiectũ,ſed habet eum tantum pro fine, ideo eſt uirtus moralis,& reducitur ad uirtutes cardinales,12æ.quæſt.81.5.0.°q.92.1.c.

5 Latria reducitur ad iuſtitiam,non quidẽ ſicut ſpecies ad genus,ſed ſicut uirtus annexa uirtuti principali, 22æ.quæſtio 80 0.

6 Actus latriæ præcipitur primo præcepto decalogi,12æ.quæſ.100.4.1m

7 Latria eſt quædam proteſtatio fidei,12æ.q.100.4 1m.°22æ.q.81.3.b.°.2m.°.q.94.1.1m.°.q.97.3.1m.°q.100.1.2m.°quæſt.101.3.1m

8 Offerre ſacrificia,uel orare,uel proſtratio, & huiuſmodi,eliciuntur a ſola latria,cuius propriè ſunt actus: licet imperentur a fide & charitate,22æ.q.81.3.1m°q.81.2.1m°q.85.3.0°q 88.5.1m

1 ¶Dicitur quandoque bonus latro,nõ quidem proprie & ſimpliciter,ſed metaphorice:uel quaſi trãſumptiue,12æ.q.55.3.1m.°.q.92.1.c.b.°.22æ.q.45.1.1m.°.b.47.1.3.c.°.quæſtio.92.1.1m.

2 Chriſtus uoluit crucifigi,inter duos latrones,quadruplici ratione.ſ. primo,quia ſicut pro nobis maledictum crucis factus eſt Chriſtus,ſic pro omnium ſalute inter nocios,quaſi noxius crucifigitur,ſecundum Hieronymum. Secundo ut in ipſa patibuli ſpecie,denitatetus illa quæ in iudicio ipſius,omnium hominum facienda eſt diſcretio,ſecundum Leonẽ Papam, Tertio duo latrones leuæ ac dexteræ affigũtur,omnem humani generis diuerſitatem uocari ad ſacramentum paſſionis domini uſtendentes, ſecũdum Hilariũ: Quarto,quia latrones quorum donnou crucifixi ſunt, ſignificant eos,qui ſub fide & confeſſione Chriſti, uel agone martyrij,uel quælibet arctioris diſciplinæ iſtituta ſubeunt,ſecundum Bedam,3a.q.46.11.0.

1 ¶Laurentius diaconus exiſtens baptizabat in neceſſitate tantum,3a.q.67 1.3m.

2 Laurentius & Vincentius,& aliqui alij ſancti,habuerũt paſſionem magis doloroſam, quam Chriſtus quo ad diuerſitatem vel acerbitatem,vel aliquid huiuſmodi:non autẽ ſimpliciter,3a.q.46.6.110

1 ¶Laus dependet eſſentialiter a uoluntate adhærente bono, non autem a potentialitate peccandi,ſed eſt ſignum eius, 22æ.q.81.6.1.1m

2 Aliquid eſt laudabile inferiori,quod eſt uituperabile ſuperiori,& econuerſo,12æ.q.91.3.3m

3 Laudare hominem ad conſolationem,uel ad profectum eius cum cæteris circunſtantijs debitis eſt actus uirtutis amicitiæ:aliter autem,eſt peccatum adulationis,22æ.quæſt.115 1.1m.°.2.0.

4 Deus ſecundum eſſentiam maior eſt omni laude: ideo debetur ei reuerentia,& honor latriæ,laus autem,effectib.eius,22æ.q.91.1.1m

2 Deus eſt ore laudandus, non ut ei aliquid manifeſtetur ſicut alijs,ſed ut nos & alios excitemus in Deum, & ut retrahãtur ab eo offenſis,22æ.q.91.1.0°2.0.

6 Ocium tollitur per meditationes diuinorum eloquiorum, ſ. ſacrarum ſcripturarum,& per laudes diuinas: quia ſecundum gloſam non eſt ocioſus, qui uerbo Dei tãtum ſtudet nec plus eſt qui extra operatur,quam qui ſtudiũ cognoſcendæ ueritatis exercet,22æ.q.87.3.c.ſi.

Lazarus reſuſcitatus,iterum mortuus eſt,3a q.53.3.c.1m°q.55 2.3m.°.q.36.1.c.

1 ¶Legiſlator magis conſiderat actus exteriores,quam interiores,12æ.q.100.9.c

2 Voluntas principis,uel legiſlatoris, ut regulata ratione, habet uigorem legis.Alioquin eſſet magis iniquitas, quam lex,12æ.quæſt.90.1.3m.°.q.92.1.4m.°.q.93.2.2m.°.22æ.quæſt.60.3.1m

3 Intentio legiſlatoris eſt facere ciues bonos,inducendo eos ad uirtutes,per aſſuefactionem bonorum operum,12æ.q.92.1.0°q.96.2.2m°q.107.2.c°12æ.q.122.1.1m

4 Intentio cuiuslibet legiſlatoris, ordinatur primo & principaliter ad bonum commune,ſecundo autem ad ordinem iuſtitiæ & uirtutis, quo conſeruatur, & peruenitur ad primum,12æ.q.100 8.c

5 Legiſlator intendit bonum commune,ideo non pcipit actus particulares uirius: niſi ut ordinantur ad alterum, 12æ.q.90.2.4 c°q.98.6.2m°3m°q.100.2.°.c.

1 ¶Legis poſitiua eſt idem quod uirtus regnatiua, id eſt,prioris pars ſpeciei prudentiæ,quæ conuenit regi,22æ.q.50.1,3m°2.b°1m°3.b

2 Legis poſitiua & eugnomoſyna,id eſt, bona ſententia ſiue cõſilium, tribuuntur prudentiæ,ſecundum directionem, & attribuuntur iuſtitiæ,ſecundum executionem,12æ.quæſt.80.1m.

3 Lex nõ poteſt dari,niſi populo:ideo legis poſitiua eſt pars politica,& non œconomicæ,nec monaſticæ,12æ.q.98.6.2m.°.3m°q.101.3.c°3a.q.70.2.2m

¶Leuita eſt idem,quod patientia,& eſt pars annexa fortitudini,22æ.q 128.6m

1 LEPRA non mundabatur,per ritũ & cerimonias legis:niſi quandoque miraculoſe,ſ. quãdo ſacerdos decipiebatur in iudicando,12æ.q.102.5.7m°q.103.2.3m

2 Expoſitio litteralis & figuralis lepræ,niſi in hominib.& ueſtibus,12æ.q.102.5.4m°q.107.2.4m

3 Leproſus non debet promoueri ad ſacerdotium, nec celebrare miſſam in publico,propter horrorem: ſed celebrare poteſt ſecreto,niſi ſit periculum,3a.q.82.10.3m.

4 Aliquis remouetur ab adminiſtratione eccleſiæ, propter uitium lepræ,quia ineptus eſt,12æ.q. 108.4.3m

1 LEX dicitur à ligando,quia obligat, uel dicitur a legendo ſecundo ſecundum Iſidorum,quia ſcripta eſt, 12æ.q.90.1.c°4.2m°3m

2 Quælibet inclinatio ex aliqua lege, poteſt dici lex participatiue,non autem eſſentialiter,12æ.quæſtio.90.2.1m°quæſt.91.2.c.

3 Lex eſt regula & menſura actuum agendorum,uel omittendorum,12æ.q.90.1.0°2.4.c°q.91.2.c°q.93.3.c° q.93.4.c.ſi.°q.96.1.c°q.97.1.c

4 Lex de ſui ratione,habet quod ſit regula actuum agendorũ, & quod habeat uim coactiuã,12æ.q.90 3.c.°q.96.5.c.°22æ q.27.1.c

5 Lex eſt aliquid rationis,ſ. propoſitiones uniuerſales rationis practicæ,conſideratæ actu uel habitu,12æ.q.90.1.0°q.91.1.c°q.92.1.c°q.94.1.c

6 Lex non eſt aliud niſi dictamen rationis practicæ,12æ.q.91.1.3.c.°q.92.c.4m°2.c°q.97.1.c

7 Lex eſt quædam rationis ordinatio ad bonum commune, ab eo qui curam communitatis habet promulgata,12æ.q.90.4.c.

8 Lex maxime reſpicit ordinem ad beatitudinẽ, & propriè ad fœlicitatem communem,12æ.q.90.2.c

9 Nullum præceptum habet uim legis, niſi ſecundum ordinẽ ad bonum commune,ad quod omnis lex ordinatur,vt ad finem,12æ.q.90.2.0°3.1°q.91.5.c°6.1m°c.92.1.c°q.91.1.1m°q.95.3.4.c°q.96.1.3.4.6.c°q.97.1.c.°q.100.2.c°11.3m.°22æ q 58.5.c°3a.q.70.2.2m

10 Lex importat ordinem ad finem actiue,non autem paſſiue, niſi per accidens, ſ. quãdo legiſlator habet finem extra ſe,12æ.q.91.1.3m

11 Lex non imponitur ab aliquo domino,niſi ſubditis eius:ideo præcepta cuiuslibet legis præſupponunt ſubiectionem recipientis legem ad dantem legem,22æ.quæſt.16.1.c.°quæſtio.122.1.c

12 Non omnia continentur ſub lege,obligant ad mortale,quia nõ omnia traduntur per modum præcepti, ſed aliqua p modum ordinationis & ſtatuti, & obligant ad certam pœnã, 22æ.q.186.9.2m.

13 Vſus uenereorum,ordinatus ad bonum commune,ideo ſubiacet legi quia bona communia cadunt ſub lege, 22æ.q.154.11.c.ſi.°9.3m

14 Lex quintuplex.ſ.lex æterna,naturalis,diuina,humana,& fomes peccati,12æ.q.91.0

15 Lex

15 Lex eſt in aliquo dupliciter. ſ. eſſentialiter, & ut regulariter, & participatio, ut in regulato: primo modo eſt in ratione, ſecundo modo, eſt in omni quod ex aliqua lege in aliqd inclinatur, 12ª.q.90.1.1m°3.1m°q.21.2.6.c

16 Homo dupliciter inclinatus ad obſeruantiam legis. ſ. meritus per amorem, ut boni: & exterior per pœnas, ut mali, 12ª.q.92.1.2m°q.93.6.c°q.98.6.c°q.107.1.2m° 22ª.q.108.1.3m°3.c

17 Diuerſæ leges, diuerſis imponuntur, 12ª.q.91.5.1m.°6.c.°q.96.2.c.°q.100.2.c.°q.104.3.3m°q.107.1.c.

18 Iuſtus dupliciter non eſt ſub lege. ſ. coactiue, & quantum ad opera ſpiritus ſancti, 12ª.q.93.6.1m°q.96.5.o

19 Actus legis quadruplex. ſ. imperare, ſeu præcipere, uetare ſeu prohibere permittere, & punire: non autem conſulere, nec præmiare: quia conueniunt etiam perſonis priuatis, 12ª.q.92.2.o.

20 Proprius effectus legis eſt, inducere ſubditos ad propriã eorum uirtutem: ideo lex facit bonos, uel ſimpliciter: uel bonos ſecundum quid, 12ª.q.92.1.o°2.4m.

21 Quælibet lex inducit ad obſeruantiam præceptorum, per pœnas, & per præmia danda: uel per Deum: ut lex diuina, uel per homines, uel lex humana, 12ª.q.99.6.o

22 Omnis lex tendit ad amicitiam, uel hominum adinuicẽ: uel hominum ad Deum, 12ª.q.99.1.2m°2.c

23 °Lex naturalis, eſt participatio legis æternæ: & impreſſio diuini luminis, in creatura rationali: quia inclinatur ad debitum actum & finem, 12ª.quæſt.91.2.o.°.q.69.2.1m.°.q.57.1.1m

24 Lex naturalis non eſt habitus proprie, & eſſentialiter, ſ. quo quis operatur, ſed improprie, id eſt, quod habitus tenetur, 12ª.q.94.1.o.

25 Omnes inclinationes partium humanæ naturæ, ut concupiſcibilis & iraſcibilis, ſecundum quod regulantur ratione, pertinent ad legem naturalem, 12ª.q.94.2.2m°4.3m°22ª q.108.2.c

26 Ordo præceptorum legis naturæ, eſt ſecundum ordinem inclinationum naturalium, ſcilicet, primo ſecundum naturam ſubſtantiæ: ſecũdo ſecundum naturam animalis: tertio ſecundum naturam hominis, 12ª.q.49.2.c

27 Ad præcepta legis naturæ, pertinent omnia, quæ ratio practica naturaliter apprehendit eſſe bona humana. ſ. omnia ad quæ homo habet naturalem inclinationem, 12ª.q.94.2.3.c°4.c.3m

28 Lex naturalis eſt eadem, apud omnes, quo ad prima principia communia, ſecundum rectitudinem & notitiam, non autem quo ad alia, 12ª.q.94.4.o

29 Lex naturæ eſt una omnium, quia præcepta eius ſunt communia: ideo conueniunt tam imperfectis, quàm perfectis, ſed lex diuina non eſt una, quia præcepta eius ſunt particularia, 12ª.q.91.5.3m

30 Omnes actus uirtutum, inquantum ſunt uirtuoſi, ſunt de lege naturæ non autem omnes, ſecundum ſpecies ſuas, 12ª q.94.3.o

31 Lex naturalis non poteſt dici in irrationabilibus, niſi ſecundum ſimilitudinem, 12ª.q.91.2.3m

32 Aliquid deriuatur a lege naturæ dupliciter. ſ. ut concluſio: & ut determinatio legis, ut lex humana, 12ª.q.95.2.o°quæſ.99.3.2m

33 Lex naturalis põt mutari, per legem diuinam & humanam, addendo, & ſubtrahendo concluſiones: ſed raro, & in aliquo particulari: non autem prima principia eius, 12ª.q.94.4.c.2m°5.o.°q.97.1.1m.

34 Lex Dei ſcripta corrigit legem naturæ, ſupplendo: uel ut corrupta erat in cordibus aliquorum, 12ª.q.94.5.1m.°.3ª.q.61.3.2m.

35 Lex naturalis non poteſt deleri de corde alicuius quo ad prima principia, & in uniuerſali: ſed tantũ in particulari, uel quo ad concluſiones, 12ª.q.94.6.o°q.99.2.2m

36 Lex naturæ fuit offuſcata in agentibus quo ad multa, 12ª.q.94.4.5.6.o.°quæſt.98.6.c.1m.°q.99.2.2m.°q.100.5.1m.°22ª.q.12.1.1m°q.154.1.1m.°3ª q.60.5.3m.°.q.61.3.2m.°q.20.2.1m

37 Lex naturæ ſic corrupta fuit apud Germanos, quod latrocinium non reputarent peccatum, 12ª.q 94.4.6.c

38 Lex æterna eſt ratio ſeu conceptus gubernationis rerum, in Deo, 12ª.q.91.1.o°q.93.1.o°3.4.c°5.3m

39 Lex æterna ſecundum eſſentiam, eſt nota beatis tantum: ſed in ſuis effectibus nota eſt omni creaturæ rationali, 12ª.q.19.4.3m°3.6.o°q.93.2.o

40 Lex æterna comparatur ad ordinem rationis, ſicut ars ad artificiatum: ideo eiuſdem rationis eſt aliquid eſſe contra utrunque, 12ª.q.71.2.4m

41 Omnis lex inquantum iuſta eſt, deriuatur a lege æterna, 12ª q.93.3.o.

42 Omnia regulantur lege æterna, & participant eam, inquantum ex ea inclinantur in proprios actus & fines, 12ª.quæſ.91.2.o.

43 Aliquid ſubditur legi æternæ dupliciter, ſcilicet ſecundum cognitionem, ut creatura rationalis tantum: uel per aliqd principium interius, ut omnis creatura, 12ª.q.91.2.c.3m°q.93.5.c.6.c.

44 Omnia creatura ſubduntur legi æternæ, non autem ea quæ pertinent ad eſſentiam Dei, 12ª.quæſt.91.2.c.°.quæſt.93.4.5.6.o.

45 Voluntas Dei ſecundum ſe, nõ ſubditur legis æternæ, nec gubernationi Dei, ſed tantum ſecundum uolita creata, 12ª.q.93.4.1m.

46 Filius Dei, ſecundum humanitatẽ, legi æternæ ſubditur, ſed ſecundum deitatem, eſt ipſa lex æterna, per appropriationem, 12ª.q.93.1.2m°4.2m°6.1m

47 Beati & damnati, ſubduntur legi æternæ: per quam meruerunt, & conſequuntur in beatitudine, uel miſeria, 12ª.quæſ.93.6.3m

48 Boni perfectius ſubduntur legi æternæ, quam mali, quãtum ad cognitionem, & inclinationem ad bonum, ſed ſecundum paſſionem eſt conuerſo, 12ª.q.93.6.c.

49 Prudentia carnis, ſubditur legi æternæ, ſecundum paſſionẽ, non autem ſecundum actionem, 12ª.q.92.6.2m

50 Irrationalis, defectus, & omnia contingentia omnium naturalium ſubduntur legi æternæ, non autem legi humanæ, 12ª.q.93.5.o°12ª.q.93.6.c.

51 Lex diuina eſt neceſſaria, præter legem naturalem & humanam, 1ª.q.1.1.o°12ª.q.91.4.o°3ª.q.60.5.3m.

52 Lex diuina eſt participatio legis æternæ, in ordine ad finem ſupernaturalem, ſicut lex naturalis, ad finem naturalem, 12ª.q.91.4.c.1m

53 Sicut gratia præſupponit naturam, ſic lex diuina præſupponit legem naturalem, 12ª.q.99.2.1m.

54 Ea quæ ſunt neceſſaria ad ſalutem, cadunt ſub præceptis diuinæ legis, 12ª.q.3.2.c°q.104.2.c

55 In lege Dei aliqua præcipiuntur, quia bona ſunt, & aliqua econuerſo: & aliqua prohibentur, quia mala ſunt, & aliqua econuerſo, 22ª.q.57.2.3m.

59 Finis legis diuinæ, eſt beatitudo æterna, humanæ uero eſt temporalis tranquillitas ciuitatis, 12ª.q.93.1.c.°q.100.2.5.c

57 Lex diuina principaliter intendit amicitiam hominum ad Deum, ſed lex humana, hominum adinuicem, 12ª.q.99.2.3.c°q.100.2.3.c

58 Lex diuina principaliter ordinat homines ad Deum: ſed ordinat homines adinuicem, ſecundum quod conuenit ordini ad Deum, humana uero econuerſo, 12ª.q.99.3.4.c.°.q.100.2.3.c.

59 Lex diuina ſufficienter ordinat ad omnem actum uirtutis, non autem lex humana, 12ª.q.100.2.o°22ª.q.140.2.c.

60 Lex humana proponit præcepta tantum de actibus iuſtitiæ, vel aliarum uirtutum, ſub ratione iuſtitiæ: diuina uerò, de actibus omnium uirtutum, uel obligando, uel conſulẽdo, 12ª.q.120.2.o

61 Lex diuina ſe extendit ad actus interiores, & exteriores, ſed lex humana, tantum ad actus exteriores, 12ª.q.91.4.c.°.q.8.1.c°q.100.2.9.c.

62 Lex diuina prohibet & punit omnia peccata, non autem lex humana, 12ª.quæſt.91.4.c.ſi.°q.93.3.3m.°.quæſt.96.2.o.°3.1m.°quæſt.98.1.c.°22ª.q.69.2.1m.°.quæſt.77.1.1m.°.q.78.1.4m

63 Leges humanæ antiquæ, continent quædam fabuloſa & falſa, non autem lex diuina, 12ª.q 99.1.c.

64 Lex diuina diſtinguitur in legem ueterem, & legem nouam, non ſicut in ſpecies omnino diuerſas, ſed ſicut in imperfectum, & perfectum in eadem ſpecie, 12ª.q.91.5.o.°.quæſt.107.1.o.

65 Lex uetus eſt æterna, quo ad moralia, & quo ad ueritatem quam ſignabant cerimonialia, non autem aliter, 12ª.q:103.3.1m

66 °Lex vetus conuenienter data eſt, tempore Moyſi: primo quidem contra malos ad comprimendam eorum duritiam, & ſuperbiam, & in eo, quod ſcire ſe, & poſſe putabãt, quod non ualebant: ſecundo uero ad bonorum auxilium, quo facilius & ſecurius ad ſpiritualia nutrirentur, 12ª.q.98.6.o°3ª.q.70.2.1m

67 Lex uetus differt à lege naturali, non ut ab ea penitus aliena: ſed ut aliquid ei ſuperaddens, 12ª.q.89.2.1m.

68 °Lex uetus erat bona, quia conſonabat rationi, reprimendo concupiſcentias, ſed erat imperfecta: quia nõ poterat ſufficientar

ſcienter ad finem inducere, 12æ.q.98.1.c.*2.1m.
69 Lex uetus, prohibebat omnia peccata, 12æ.q.98.1.c
70 *Lex uetus non conferebat gratiam, quia hoc Chriſto reſeruabatur, 12æ.q.98.1.0*q.99.2.3m*q.100.12.0
71 Finis ueteris legis erat iuſtificatio hominum, quam tamen efficere non poterat, ſed eam figurabat factis cerimonialibus, & promittebat uerbis, 12æ.q.107.2.c
72 Lex uetus, ſecundum ſenſum exteriorem promittebat tantum temporalia: ſed ſecundum ſenſum ſpiritualem promittebat ſpiritualia & uitam æternam, 12æ.q.114.10.1m
73 Lex uetus occidebat, non quidem effectiue, ſed occaſione accepta, non autem data, 12æ.q.98.1.2m*q.99.2.3m.
74 Lex uetus induxit pœnam, ſeruitutis, in caſu duplici tantũ, ſcilicet ſeruitutem perpetuam in ſeruo nolente ingredi, & temporalem, in fure non ualente ſoluere, 12æ.quæſtio. 105.2.10m.
75 Lex uetus, bene ſtatuit de loco iudicij, de iudicib. & teſtibus, 12æ.q.105.2.c.7m*8m
76 Lex uetus data fuit ſolis Iudæis, non quidem propter merita eorum, ſed propter promiſſiones Dei de Chriſto, 12æ.q. 98.4.0*1.c
77 Lex uetus data fuit duris in flagellum. proficientibus in pædagogum, perfectis autem in ſignum & ſolatium, 12æ.q. 101.3.c.
78 Gentiles non obligabantur ad legem ueterem, quo ad cerimonialia, uel iudicialia: ſed ad præcepta naturæ ſecũdum ſe, non autem ex lege ueteri, 12æ.quæſt.98.5.0*22æ.quæſt. 85.4.1m
79 Lex uetus neminem excludit à cultu Dei, ſed tantum a ciuilitate, 12æ.q.105.3.1m*1m
80 Lex uetus ordinabat ad Chriſtum, perhibendo teſtimonium, & diſponendo ad eum, 12æ.q.98.2.c*q.90.6 c
81 Status ueteris legis inſtitutus fuit, ad figurãdum myſterium Chriſti, 12æ. q.102.4.c.
82 Status ueteris legis, non fuit immutatus ante Chriſtum, quo ad impletionem. ſed quo ad conditionem populi, 12æ.q. 102.4.2m
83 Chriſtus impleuit legem ueterem, opere & doctrina tripliciter, ſ. ponendo, dando modum melius obſeruandi, & ſuperaddendo, 12æ.q.107.1 2*4 3m
84 Chriſtus in omnibus conuerſatus eſt ſecundum præcepta ueteris legis, 3ª.q.37.0*q.40 4.0*q.47.2.1m
85 Lex uetus dabatur populo adhuc imperfecto, in comparatione ad perfectionem quæ erat futura per Chriſtum, 12æ.q. 99.6 c.
86 Lex noua continetur in lege ueteri uirtualiter, ut perfectum in imperfecto, & implicite: non autem explicite & in actu, 12æ.q.107.3 0
87 Lex uetus aſſimilatur puero: ut imperfecta: noua autem aſſimilatur uiro, ut perfecta, 12æ.q.91.5 1.1m*q.98.1.0*2.1m* 2m*q.99.6.c*q.109.3.c.*q.107.*1.c.2*2.3.4.c.* 22æ.quæſt. 1.7.2m
88 Lex noua implet legem ueterem, exhibendo quod lex uetus promittebat & figurabat: ſed euacuat eam quo ad cerimonialia, 12æ.q.107.2.0*22æ q.104.6.2m
89 Lex non dicitur gratia fidei, quia principaliter eſt ad gratiã, ſecundario autẽ eſt ad cerimonialia & ſacramentalia. Lex uetus autem econuerſo, 12æ.q.107.1.3m*q.108.1.0.
90 Lex uetus eſt uia ad legem nouam, ſicut lex noua ad cæleſtẽ eccleſiam, ſeu ad cæleſtem hierarchiam, 12æ.q.101.2.c.*q. 106.4.1m*3ª.q.61.4.1m
91 Vtraque lex fuit ab uno Deo, ſed lex uetus in lapidibus noua uero in corde, 12æ.q.98.2.3.0*q.106.1.3m.*.4 3m.*.quæſt. 107.1.c.ſi.
92 Lex uetus cohibebat manum, id eſt, actus exteriores per pœnas temporales, non autem animum, id eſt, actus interiores, noua autem cohibet utrumque per æterna, 12æ. quæſt. 107.1.2m
93 Lex noua principaliter promittit ſpiritualia, & ordinat actus etiam interiores, & ex amore: ideo perfectior eſt lege ueteri quæ habet oppoſita, 12æ.q.91.5.0*q.99.6.0*.q.107.1.2m* q.108.1.0*22æ.q.93.2.5m*q.144.1.1m
94 Lex uetus eſt grauior lege noua, quo ad cerimonialia, & quo ad diſpoſitionem ſubditorum, ſed quo ad actus interiorũ, eſt econuerſo, 12æ.q.107.4.0
95 Lex noua addit conſilia ſuper præcepta, non autem lex uetus, 12æ.q.108.4.0
96 Lex noua dicitur lex ueritatis, lex uetus autẽ dicitur lex umbræ, uel lex figuræ, 12æ q.107 2.c
97 In lege noua dantur præcepta fortitudinis, ad pugnandum ſpiritualiter, & ad patientiam temporalium malorum: nõ autem ad pugnam corporalem, ſicut in lege ueteri, 22æ, quæſtio.140.1.1m.
98 Lex noua nihil inſtituit, ad cognoſcendum futura, ſicut lex uetus, quia terrena ſunt: fuerunt tamen in nouo teſtamẽto etiam aliqui, prophetiæ ſpiritum habentes, qui multa de futuris euentibus prædixerunt, 22æ.q.95.2.3m.
99 Lex noua nihil determinat circa cerimonialia uel iudicialia, nec præcipit alia moralia, quàm lex uetus, 12æ.q.108.2 0*3.2m*3m
100 Lex noua principaliter eſt gratia ſpiritus ſancti, ſecundario autem eſt circa quædam diſpoſitiua ad gratiã, & ad uſum eius: ideo principaliter eſt indita, & ſecundario ſcripta, 12æ.q.106.1.0*2.3.c*q.107.1.2m*3m*q.108.1.c.2m
101 In lege noua nihil continetur, niſi pertinens ad gratiam ſpiritus ſancti: uel diſponens intellectum per fidem, & affectum uel ad uſum gratiæ, 12æ.q.106 1.1m.
102 Lex noua, eſt lex gratiæ, & pietatis, 12æ.q.106.3.c.ſi.
103 Lex noua dicitur lex libertatis, quia non præcipit actus exteriores niſi ſacramentorum, uel habẽtes neceſſitatem ad gratiam, nec prohibet, niſi contraria gratiæ, 12æ.q.108.1.2 0.*4.c.
104 Lex noua bene ordinat omnes actus interiores hominis ad ſe, ad proximum, & ad Deum, 12æ.q.108.3.0.
105 Nullus ſtatus poteſt eſſe perfectior ſtatu nouæ legis, quia lex noua immediate introducit ad ultimum finẽ, 12æ.q.106. 4.c*q.108.4.0
106 Lex noua non debuit dari a principio mundi, triplici ratione prima, ſcilicet quia lex noui principaliter eſt gratia ſpiritus ſancti, quæ abundanter dari non debuit, antequã impedimentum peccati ab humano genere tolleretur cõſummata redemptione per Chriſtum: ſecunda poteſt aſſignari ex perfectione legis nouæ, non enim aliquid ad pfectũ adducitur ſtatim a principio, ſed quodam temporali ſucceſſionis ordine, ſicut aliquis prius fit puer, & poſtmodum uir: tertia ſumitur ex hoc quod lex noua eſt lex gratiæ: & ideo primo oportuit, quod homo relinqueretur ſibi in ſtatu ueteris legis: ut in peccatum cadendo ſuam infirmitatẽ cognoſcens, recognoſceret ſe gratia indigere, 12æ.q.91.5. 2m*q.106.3.0.
107 Lex noua proponitur in omni loco, non autem in omni tẽpore, quia tempus uariat ſtatum, non autem locus, 12æ.q. 106.3.2m
108 Lex noua durabit uſque ad finem mundi, 12æ.q.106.4.0
109 Leges humanæ ſunt neceſſariæ, ad pacem hominum, & ad uirtutes, propter malos: quia non ſufficit eis paterna monitio, 12æ.q 91 3.0*q.95.1.0
110 Melius eſt ſecũdum philoſophum, omnia determinari per leges, quantum poſſibile eſt, quam relinquere arbitrio iudicum, triplici ratione. Primo, ſcilicet quia facilius eſt inuenire paucos ſapientes, qui ſufficiant ad rectas leges ponendas, quàm multos qui requirerentur, ad recte iudicandum de ſingulis: ſecundo quia illi q leges ponunt, ex multo tempore conſiderant quid lege ferendum ſit, ſed iudicia de ſingularibus factis, fiunt ex caſibus ſubito exortis facilius autem ex multis conſiderans poteſt homo uidere quid rectum ſit, quam ſolum ex aliquo uno facto, tertio quia legiſlatores iudicãt in uniuerſali, & de futuris, ſed homines iudicijs præſidentes, iudicant de præſentib. ad quæ afficiuntur amore, uel odio, aut aliqua cupiditate, & ſic eorum deprauatur iudicium, 12æ.q 9 .1.2m
111 Quia ergo iuſtitia animata iudicis, non inuenitur in multis, & quia flexibilis eſt: ideo neceſſarium fuit, in quibuſcũque eſt poſſibile legem determinare quid iudicandum ſit, ut pauciſſima arbitrio hominum committerentur, 12æ.q. 95.1.2m.ſi.
112 Quædam ſingularia quæ non poſſunt lege comprehendi, neceſſe eſt committere iudicibus puta de eo quod eſt factum eſſe, uel non eſſe, & de alijs huiuſmodi, 12æ. quæſt. 95.1.3m
113 Lex humana eſt diſpoſitio particularis, inuenta per rationẽ humanam, ex principijs communibus legis naturalis, 12æ q.91.3.0*4.c*q.95.2.0*3 4.c.
114 *Lex humana eſt menſura menſurata a lege diuina, & a lege naturali, cuius finis eſt utilitas hominum, 12æ.q.19.4.c* q.95 3.0.
115 Leges humanæ in communi, habent rationem, non autem quo ad aliquas particulares conditiones, ſed ex arbitrio inſtituentium, 12æ.q.93.2.4m*q.102.2.3m
116 Leges humanæ, non poſſunt habere illam infallibilitatem, quam habent concluſiones demonſtratiuæ ſcientiarum, 12æ.q.93.3m*4.c*q.96.1.3m*q.1 3.2 m*22æ q.120.1.c
117 Nulla lex humana habet uim legis, niſi inquantum a lege naturæ deriuatur, 12æ.q 95.2.0.

118 Leges deſcribuntur ad declarationem iuris naturalis & iuris poſitiui, ideo continent utrunque & inſtituunt ius poſitiuum, dantes ei robur auctoritatis, non autem iuri naturali, ſed hoc habet ex natura, 12æ.q.60.5.c.1m.
119 Lex humana quadrupliciter diuiditur, ſecundum quatuor quæ ſunt de ratione eius, ſ. quod ſit a lege naturæ, ad bonũ commune, a perſona publica, & ſit regula actuum humanorum, 12æ.q.95.4.c.
120 Nullus poteſt condere legem, niſi communitas, uel perſona publica, id eſt gerẽs uices eius, 12æ.q.90.3.o.*q.92.2.2m.*q.95.4.c*q.96.1.4.c.*q.97.3.3m.*q.98.5.3m.*22æ.q.50.1.3m*q.57.2.c*q.60.6.1*q.67.1.c.
121 Lex humana debet dari in communi, 12æ.q.96.1.o*q.98.6.3m*22æ.q.147.3.4.c.
122 Lex humana datur de aliquo, ſecundũ illud quod frequentius accidit, 12æ.q.84.1.3m*q.96.1.3m*6.c.3m*q.105.6.3m*22æ.q.88.9.10.c*q.120.1.c*q.147.4.c*q.132.2.3m*q.154.2.c.fi.*q.160.5.c
123 Lex humana non attendit intentionem obſeruantis, ſed actum eius, 12æ.q.100.9.c
124 Lex humana debet eſſe honeſta, iuſta, poſſibilis ſecundũ naturam, ſecundum conſuetudinem patriæ, loci, & temporis, neceſſaria, pro communi utilitate, & clara, 12æ. quæſt. 95.3.o.
125 Lex eſt iuſta, uel iniuſta tripliciter, ſ. ex fine, ex agente p auctoritatem, & ex forma, i. ſecundum æqualitatem, & proportionis, 12æ.q.96.4.c.
126 Lex humana præcipit aliquos actus cuiuſcũque uirtutis, ut ordinabiles ad bonum commune, nõ autem omnes: ſimiliter aliquos actus cuiuſcunque uitij prohibet, nõ autem omnes, 12æ.q.93.3.3m*q.96.1.3.o*q.110.2.c.
127 Leges humanæ ordinantur ad aliqua mundana bona, ſecundum quorum conditionem, dantur præcepta fortitudinis, 22æ.q.140.1 c.
128 Lex humana nõ debet ſeruari quando eſt in damnum, ſed recurrendum eſt ad principem, ſi periculũ non ſit in mora, 12æ.q.96.6.o.*q.97.3.*22æ.q.90.5.2m.*3m.*.quæſt. 147.4.c
129 Lex humana iuſta obligat in foro conſcientiæ, non autem lex iniuſta niſi propter ſcandalum uitãdum in iis quæ nõ ſunt contra Deum, 12æ.q.96.4.o.*.22æ.q.12.2.1m.*.quæſt. 60.5.1m
130 Omnes ſubditi alicuius poteſtatis ſubduntur legibus eius, uel coacte, ut mali, uel ſponte, ut boni, 12æ.q.96.5.o
131 Princeps ſubditur legi ſuæ, quo ad iudicium Dei, & ſponte, quo ad uim directiuam, nõ autem coacte, 12æ.q.95.5.3m.
132 Nullus ſubditur legi inferioris, cõtra ſuperiorem, 12æ.q.96.5.c.2m.
133 Lex humana poteſt iuſte mutari dupliciter, ſ. ex defectu legiſlatoris, uel ex mutatione rerum, uel hominum, 12æ.q.96.5.3m*6.o*q.97.1.o*q.104.3.2m.
134 Lex humana non debet faciliter mutari, niſi propter magnam neceſſitatem, uel utilitatem, quia conſuetudo iuuat 12æ.q.97.2.o
L ſ. per quem non eſt appropriatum, ſed proprium filij, 1a.q.39.8.c.
L I A fœcunda, & lippis oculis, ſignificat uitam actiuã, quæ plus parit, & minus uidet, 22æ.q.179.2.b
1 Liber de infantia Saluatoris, eſt apocryphus, 3a.q.33.6.3m.*q.36.4.3m*q.43.3.1m.
2 *Liber de mirabilibus ſacræ ſcripturæ, non eſt Auguſtini, nec eſt autenticus, 3a.q.45.3.2m
3 Liber de ſpiritu & anima, non eſt Auguſtini, nec autenticus, 1a.q.77.8.2m*q.79.8.1m*10.1m*q.81.3.2m
4 Liber uitæ dicitur tripliciter, ſ. conſcriptio ſaluãdorum, ſcriptura rerum per quæ ſaluantur, i. utrumque teſtamentũ, & ſcriptura agendorum, ſeu iam factorum, ſ. liber aperiẽdi, id eſt uis diuina, qua cuilibet nota fient facta ſua, 1a.q.24.1.1m
5 Liber uitæ eſt notitia Dei de uita beata cuiuslibet in particulari, 1a.q.24.o*q.39.8 fi.
6 Liber uitæ in diuinis dicitur eſſentialiter. non autem perſonaliter, & appropriatur filio, ratione notitiæ: ſed ſpiritui ſancto, ratione uitæ, 1a.q.39 8.fi.
7 Liber uitæ non eſt prædeſtinatio, ſed eſt notitia eius, 1a.quæſ. 24.1.4m.
8 Liber uitæ & electio, ſunt tantum de uita gloriæ creaturarũ, non autem proprie de uita naturæ, nec de uita gratiæ, nec de uita Dei, 1a q.24 2.o
9 Scripti ſimpliciter in libro uitæ. ſ. prædeſtinati, nunquam delentur de libro uitæ, ſed ſcripti ſecundum gratiam, delentur de libro uitæ, 1a.q.24.3.o.
10 Sicut poteſt aliquis deleri de libro uitæ, ſic poteſt in eo ſcribi de nouo, ſ. uel ſecundum opinionem, uel ſecundũ gratiam, non autem ſimpliciter, 1a.q.24.1.3m.
11 Nullus liber dicitur liber mortis, ſicut dicitur liber uitæ, quia electi ſolent aſcribi, non autem repudiati, 1a.quæſtio.24.1.3m.
12 Libri aperiendi in die iudicij, ſunt conſcientiæ ſingulorum, uel ſancti utriuſque teſtamenti, uel ſententia iudicis, uel uis diuina oſtendens omnia, qua cuilibet nota fient facta ſua, 1a.q.24.1.2m

1 Liberalitas eſt uirtus diſpenſandi bene diuitias, in uſus bonos ſibi ſuiſq; & aliis, 22æ.q.117.1.o
2 Ad liberalem non pertinet, eſſe promptum ad recipiendum, & minus ad petendum, ſed ſolicite procurat fructus ſuarum poſſeſſionum, ad liberaliter dandum, 22æ. quæſtio. 117.4.3m.
3 Propria materia mediate liberalitatis, eſt pecunia, id eſt, res poſſeſſa, ſed materia immediata, eſt paſſio circa pecuniã, 12æ.q.60.5.c*22æ.q.31.1.2m*q.32.1.4m*q.58.9.2m*q.117.2 3.o*6.c*q.118.3.c.2m*q.157.1.c
4 Liberalitas moderatur amorem pecuniarum, & timorem de amiſſione earum, 22æ.q.123.4.2m.
5 Proprius actus liberalitatis duplex. ſ. bene uti pecunia in ſe, & in alios: ſecundarius autem eſt, præparare & cõſeruare eas ad bonum uſum, 22æ.q.117.3.4.o.
6 Proprius & principalior actus liberalitatis eſt dare, quàm accipere, uel acquirere, uel conſeruare, uel uti pro ſe, 22æ.q.117.4.o*q.119.1.2m*3m
7 Liberalis triſtatur quod aliquid detur non conuenienter, ſed magis quando ipſe dat non conuenienter, quia plus opponitur actui eius proprio, 22æ.q.117.4.2m
8 Dare aliquid cum concupiſcentia retinendi, derogat liberalitati, non autem amicitiæ uel charitati, ſed magis oſtenditur perfectio eius, 22æ.q.31.1.2m
9 *Liberalitas eſt ſubiectiue in uoluntate, 12æ.q.21.1.1m.
10 Dantes omnia pro Chriſto, non ſunt prodigi, ſed liberales, 22æ.q.119.2.3m
11 Solus Deus eſt maxime liberalis, 1a.q.44.4.1m
12 Chriſtus omnes diuitias contemnendo, oſtendit in ſe ſummum gradum liberalitatis, & magnificentiæ, 3a. quæſtio. 7.2.3m.
13 Omnis uirtus theologica & cardinalis, eſt ſimpliciter. i. ſecundum propriam materiam nobilior liberalitate, quæ tamẽ habet quandam excellentiam, inquantũ eſt utilis ad multa, 22æ.q.117.6.o
14 Iuſtitia ſe extendit ad omnes, non autem liberalitas, 22æ.q.58.12.1m*q.123.12.5m
15 Iuſtitia eſt ſimpliciter maior liberalitate, quia eſt cõmunior & fundamentum eius eſt, & poteſt eſſe ſine ea, non autem econuerſo, ſed ſecundum quid eſt econuerſo, ſcilicet, ut eſt ornamentum iuſtitiæ, 22æ.quæſt.66.4.1m.*.quæſt.123.12.5m.
16 Liberalitas conuenit cum iuſtitia, quia utraque eſt principaliter ad alterum: & circa exteriora, ſed prima attendit exteriora ut propria: ſecunda uero ut ſunt alterius, & ratione debiti, ideo liberalitas non eſt ſpecies iuſtitiæ, ſed eſt pars ſibi annexa, 22æ.q.58.12.1m*q.117.3.3m.*5.2m, 5.o*q.118.3.2m*q.13.8.1m*q.157.1.c
17 Liberalitas eſt ad ſe in ſumptibus non autem in dationibus, ſed iuſtitia nullo modo eſt ad ſe, 22æ. q.106.3.1m.*.q.117.3.3m.

1 Libertas cuiuslibet rei eſt dominium & poteſtas ſui actus, ad oppoſita, 1a.q.83.3.4.o
2 De ratione uel neceſſitate libertatis non eſt eſſe primam cauſam ſui, id quod liberum eſt, 1a.q.83.1.3m
3 Poſſe uelle malum, non eſt libertas, nec eſt pars libertatis, 1a.q.62.8.3m*22æ.q.88.4 1m.
4 Tota radix libertatis, ut ſubiectum, eſt uoluntas: ratio autem ut cauſa, 12æ.q.6.2.2m*q.17.1.2m
5 *Libertas opponitur neceſſitati coactionis, non autem neceſſitati finis, 1a.q.82.1.c.1m*22æ.q.44 1.2m*3a.q.14.2.c.
6 Libertas prima eſt debilitata per peccatum, non autem omnino amiſſa, 1a.q.83.2.3m

1 Liberum arbitriũ non eſt habitus proprie, ſed eſt potentia, 1a.q.83.2.o
2 Liberum arbitrium eſt idem realiter, quod uoluntas, ſecundum quod in ea uirtus intellectiua: unde liberum arbitriũ eſſe dicitur facultas uoluntatis, & rationis, 1a.q.83.3.4.o.*12æ.q.1.1.c*22æ.q.24.1.3m*q.95.5.c

3 Liberum arbitrium eſt tantum eorum, quæ ſunt ad finem, 1ª. q. 19. 10. c. *q. 82. 1. 2. c. *q. 83. 1. 5m

4 Liberum arbitrium ut de actibus eſt tantum de contingentibus ſed ut de obiectis, eſt etiam de præteritis & neceſſarijs 22æ. q. 24. 1. 3m

5 *Liberum arbitrium eſt per ſe ordinatum in bonum, nec tendit in malũ niſi ſub ratione boni, 1ª. q. 63. 1. 4m. * 3ª. q. 34. 3. 1m

6 *Nullius creaturæ liberum arbitriũ poteſt naturaliter eſſe confirmatum in bono, ſed tantum ex gratia, 1ª. q. 62. 3. c

7 Liberum arbitrium uiatoris, poteſt per gratiam confirmari in bono aliquo modo, non autẽ ſimpliciter, 3ª. q. 52. 7. 3m. *q. 79. 6. 1m. *2m

8 Liberum arbitrium in damnatis eſt obſtinatum in malo, quod non poteſt eſſe in uia perfecte, 22æ. q. 14. 3. 3m. *3ª. q. 52. 6. 3m. *q. 86. 1. c

9 Liberum arbitrium eſt in omni, & ſolo habente intellectum, 1ª. q. 59. 3. c

10 Liberum arbitrium eſt in Deo, 1ª. q. 19. 10. c

11 Liberum arbitrium eſt in beatis, & eſt in damnatis, 3ª. quæſ. 18. 4. 3m

12 Homo habet liberum arbitrium, 1ª. q. 83. 1. c. * 12æ. quæſt. 13. 6. c

13 Homo per peccatum amiſit liberum arbitrium, quo ad libertatem à culpa & miſeria, non autem quo ad naturam 1ª. q. 83. 2. 3m

14 Liberum arbitrium non eſt in brutis, 1ª. q. 59. 3. c

15 Liberum arbitrium non ſuſcipit magis & minus ſecundum eſſentiam, ſed ſecundum diſpoſitionem ſubiecti, tamen eſt maius ſecundum nobilitatem eius, cuius eſt, 1ª. quæſt. 59. 3. 3m

16 Omnis actus humanus eſt à libero arbitrio uel elicitiue, uel imperatiue, 12æ. q. 1. 1. 2

17 Eligere eſt proprius actus elicitus liberi arbitrij, 1ª. q. 83. 3. 4. c. *3ª. q. 18. 4. b. *c

Libido uoluntatis grauat peccatum ſenſibilis autem leuiat, 22æ. q. 154. 3. 1m. *q. 156. 1. c. 3m

Non licere aliquid alicui, contingit dupliciter, ſcilicet ratione prohibitionis, & ratione defectus, 22æ. q. 187. 1. c.

1 Lignum uitæ, & arbor ſcientiæ boni & mali, ſunt materialia ſed ſignificãtes res ſpirituales, 1ª. q. 102. 1. 4m

2 Lignum uitæ cauſabat immortalitatem in Adam, per ſolam fortificationem uirtutis, alij uero cibi, reſtaurando deperditum, 1ª. q. 97. 4. c

3 Cauſa principalis immortalitatis Adæ, erat uirtus ſupernaturalis ei data, non autem lignum uitæ, ſed tamen eius coadiuuabat ad continuationem uitæ, 1ª. q. 97. 4. c. fi.

4 Si poſt peccatum, homo comediſſet de ligno uitæ, non potuiſſet euadere mortem ſed potuiſſet eam differre, 22æ. q. 164. 2. 6m

1 Idem locus & ſtatus ſanctorum ante aduentum Chriſti, dicebatur ſinus Abrahæ, ratione quietis & [illegible] bus infernus, ratione defectus gloriæ, non autem ſunt omnino diuerſi, 3ª q. 52. 2. 4m

2 Gaudium magnum erat loco, de gloria ſperata. 3ª. quæſt. 52. 5. 1m

3 In limbo patrum erat dolor, de dilatione gloriæ, non autem pœna ſenſibilis pro peccato ſed Chriſtus ſoluit utrunque, ſcilicet præſeruando à ſecundo, & dando gloriam, 3ª. q. 52. 2. 2m. *5. 1m

4 Limus eſt terra præmiſſa quæ ideo corpus hominis dicitur componi ex eo id eſt ex quatuor elementis, 1ª. q. [illegible]

1 Quia ſanctorum animæ ante Chriſti aduentum habebant quietem per immunitatem pœnæ limbus, ſinus Abrahæ dicitur, qui fuit primum exemplum credentium, ſed quantum ad id quod ſanctis deerat requies deſiderij dicitur infernus, Suppl. q. 69. 4. c

2 Limbus quantum ad qualitatem loci diuerſus eſt ab inferno damnatorum, ſed quantum ad ſitum loci, ſunt loca continua, niſi quod limbus patrum pars ſuperior inferni eſſe uidetur, Suppl. q. 69. 5. c

3 Cum pueris in limbo nulla adſit ſpes beatæ uitæ, quæ patribus aderat qualitate pœnæ & pœnæ ſinibus puerorum differt à limbo patrum, non autem ſitu, niſi requies patrũ in ſuperiori loco eſſe credatur Suppl. q. 69. 6. c

4 Sine in ſtatu conſequendi pro meritis bonum ſiue malum, conſtitutæ ſunt animæ corporibus exutæ, conuenienter quinque loca diſtincta ſunt, ſcilicet paradiſus, limbus patrum, purgatorium, infernus, & limbus puerorum, Suppl. q. 69. 7. c.

1 Lingua infirmi, quæ infecta eſt cholerico, & amaro humore, non poteſt percipere aliquid dulce, ſed omnia uidentur ei amara, 1ª. q. 78. 2. c. *q. 111. 4. c

2 Donum linguarum, eſt gratia gratis data, & neceſſaria fuit duplici ratione, ſcilicet ut prima diſcipuli Chriſti per uniuerſum orbẽ diſcurrentes fidẽ eius ubique prædicarent & ut ſicut gentibus ad idolatriam declinantibus introducta eſt diuerſitas linguarum, ita etiam quando erant gentes ad cultum unius Dei reuocandæ, cõtra huiuſmodi diuerſitatem, remedium adhiberetur, per donum linguarum, 22æ. q. 176. 1. c

3 Chriſtus habuit donum linguarum, quo tamen non eſt uſus quia tantum in una gente prædicauit, 22æ. q. 176. 1. 3m. *3ª q. 7. 7. 3m

Litigiũ propriè eſt cõtradictio in uerbis, nõ ex defectu amoris animos unientis, ſed ex hoc quod quis non ueretur cõtriſtare perſonam: primum eſt contentio, & pertinet ad diſcordiam contrariam charitati: ſecũdum contrariatur amicitiæ uel affabilitati, non autem manſuetudini uel temperantiæ licet oriatur aliquando ex ira, uel concupiſcentia generali, & ex multis alijs, 22æ. q. 116. 1. c

Figuræ literarum, quibus ita & ſex repreſentant Græci, ſatis ſunt propinque apud eos, 3ª. q. 46. 9. 2m. fi.

1 Loca. *Inter quælibet duo loca, ſunt infinita loca, tam diuiſibilia, & quam indiuiſibilia, 1ª. q. 53. 2. c

2 Reſpectus & inclinatio, & ordo corporis grauis ad locũ medium, eſt relatio realis, 1ª. q. 28. 1. c

3 Eſſe in loco dicitur dupliciter, ſcilicet ſicut eſſe in aliqua re, uel eſſe ſicut locatum in loco, 1ª. q. 8. 2. c

4 Eſſe in loco contingit dupliciter, ſ. circumſcriptiue & diffinitiue. 1ª. q. 52. 1. c

5 Quod eſt in aliquo loco totũ, totalitate eſſentiæ, poteſt ſimul eſſe extra, non autem totalitate quantitatis. 1ª. q. 8. 2. 3m

6 *Incorporalia ſunt in loco, 3ª. q. 8. 2. 1m. *2m

7 Deus non eſt in loco circumſcriptiue neque diffinitiue, quia eſt ubique, 1ª. q. 52. 2. c. fi. *3ª. q. 52. 3. 1m

8 Deus dicitur eſſe in loco metaphorice, quia implet locũ cauſalitate effectuum, non autem diſtantia dimiſſionũ, 1ª. q. 8. 2. c

9 Deus eſt in loco, non quidem ut quid menſuratum loco, ſed ut dans uirtutem loco, locandi & continendi, 1ª. q. 8. 2. c.

1 Longanimitas eſt uirtus, qua habemus animum tendendi in aliquid diſtans in longinquum, & conuenit dupliciter cum patientia, ſed magis cum magnanimitate, ſcilicet primo quidem quia patientia ſicut & fortitudo ſuſtinet aliqua mala, propter aliquod bonum, quod ſi ex propinquo expectetur, facilius eſt ſuſtinere ſi autem in longinquum differatur difficilis eſt expectatio, ſecũdo quia hoc ipſum quod eſt differri bonum ſperatum, natum eſt cauſare triſtitiam: & ſic ſecundum quod ſub eadem ratione mali cõtriſtantur, poteſt comprehendi & dilatio boni ſperati, quæ pertinet ad longanimitatem, & labor quem homo ſuſtinet in continuata executione boni operis, quod pertinet ad conſtantiam, iam longanimitas quam etiam conſtantia ſub patientia comprehenduntur, 12æ. q. 70. 3. c. *22æ. q. 17 5. 3m. *q. 136. 5. c

2 Longanimitas magis reſpicit ſpem, quàm timorem uel audaciam, uel triſtitiam, ſicut etiam magnanimitas, 22æ. q. 136.

1 Ind[illegible] linguis, ſ. [illegible] diuerſi modi loquendi [illegible]

2 De [illegible] angel[illegible] hominibus, oſtendendo aliquid, & fortaſſis Deus prim[illegible] hominibus [illegible] ſicut eum angeli loqui [illegible] ueritas [illegible] mentes eorum, & ſi non [illegible] eſſentiæ, quæ capiunt angeli ſecundum Auguſtinum, 1ª. q. 94. 1. c. fi.

1 Loqui uidentur bruta, per illuſionem Simonis Magi, uel per [illegible] dæmones: ſicut & aſina Balaam, per angelum, 22æ. q. 165. 2. 4m

Loth culpandus eſt ſecundum Auguſtinum non quantum ille inceſtus, ſed quantum ebrietas meruit, 22æ. q. 150. 1. c. 4. c. fi.

Lotio pedum ueteris teſtamenti, [illegible] & ratione [illegible] & idem ſignificat, ſcilicet [illegible] munditiam, 3ª. q. 83. 5. 1m

Lucia uerum dixit, quod corpus non coinquinatur niſi de conſenſu mentis, 22æ. q. 64. 5. 1m

Lucifer peccauit grauius cæteris angelis, inquantum fuit maior

minor flexibilitas fuit ad peccatum,1ª.q.63.8.3m
¶Ludicra ſeu iocoſa, ſunt dicta uel facta, in quibus non quæritur, niſi delectatio animalis,22æ.q.168.2.c
¶Ludificatio dæmonum, mutat homines in beſtias. ſecundũ apparentiam tantum, non autem ſecũdum rei ueritatem, 1ª.q.114.4.1m.*22æ.q.165.2.4m
1 Ludus eſt in remedium, contra fatigationem animalis, dãs animæ quietem, id eſt, delectationem,12æ.q.2.6.1m.*22æ.168.2.o
2 Ambroſius reprobat omnes ludos in ſacra ſcriptura, non autem in alijs,22æ.q.168.2.1m
3 Ludus triplex, ſcilicet turpis, deuotus & recreatiuus. Primus debet uitari à quolibet: ſecundus eſt laudabilis: tertius debet ſumi, ſed temperatius à pœnitente,22æ.q.168.4.1m
4 In ludis cauenda ſunt tria, ſcilicet dicta & facta turpia & nociua, reſolutio grauitatis, & indebitæ circunſtantię,22æ.q.168.2.o
5 Ludere inordinate ratione recreationis, opponitur eutrapeliæ, ſed pertinet ad molliciem, ratione quietis,22æ.quæſt.138.1.3m
6 Defectus ludi ad peccatum, ſed minus quam exceſſus eius, 22æ.q.168.4.o
7 Exceſſus ludi duplex, ſcilicet ratione turpitudinis vel nocumenti, & ratione indebitæ circunſtantiæ: primus eſt peccatum mortale. ſecundus autẽ eſt peccatum ueniale, niſi ponatur finis in hoc,22æ.q.168.3.o
8 Superfluitas ludi, pertinet ad ineptam lætitiam: filiam gulæ, 22æ.q.168.3.3m
9 Peccata ratione ſolius intentionis excuſantur per ludum, nõ autem peccata ex ſua ſpecie, ſed reddunt ludum obſcœnũ & flagitioſum,22æ.q.168.3.1m
1 LVmen dupliciter poteſt ineſſe alicui, ſcilicet uel per modum formæ permanentis, uel per modum paſſionis trãſeuntis,22æ.q.171.2.c.*q.195.3.2m
2 Maius lumen offuſcat minus lumen, ſcilicet alterius illuminantis: non autem minus lumen illuminati, ſed perficit ipſum,3ª.q.5.4.2m.*q.9.1.2m
3 Lumen naturale intellectus nihil aliud eſt, quàm manifeſtatio ueritatis,1ª.q.67.1.c.*q.106.1.c
4 In homine eſt triplex lumen quo non participant bruta ſcilicet lumen naturæ, gratiæ & gloriæ,1ª.q.106.1.1m
5 Lumen naturale intellectus confortatur per infuſionem luminis gratuiti,1ª.q.12.13.c
6 Lumen ſupernaturale intellectus, id eſt, intellectus qui ponitur donum ſpiritusſancti, eſt quædam acuta perſpectio diuinorum.1ª.q.106.1.2m.*22æ.q.9.2.2m
7 Lumen intelligibile imprimitur diuinitus, ad iudicandum, uiſa ab alijs, ad intelligendũ ſcripturas, & ad interpretandam, ſicut Apoſtoli ad cognita naturaliter, & ad agenda,22æ.q.173.2.c.fi.
8 Lumen gloriæ non poteſt eſſe connaturale alicui creaturæ, 1ª.q.12.5.3m
1 Productio plantarum, præmittitur productioni luminarium, ad excludendum idolatriam,1ª.q.70.1.1m.*4m
2 Luminaria producta ſunt primo die, quo ad ſubſtantiam: ſed quo ad collationem determinatæ uirtutis, producta ſunt quarta die,1ª.q.70.1.1m.*q.74.1.4m
3 Luminaria ſunt fixa in ſphæris, ſecundum Ariſtotelem, nec mouentur ſine ſuis ſphæris, ſed oppoſitum tenet Ptolomæus,1ª.q.70.1.3m
4 Sol dicitur luminare magnum, & luna luminare minus: ſed ſol propter quantitatem & propter uirtutem: luna uero dicitur magna, propter quantitatem apparentem & claritatem, & propter propinquitatem ad nos, & propter manifeſtos eius effectus,1ª.q.68.1.c.fi.*q.70.1.5m
5 ¶Luna plena oritur ueſpere, & occidit mane: ideo dicitur pręeſſe nocti, quia probabile eſt quod producta ſit perfecta ſicut & plantæ & animalia,1ª.q.70.2.1m
6 Luna non dicitur præeſſe diei, ſicut nocti, licet appareat in die. quia non dominatur diei propter præſentiam maioris luminaris, ſcilicet ſolis,1ª.q.68.1.c.fi.*q.70.1.5m
7 Luna ſecundum proprium motum, eſt uelocior ſole: ſed ſecundum motum diurnum, eſt econuerſo, 3ª.quæſt.44.2.2m.
1 ¶Lux ſeu lumen, non eſt corpus, nec eſt euidentia coloris,1ª.q.67.2.o.*q.76.7.c.*q.92.1.2m
2 Lux non eſt forma ſubſtantialis ſolis, ſed eſt qualitas actiua cuiuslibet lucentis corporis,1ª.q.67.3.o
3 Lux proprie eſt tantum in corporibus, quantum ad illud à quo ſumitur nomen, ſed quãtum ad illud cui imponitur magis conuenit ſpiritualibus quàm corporalibus,1ª.q.67.1.o.*q.74.2.o.
4 Lux non habet contrarium, quia eſt qualitas primi alterãtis, 1ª.q.67.3.2m.
5 Lux dicitur eſſe ſine numero, pondere, & menſura, quia uirtus eius ſe extendit ad omnia corporalia, non autem ſimpliciter,1ª.q.5.5.3m
6 Lux primo creata, fuit ſol, ſed adhuc informis, quo ad determinationem uirtutis, factam quarta die, nec lux erat nubes, niſi ſecundum ſimilitudinem,1ª.q.67.4.o.*q.68.1.co.fina.*q.70.1.2.*q.74.1.c.4m.*5.5m
7 *Lux non uidetur per aliquam ſimilitudinem, ſed per eſſentiam ſuam informat oculum,1ª.q.56.3.c
8 *Lux facit qđ color qui eſt uiſibilis in potentia, fiat uiſibilis in actu,1ª.q.67.3.3m.*q.76.3.2m
9 *Eodem actu uidetur color & lux, ut ratio uidendi, non autem ut obiectum,12æ.q.8.3.2m.*q.12.1.c
10 Alium effectum facit lux ſolis, alium lux Iouis, & ſic de alijs Planetis,1ª.q.67.3.c.*q.70.1.2m
11 Lux ad productionem formæ ſubſtantialis, ut inſtrumentũ cœli,1ª.q.67.3.3m
1 LVxuria principaliter, eſt circa uoluptates uenereas: ſecundario autem dicit exceſſum in alijs,22æ.q.153.1.o
2 Omnis actus luxuriæ eſt peccatum,22æ.q.153.3.o
3 Omnis actus luxuriæ deliberatus extra limites matrimonij, eſt peccatum mortale: aliter uero eſt ueniale, 22æ.q.35.3.c.*q.36.3.c.*q.153.3.o
4 Luxuria eſt uitium capitale,22æ.q.153.4.o
5 Peccata luxuriæ inter uitia intẽperãtiæ, ſunt maxime exprobabilia,22æ.q.151.4.3m
6 Species luxuriæ ſunt ſex. ſcilicet fornicatio, adulterium, inceſtus, ſtuprum, raptus, & luxuria contra naturam, 22æ.q.154.o.
7 Stuprum aliquando ſumitur communiter pro omni peccato luxurię,22æ.q.154.o.6.2m
8 Sacrilegium reducitur ad ſpecies tres luxuriæ, ſcilicet uel ad ſtuprum, uel ad adulterium, inquantum uiolatur uirgo Deo deſponſata: uel ad inceſtum, inquantum eſt cum cognata ſpirituali,22æ.q.154.1.3m.*10.2m
9 Peccatum luxuriæ contra naturam, non eſt humanum, ſed beſtiale,22æ.q.142.4.3m.*q.154.11.o
10 Vitium contra naturam eſt grauiſſimum inter ſpecies luxuriæ: ſecundo raptus: tertio inceſtus: quarto adulteriũ: quinto ſtuprum, & minima fornicatio,12æ.q.73.7.c.*22æ.q.154.12.o.*q.170.1.2m
11 Species luxuriæ contra naturam ſunt quatuor, quarum grauiſſima eſt beſtialitas: ſecundo ſodomia: tertio cum muliere extra naturam: quarto mollities, 22æ.quæſt.154.11.o.*12.4m.
12 Circa tempora Abrahæ, humanum genus uenerat ad profundiſſimum peccatorũ, ſ. ad infidelitatem, & ad turpiſſimum uitium contra naturam,3ª.q.70.2.1m
13 Filiæ luxuriæ ſunt octo, ſcilicet cæcitas mentis, inconſideratio, præcipitatio, inconſtantia. amor ſui, odium Dei affectus præſentis ſæculi, & deſperatio futuri ſæculi,22æ.q.53.6.o.*q.153.4.5.o.
14 Gradus luxuriæ quintuplex, ſcilicet aſpectus: cogitatio, delectatio, conſenſus, & opus,12æ.q.72.7.c.fi.*3m
15 Ex luxuria oriuntur, quatuor inordinati actus locutionis, ſcilicet turpiloquia, ſtultiloquia, ſcurrilia, & ludicra, 22æ.q.153.4m.
16 Nulla paſſio ita deprimit rationẽ, ſicut gula & luxuria,22æ.q.53.6.o.*q.55.8.1m.*q.180.2.3m.fi.
17 Homo incurrit quintuplex damnum ex luxuria, ſcilicet depreſſionem mentis exheredationem, periculum perſonæ, & periculum rerum, & impedimentum bonorum operũ, 22æ.q.46.3.c
18 Luxuria uix uitari poteſt, niſi uitentur principium eius, ſcilicet aſpectus mulieris pulchræ, & pręcipue aſpectus uirginis 22æ.q.167.2.4
19 Luxuria uincitur fugiendo, ſed acedia & cætera uitia reſiſtendo,22æ.q.35.6.3m.*q.74.3.2m

M

1 MAceratio proprie corporis, non eſt accepta Deo, niſi diſcreta, ut concupiſcentia refrenetur, & natura non nimis grauetur, 22æ.q.88.2.3m.*quæſt.147.1.2m.*q.188.6.3m.
1 ¶Macula in corpore, & macula in anima, contingit dupliciter, ſcilicet priuatione decoris per peccatum mortale, & ex ſuperinductione, per peccatum ueniale, 3ª.q.87.2.3m

2 ¶Macula peccati eſt defectus nitoris & animæ, ſ. luminis diuini, & rationis, & gratiæ, ex inordinato amore temporalium, 12æ.q.86.o°q.89.1.o°22æ.q 87.6.c
3 Macula non dicit aliquid poſitiuum in anima, nec priuationem tantum, ſed in reſpectu ad ſuam cauſam. ſ. ad peccatum: ideo diuerſorum peccatorum, ſunt diuerſæ maculę, 12æ.q.86.1.3m°3ª.q.88.1.c.
4 Macula peccati nihil aliud eſt quam priuatio gratiæ, 12æ.q. 109.7.c.
5 Actus peccati facit diſtantiam a Deo, quam ſequitur macula, 12æ.q.86.2.4m°6.c
6 Ceſſante macula peccati, remanet reatus, 12æ.q.87.6.o
7 Remiſſo peccato quantum ad maculam, ſemper remittitur pœna æterna, non autem pœna temporalis, 12æ. quæſtio. 87.6.c.
8 Macula peccati, manet tranſeunte actu peccati, 12æ.q.86.2.o °.q.87.6.c.1m.
1 ¶Magi adorantes Chriſtum ſecundum Auguſtinum, fuerūt malefici: ſed ſecundum alios fuerunt ſapientes, aſtrologi, & potentes, 3ª.q.36.3.c.2m°3.c.
2 Magi moti ſunt ex ſcriptura Seth, ad ſequendum ſtellam, uel ex prophetia Balaam, uel ducti ab angelis, uel inſpirati a Deo, 3ª.q.36 5.4m
3 Magi ſecundum Auguſtinum, uenerunt de remotiſſimis partibus orientis, per biennium: ſecundum uero alios, uenerunt in diebus tredecim: ſecundum alios autem, uenerūt de prope, 3ª.q.36.3.3m°5.4m°6.c.3m
4 Magi uenerunt ad Chriſtum, tanquam primitiæ gentiū, docti a ſpirituſancto, offerentes munera congrua dignitati Chriſti, 3ª.q.36.3.1m.°.8.o
5 Magi amiſerunt ſtellā quadruplici ratione. ſ. propter Iudęorum confuſionem, propter magorum inſtructionem, propter inſtructionem noſtram dupliciter: primo quia qui humanum auxilium quærunt, deſeruntur ab auxilio diuino: ſecundo inſtruitur quantum ad hoc, quia qui fideles ſumus, non debemus quærere ſigna, ſed debemus eſſe, contenti doctrinis prophetarum, quia ſigna data ſunt infidelibus, 3ª.q.36.8.3m.
6 Herodes poſt duos annos, a receſſu magorum, occidit pueros, quia accuſatus iuit Romam, uel territus aliquo periculo, uel credens magos confuſos, 3ª.q.36.6.3m.
7 Subſtantia non dicitur magis & minus, ſic quod participetur quandoque eum magis & minus in eadem ſpecie licet una ſubſtantia ſit perfectior, 1ª.q.93.3.3m.°.12æ.quæſ.52. 1.c.co.2.
¶Magiſter ſententiarum non eſt autenticus: ideo in multis non tenetur, 1ª.q 94.4.2m°22æ.q.25.2.o.
1 ¶Magnanimitas importat extēſionem animi, uel ad magna abſolute, uel ſecundum proportionem, 22æ.q. 129 1.c.°.q. 139.5.c.
2 Magnanimitas eſt uirtus, quia tendit ad maxima, ſecundum rectam rationem, 22æ.q.129.3.o°q.130.2.c
3 Magnanimitas eſt circa ſpem & deſperationem, 12æ.quæſt. 60.4.c.fi.
4 Magnanimitas principaliter eſt circa honores, ſed mediate: immediate uero, eſt circa ſpem, 22æ.q.129.1.o°4.8.c°q.128 c.°q.131.2.c°q.132.2 c.
5 Propria materia eius eſt honor magnus, mediocris autem eſt materia cuiuſdam uirtutis innominatæ, 12æ.q.60.5.c.° 22æ.q.129.2.o°4.1m°q.130.2.2m
6 Magnanimitas eſt circa gloriam, quia moderate utitur gloria, ſicut & honore, 22æ.q.132.2.c.
7 Magnanimitas ad duo reſpicit. ſ. ad honorem, ſicut ad materiam, & ad opus magnum, ſicut ad finem, 22æ.q.129.8.c° q.131.2.1m
8 Ratione primi opponitur ei ſecundum exceſſum ambitio, & ratione ſecundi præſumptio, 22æ.q.131.2.1m°2m
9 Ea quæ opponuntur aliis uirtutibus, opponuntur etiam magnanimitati, ſecundum quod parua pro magnis habētur, 12æ.q.112.2.1m.
10 Magnanimitas eſt in iraſcibili ſubiectiue, 12æ.q.60.5.c°22æ. q.129.1.1m.°q.134 4.1m
11 Magnanimus non quærit honorem tanquam finem, quia hoc reputat parum, ſed quærit fieri dignus honore, 22æ.q. 129.1.3m°2.3m°q.131.1.2m
12 Magnanimus bene utitur magnis & paruis honoribus, quia non extollitur, nec frangitur oppoſitis, ſed contemnit, 22æ q.129.2.3m.
13 Magnanimus contemnit bona exteriora, ideo non gaudet ſi acquirat ea, nec triſtatur, ſi perdat ea, 22æ.q.129.8.1m°3m° q.132.2.1m°2.°3m
14 Magnanimus non eſt contentioſus, quia nihil ea extrinſecum æſtimat magnum, 22æ.q.129.1.3.2m°q.122 2.3m
15 Magnanimus nō amat pericula, nec timet ea, ſed promptiſſime ſe exponit periculis magnis, 22æ.q.129.3.2m.
16 Magnanimus nullo indiget. ſ. modo humano, non autē ſimpliciter, 22æ.q.129.6.1m
17 Magnanimus habet uocem grauem, locutionem ſtabilem: quia non de omnibus facile cōtendit, aut loquitur, ſed de magnis. Nō eſt memor beneficiorum, quia non delectatur in hoc, niſi ut maiora compenſet. eſt tardus & ocioſus, quia non utilibus, ſed magnis intendit. Vtitur ironia, non quæ opponitur ueritati, ſed quia non omnibus animi magnitudinem oſtendit. Cum aliis non poteſt conuiuere, ſed cū amicis tantum, & magnis. Habet infructuoſa, quia magis honeſta quærit, quàm utilia, 22æ.q.47.9.3m.°.quæſt.129.3. 3m.°.5m.
18 Nullus poteſt eſſe magnanimus, niſi uirtuoſus, qui eſt habilis ad magna, 12æ.q.16.4.3m,
19 Magnanimo attribuuntur actus aliarum uirtutum, ſub ratione excellentiæ, ſ. quod eſt cōmunicatiuus, benefactiuus, retributiuus plurium, ueridicus, non planctiuus, non incertus, nec fugiens commonentem, 22æ. quæſtio. 129.4. 1m, °.2m.
20 Magnanimus magis curat de ueritate, quàm de opinione, nec quærit laudem humanam, 22æ.q.132.2.1m.
21 Magnanimitas eſt generalis uirtus, inquantum operatur magna in qualibet uirtute faciens eam maiorem: ſed eſt uirtus ſpecialis inquantum ponit ſpecialem modū, circa ſpecialem materiam, 22æ q.129 4.o°5.2m°q.134.2.2m
22 Magnanimitas eſt ornamentum omnium uirtutum, 12æ. q.66.4.3m°22æ.q.129 4.3m
23 Magnanimitas ſuperueniens iuſtitię, auget bonitatem eius, ſed ſine iuſtitia, non habet rationem uirtutis, 12æ. quæſt. 58.12.2m
24 Magnanimitas & magnificentia, habent connexionem cum omni uirtute, ſecundum principia uirtutum, ſ. ſecundum prudentiam & gratiam, non autem ſecūdum actum, 12æ q.65.1.1m°22æ.q. 129.3.2m°q.134.2.1m.
25 Magnanimitas & magnificentia tenent extremum ſecundū quantitatem rei: medium autem, ſecundum regulam rationis, 12æ.q.64.1.2m.°3m°22æ.q.92.1.c.°q.129.3.1m.°.q. 130 2.c.°q.134.1.2m°q.152 2.2m.
26 Bona fortunæ conferunt ad magnanimitatem, quo ad materiam eius. ſ. quo ad honores, & etiam quoad finē eius, ſ. operari magna, 22æ.q.126.8.o
1 ¶Magnificentia eſt uirtus factiua magnorum & eſt uirtus generalis, ſi ſumatur facere communiter, ſ. pro omni opere, ſi uero proprie, ſ. pro operatione exteriori, eſt uirtus ſpecialis, 22æ.q.134.1.2.o.
2 Materia eius ſunt ſumptus magni, præcipue ad cultum Dei: ſecundo pecunia pro eis: tertio amor pecuniæ, 22æ.q.134. 1.3m°2.3m°3.o
3 Magnificentia eſt rerum magnarum & excelſarum, cum animi quadam ampla & ſplendida propoſitione cogitatio, & adminiſtratio, 22æ.q.128.c.
4 Magnificentia eſt in uoluntate ſubiectiue, 1ª.q.21.1.1m
5 Non oportet ad magnificentiam habere multas diuitias, ſed oportet ſic diſponi, quod quando oportet decet, uelit eas optime diſpenſare, & ſic fuit in Chriſto, 22æ.q.134.3.1m.° 3.4m°q.152.3.3m
6 Magnificus non principaliter facit magnos ſumptus pro perſona ſua, quia non eſt quid magnum, niſi quæ tantum ſemel fiunt, ut nuptiæ: uel permanentia, ut domus, 22æ.q. 134.1.3m
7 Magnificentia facit & intendit aliquod magnum, in factibilibus tantum: ſed magnanimitas in omni materia, 22æ.quæſ. 134.2.2m.fi.
8 Magnificentia eſt in maximis donis & ſumptibus ſed liberalitas in mediocrib. 12æ.q.60.5.c.co.2.°22æ.q.117.3.1m.°.q. 118.8.4m°q.128.1m°q.129.2.c.fi.°.q.134.2.3.o°4.1m°q.152 3.c.°q.160.1.c
Crimen leſæ maieſtatis maxime punitur, 22æ.q.10.8.o°q.13. 3.c.°q.108.4.2m
1 ¶Maius dicitur dupliciter. ſ. intenſiue & extenſiue, 3ª.q.1.4.c.

1 MAledicere contingit dupliciter, ſcilicet enunciatiue, l. detrahendo, cauſaliter uel imperatiue, & optatiue. & hoc dupliciter, ſcilicet per ſe, ideſt, ſub ratione mali: & ſic eſt peccatum, non autem ſi per accidens, ideſt, ſub ratione boni dupliciter, ſcilicet iuſti ſicut iudex per ſententiam, eccleſia per excommunicationem, prophetæ conformando ſe Deo, uel ſub ratione boni utilis. ſ. ut aliquis melior fiat, uel ne noceat aliis, 22æ.q.76.1.o.°.q.83.8 2m.°.2m.

Maledicere ſub ratione mali eſt peccatum mortale: & eſt tanto grauius, quanto plus perſona debet amari & reuereri, tamen tripliciter eſt ueniale, ſ. ratione parui mali: uel ratione affectus ſcilicet ex loco uel leui motu, uel ratione ſurreptionis, 22æ. q. 76. 3. o.
3 Detractio, contumelia, ſuſurratio, & deriſio, ſunt de malo culpæ, & nocent enunciando, ideo ſunt ſecundum ſe grauiora maledictione, quæ eſt de malo pœnæ optando, 22æ. q. 76. 4. o.
4 Benedictio uel maledictio proprie conuenit illum ei, cui poteſt bene uel male contingere, ſcilicet naturæ rationali, uel alii in ordine ad naturam rationalem auxiliando ſicut Deus maledixit terram, & Dauid montes: uel ſignificando, ſicut Chriſtus maledixit ficum: uel continendo, ſicut Iob maledixit diem, & Dauid montes, uel ordine ad Deū, & ſic eſt blaſphemia: uel ſecundum ſe, & ſic eſt quid uanū 22æ. q. 76. 2. o. 4. 1m.
5 Diabolus quo ad culpam: debet maledici: non autem quo ad naturam eius, 22æ. q. 76. 1. 4m.
1 Impotentes ex maleficio perpetuo, & poſt triennium. alterā quærere copulam poſſunt alias minime. ſuppl. q. 58. 2. c.
1 *Malitia ex qua dicitur aliquis peccare, eſt triplex. ſ. habitus cuiuſcunque uitij electio mali & peccatum præcedēs, 12æ. q. 78. 1. 3m.
2 Omnis peccans ex habitu peccat ex certa malitia & non ecōuerſo, 12æ. q. 78. 2. o.
3 Peccatum ex certa malitia uel ex induſtria contingit ex inordinatione uoluntatis præponentis minus bonum meliori bono, 12æ. q. 78. 1. o.
4 Peccatum ex certa malitia eſt grauius peccato ex paſſione, qa eſt magis uoluntarium, magis durat, & eſt circa finem: peccatum autem ex paſſione, eſt circa ea quæ ſunt ad finem, 12æ. q. 47. 1. c. *q. 78. 4. o. *22æ. q. 73. 3. c.
1 ¶Malum eſt aliquid, & eſt ens rationis, non autem ens reale, 1ª. q. 48. 2. 1m.
2 Malum non eſt negatio pura, ſed priuatio boni, 1ª. q. 14. 10. o. *q. 48. 2. 1m. *. 3. c. 2m. *. 12æ. q. 25. 2. c. *quæſtio. 36. 1. c. *. q. 75. 1. c.
3 Nullum ens eſt malum per eſſentiam, nec per participationem, ſed per priuationem participationis, 1ª. q. 49. 3. c. 4m *q. 65. 1. 2m* 3m.
4 Malum non eſt cognoſcibile, niſi per bonum, 1ª. q. 14. 10. 4m *. q. 48. 1. c.
5 Omnis priuatio inquantum huiuſmodi, habet rationem mali, ſicut omnis forma habet rationem boni, 1ª. q. 48. 1. 1m.
6 Mala eſſe, ratio & experientia docent, 1ª. quæſtio. 48. 1. 3m. *. 2. c. 1m.
7 Malum non eſt exiſtens in aliqua natura, neque eſt in exiſtētibus, ut pars perfectionis, ſed ut priuatio in ſubiecto, 1ª. q. 48. 1. o. *2. 1m* 2m* 3. 1m.
8 ¶*Si uniuerſaliter malum non eſſet, uniuerſum eſſet imperfectius, 1ª. q. 22. 2. 2m* q. 48. 2. c. 1m* q. 49. 1. c.
9 *Impoſſibile eſt eſſe ſummum malum, 1ª. q. 49. 3. o.* q. 103. 7. 1m* 22æ. q. 172. 6. c.
10 Malum non habet cauſam, niſi per accidens, 1ª. q. 49. 1. o.* 3. 5m* 22æ. q. 73. 1. c.
11 *Omne malum habet cauſam efficientem & materialē, non autem formalem nec finalem, 1ª. q. 46. 1. c.
12 Malum eſt cauſa per accidens, non autem cauſa per ſe, 1ª. q. 48. 1. 4m* q. 49. 3. c.
13 *Malum duplex. ſ. malum naturæ, & malum culpæ. & utrunque eſt ut in paucioribus, 1ª. q. 63. 9. o.
14 Malum culpæ ſecundum totam ſpeciem humanam, eſt ut in pluribus in aliis autem eſt, ut in paucioribus. ſicut etiā malum naturæ, 1ª. quæſt. 49. 3. 5m. *q. 63. 6. 1m* 12æ. quæſt. 71. 2. 3m.
15 Malum non ſimpliciter, ſed in ſolis uoluntariis duplex. ſ. malum pœnæ, & malum culpæ, 1ª. q. 48. 5. o.
16 *Malum pœnæ opponitur bono creaturæ: malum uero culpæ, bono increato. 1ª. q. 48. 6. c. *12æ. q. 79. 1. 4m.
17 Defectus, malum, peccatum, & culpa differunt: quia primū dicit negationem: ſecundum priuationem in omnib. tertium in actione tantum: quartum in uoluntariis tātum, 1ª. q. 48. 5. c. 1m* 12æ. q. 21. 1. c.* 2. o.
18 Malum in naturalibus nunquam eſt in effectu, niſi præexiſtat aliud malum in agente uel in materia. ſed bene in uoluntariis, 1ª. q. 49. 1. 3m.
19 Malum naturæ duplex. ſ. malum naturæ a cauſa naturali, ut mors naturalis, & priuatio boni naturæ a cauſa non naturali, ut mors inſipientia, 12æ. q. 42. 2. o.
20 Malum eſt differentia actus moralis. ratione finis, cui accidit aliqua priuatio, 1ª. q. 48. 1. 2m.* 12æ. q. 18. 5. 2m.* q. 54. 3. 2m.* quæſtio. 79. 1. 3m.
21 Malum moris ex uoluntate, contingit per hoc, quod deficit ab ordine rationis, & proprij finis, 12æ. quæſtio. 75. 1. c. 3m. *. 6. c.
22 Malum per prius dicitur de culpa, quàm de pœna, 12æ. quæſtio. 19. 1. c.
23 Culpa magis habet rationem mali, quàm pœna, 1ª. q. 48. 6. 8 *12æ. q. 19. 1. c. *q. 76. 4. c.
24 Mali ſemper hic puniuntur ſpiritualiter, & boni præmiantur, non autem corporaliter, 12æ. q. 60. 2. 2m.
Mammona iniquitatis, dicuntur diuitiæ, uel quia ſolas eas eſſe reputant iniqui, uel quia ſunt occaſio iniquitatis, uel qa inæqualiter ſunt diuiſæ, uel quia iniuſtè a primo ſunt acquiſitæ, 22æ. q. 32. 7. 2. c. 1m.
1 ¶Mandatum eſt de meliori, & quod per alios mandamus ſed præceptum eſt de neceſſario, & quod quis per ſe iuſſit, 12æ q. 99. 5. c.
2 Differentia inter præcepta, mandata, teſtimonia, & iuſtificationes, 12æ. q. 99. 5. c.
¶Manſiones in cœlis, ſunt diuerſi gradus beatitudinis, ideo non ſunt in limbo nec in purgatorio, 12æ. q. 5. 2. c. 1m.
1 ¶Manſuetudo diuerſimode numeratur inter beatitudines, fructus, & uirtutes, 22æ. q. 157. 2. 3m.
2 Manſuetudo eſt circa iram, 1ª. q. 21. 1. 1m. *. 12æ. quæſt. 60. 4. b. *. c. 6. *. 4m. *. 22æ. quæſtio. 143 c. *. q. 157. 1. 2. o. *. 3. 4. c. *. q. 161. c. 4m.
3 Manſuetudo præparat hominem ad cognitionem Dei, remouendo duplex impedimentum, ſ. iram & cōtrad. ſionem ueritatis, 22æ. q. 157. 4. 1m.
4 Manſuetudo maxime facit hominem compotem ſui, 22æ. q. 157. 4. c. 1m.
5 Manſuetudo eſt in iraſcibili ſubiectiuè, 3ª. q. 15. 1. c.
6 Homo eſt naturaliter manſuetus, quia eſt complexionis temperatiſſimæ, ideo mitigat iram, ſed iraſci conuenit ei naturaliter, inquantum ratio nunciat cauſam iræ, 12æ. quæſt. 46. 5. 1m.
¶Manumiſſus reducitur in priſtinam ſeruitutem, propter aliquam offenſam in dominum eius, 3ª. q. 58. 3. 2m.
¶Manus eſt organum organorum, quia facit omnia inſtrumenta, & eſt loco omnium inſtrumentorum, 3ª. quæſtio. 83. 5. 2m.
1 ¶Marcia am putando ſibi poſſe eum ne fieret ſacerdos, nō peccauit, quia creditur feciſſe hoc ex inſtinctu Dei, 22æ. quæſt. 185. 2. 3m.
1 Fluxus & refluxus maris, eſt ei naturalis, quia eſt ex motu lunæ, cui aqua naturaliter ſubditur, 1ª. q. 105. 6. 1m.
2 In aquis maris ſunt duo mira. ſ. primum quod non cooperiant totam terram contra naturam, cum ſint etiam altiores ea: ſecundum uero quod ſemper mare eſt eiuſdē quantitatis, 1ª. q. 69. 1. 2m.
3 Diuiſio maris rubri fuit mira tripliciter. ſ. ratione ſoni uentorum, tantæ aquæ, & tantorum effectuum, ibidem.
1 ¶Maria & Ioſeph erant de eadem tribu & de ſemine Dauid, 3ª. q. 28. 1. 2m* q. 31. 2. 1m.
2 *Maria fuit de ſtirpe Aaron. *non quidem ſecundum ſucceſſionem generis maſculini, ſed propter affinitatem contractam ex matrimonio ſib. n. duæ tribus in matrimonio iūgebant, ſ. ſacerdotalis, cuius erat Aaron: & regia, cuius erat Maria, 3ª. q. 29. 1. 4m* q. 31. 2. 2m.
3 Maria nata eſt ex Melchi, Salomone, Ieconia, & Heli, 3ª. q. 32. 2. 3m* 5. 2m.
2 Quicquid acceptum à parētibus fuit in maria, fuit patrem actu, ideo non fuit in Chriſto, 3ª. q. 31. 6. c.
5 Maria in uentre matris ſuæ, non habuit uſum liberi arbitrij, quia hoc eſt priuilegium Chriſti, 3ª. q. 27. 3. c.
6 Maria habuit tantam claritatem in facie, quod Ioſeph nō cognoſcebat eam ſenſibiliter, 3ª. q. 28. 3. 3m.
7 *Maria fuit ſanctificata, priuſquam nata ex utero, 3ª. q. 27. 1. o* 2. 2m.
8 Maria non potuit ſanctificari in parentib. nec in conceptione eius, nec ante infuſionem animæ rationalis, 3ª. q. 27. 2. 1m. *. 2. o.
9 Maria fuit bis ſanctificata. ſ. in utero matris, & quando concepit Chriſtum: in prima fomes fuit ligatus: in ſecunda uero totaliter ablatus, 3ª. q. 27. 3. o. *4. 1m* 5. 2m.
10 Maior ſanctificatio fuit in maria, quàm in Ioanne Baptiſta: & maior in eo, quam in Hieremia, 3ª. q. 27. 6. 1m.
11 Maria ſuper omnes poſt Chriſtum, habuit plenitudinē gratiæ, 3ª. q. 7. 10. 1m* q. 27. 5. c* 1. o.
12 Maria habuit triplicē perfectionem gratiæ. ſ. in eius ſanctificatione, in conceptione Chriſti, & in eius glorificatione: tertia eſt potior ſecunda, & ſecunda q̄ prima, 3ª. q. 27. 5. 2m.

13 In prima

13 In prima perfectione gratiæ, maria mūdata fuit a culpa originali, in ſecunda a fomite, & in tertia ab omni miſeria, 3a.q.27.5.2m

14 In prima adepta eſt gratiam inclinantem ad bonum, in ſecunda fuit confirmata in gratia, & adepta eſt gratiam cō ſummatam & confirmante eam in bono: & in tertia adepta eſt gratiam conſummatam, & perficientē eam in fruitione omnis boni, 3a.q.27.5.2m

15 Plenitudo gratiæ, & obſeruatio conſiliorum, inchoauit in beata maria, ſed primum fuit in ea perfecte: & ſecundum perfecte cœpit in Chriſto, 3a.q.28.4.3m

16 Maria eſt perfecte beata ſecundum corpus, quia cum corpore aſſumpta eſt in cœlum. Credimus enim, quod poſt mortem reſuſcitata fuerit, & portata in cœlum, 3a.q.27.1.c. q.83.5.8m

17 Maria habuit donum prophetiæ, ſapientię, & miraculorum ſed non ſecundum omnem uſum, 3a q.27.5.3m

18 Puritas mariæ fuit maxima ſub Deo, 12æ.q.81 5.3m. 3a.q.27.2.2m.

19 Maria meruit Chriſtum portare, i. meruit gradum puritatis & ſanctitatis, quo congrue eſſet mater Dei, non autem incarnationem Dei, 3a.q.2.11.3m

20 Quamuis beata uirgo maria ſit ſuper omnes angelos exaltata, non tamen eſt exaltata uſque ad æqualitatem Dei, uel ad unionem in perſona: & ideo nō dicitur ſedere ad dexteram, ſed aſtare a dextris, inquantum honor filij aliquo modo participatur, non plenarie redundat in ipſam inquantum mater Dei dicitur, ſed non Deus, 1a.q.25.6.4m 3a.q.15.6.4m 3a.q.25.5.0

21 Maria fuit uere mater Chriſti, 3a.q.35.1.0

22 Matrimonium uerum fuit inter mariam & Ioſeph habuitque triplex bonum, & utramque perfectionem requiſitam præter coitum, & nuptiæ factæ ſunt, 3a.q.29.1.0. 4.d.30. q.2.2.o. Opuſ.60.co.2.co.3. mar.co.20.b.

23 Maria fuit expers maledictionis Euæ, quia peperit ſine dolore, & non multiplicauit conceptus, nec fuit ſubiecta uiro, 3a.q.30.2.2m q.35.6.1m.

24 Angelus prius apparuit mariæ, quam Ioſeph. 3a.q.30.2.2m.

25 Angelus excellentius apparuit mariæ, quam Ioſeph, 3a.q.30 3.2m.

26 Maria ſecundum aliquos, non fuit turbata in uiſione angeli, quia aſſueta erat uiſionibus angelorum: ſed in ſermone eius, ex admiratione dictorum, 3a.q.13.3m.

27 Non inconueniens eſt, quod angelus inſtrueret mariā, quia maria erat inferior eo ſecundum ſtatum: licet eſſet econuerſo ſecundum prædeſtinationem, 3a.q.30.2.1m

28 Maria eſt ſuper omnes ordines angelorum, 3a.q.30.2.1m

29 Spiritusſanctus fecit duplicem purgationem in maria. ſ. præparatoriam ad conceptionem Chriſti, colligens mentem eius in unum: ſecundum uero a fomite, mediante conceptione Chriſti, 3a.q.27.3.3m

30 Purgatio prima non fuit ad remouendum transfuſionem peccati originalis, ſed ut digna eſſet Chriſto, 12æ.quæſt.81 3.3m.

31 Immunditia a peccato in maria, cauſabatur ex tribus. ſ. ex ligatione fomitis gratia inclinante ad bonum, & prouidentia Dei, 3a.q.27.3.c.h. 4.1m.

32 Maria uoluit purgari poſt partum, non quidem propter aliquam immunditiam, ſed propter humilitatem, & obedientiam, & ut approbaret legem & uitaret calumniam, 3a.q.37.4.0

33 Emundatio & confirmatio mariæ, inchoata fuit in prima ſanctificatione, ſed in ſecunda conſummata eſt in perfectione uitæ in aſſumptione uero eius, perfectione gloriæ, 3a.q.10.1.c. 3a.q.27.3.2m

34 Maria ſanctificata fuit in utero a peccato originali, quoad maculam & reatum perſonalem, non autem a reatu totius naturæ: ideo ſi ante paſſionem Chriſti fuiſſet defuncta, non intraſſet paradiſum, nec uidiſſet Deum per eſſentiam, ſicut nec alij ſancti, 3a.q.27.1.3m

35 Cum beata uirgo Maria credatur omnino fuiſſe immunis a fomitis inclinatione propter eius ſanctificationem perfectam, non eſt pium ponere aliquam pugnā a carne fuiſſe in ea cum talis pugna non ſit niſi ex fomitis inclinatione, nec tentatio quæ eſt a carne, ſine peccato eſſe poſſit, ut patet p gloſſam, & quamuis non habuerit pugnam per tentationem, quæ eſt a carne, habuit tamen pugnam per tentationem ab hoſte, qui nec ipſum Chriſtum ueritus eſt, 3a.q.13.2.3m.

36 Fomes in maria adeo debilitatus eſt, & extinctus, ut ad peccatum actuale unquam inclinaretur, 3a.quæſtio 27.3.c. 4.1m. 5.2m.

37 Maria per primam ſanctificationem fuit ſemper immunis ab omni peccato actuali, 3a.q.27.4.0. 6.1m

38 Tabernaculum ueteris legis, figurabat mariam, 1a.quæſt.10. 2.b.

39 Feſto Neomeniæ ſuccedit feſtum mariæ, in qua primo apparuit illuminatio ſolis, ideſt Chriſti, per copiam gratiæ, 12æ.q.103.3.4m

1 MArtyrium eſt actus uirtutis quadruplicis, ſcilicet fortitudinis ut elicientis principaliter, patientiæ uero ut elicientis conſequenter, ſed charitatis ut imperantis, & fidei ut finis, 22æ.q.124.1.2.0

2 Martyrium eſt actus maximæ perfectionis, non quidem ſecundum ſe, ſed ut imperatur à charitate, & ut eam oſtendit, 22æ.q.124.3.0. q.184.3.3m

3 Martyrium habet quod ſit meritoriū ex charitate, ſine qua nihil ualet, 22æ.q.124.2.2m

4 Mors eſt de ratione martyrij, 22æ.q.124.4.0

5 Confeſſio cuiuſcunque alterius ueritatis quàm fidei, nō eſt cauſa ſufficiens ad martyrium ratione materiæ, ſed tantum ratione finis, referendo ad Chriſtum, 22æ.quæſt.124. 5.c.2m

6 Martyrium Ioannis Baptiſtæ celebratur, licet mortuus ſit nō quidem pro fide, ſed pro reprehenſione adulterij, 22æ. q.124.5 c.

7 Moriens pro quocunq; opere bono propter Deum, eſt martyr Dei: quia cauſa cuiuſcunque martyrij, eſt ueritas fidei, ut eſt operans. 22æ.q.124.5.c

8 Vulneratus lętaliter, licet ſuperuiuat, habebit aureolā martyrij, ſicut ſancta Lucia, ſimiliter vulneratus, non lętaliter, tamen moriens ex in curia non mortali, ut Marcellus Papa, habebit aureolam martyrij: non autem ſi afflictio nō continetur uſq; ad mortem, ſicut de Syluestro Papa, 22æ. q.124.4.4m

9 Martyrium eſt de præcepto, ſecundum præparationem animi tantum, 22æ.q.124.1.3m 3.1m

10 Martyrium oblatum, debet tolerari patienter, ſed nō debet quæri, quia non debet dari occaſio agendi iniuſte, 22æ.q. 124.1.3m

11 Vniuerſalis abſolutio fit in perceptione baptiſmi & in martyrio, propter quod dicitur quod in martyrio omnia ſacramenta baptiſmi complentur in uirtute paſſionis Chriſti, ſcilicet quantum ad plenam liberationem a culpa & à pœna, 3a.q.63.2.2m q.87.1.2m

¶ Mas & fœmina in hominibus coniunguntur, non tantum propter generationem, ut in brutis, ſed etiam propter cōmunicationem operum: ideo in ſolis hominibus, mas eſt principium fœminæ, & fęmina facta eſt ex maſculo, 1a.q. 92.2.0.

1 ¶ Maſculinum genus & fœmininum abſolute prædicantur tantum de ſuppoſito. 1a.q.31.2.4m

¶ Mater dicitur aliqua ex hoc quod concepit & genuit, 1a.q. 35.1.4.c

1 ¶ Materia non ſemper fuit, licet ſit ingenerabilis & incorruptibilis, 1a.q.46.1.3m

2 Materia prima eſt maxime in potentia, & principium imperfectiſſimum, nec talis potentia, materiæ, etiam dato quod ſit ſua eſſentia, eſt potentia ad operationem, ſed ad eſſe, 1a.q.4.1.c

3 Materia inquantum habet eſſe ſaltem in potentia, eſt ſimilis Deo 1a.q.14.11.3m. 12.c.ſi.

4 Materia non poteſt eſſe in alio, cum ſit primum ſubiectum, 1a.q.3.2.3m. 3a.q.77.2 c

5 Materia prima eſt ſua potentia paſſiua, ſicut Deus eſt ſua potentia actiua 1a.q.54.3a.3m. quæſt.77.1.2m. quæſt.115. 1.2m.

6 In Materia nulla eſt potentia actiua, 3a.q.32.4.c.1m

7 Materia prima dicitur terra, quia eſt informis: dicitur aqua quia eſt receptiua: dicitur abyſſus, quia eſt turpis, 1a.quę. 66.1.1m

8 Partes habent rationem materiæ, totum uero rationem formæ, 1a.q.7.3.3m. q.63.2.c. 3a.q.90.1.c

9 Vnitas materiæ primæ, eſt tantum in ijs quæ conueniunt in generatione & corruptione, 1a.q 66.2.0

10 Materia prima omnium rerum, eſt una, unitate ordinis ſtatum, 1a q.66 2.1m

11 Omnium generabilium & corruptibilium, eſt eadem materia, 1a.q.66.2.c

12 Materia duplex, ſcilicet naturalis & mathematica, 1a.q.85. 1.2m. 3a.q.77.2.4m

13 Materia triplex, ſcilicet ex qua, in qua, & circa quam, & tantum tertio modo coincidit cum fine, 12æ.q. 5.4.c

14 Duplex eſt conditio materiæ, ſcilicet conditio quæ eligitur ab agente, & quæ conſequitur naturam materiæ, 1ª.q.76.1m.5.*q.91.3.c.*12æ.q.85.6.c.*22æ.q.164.1.1m

15 Materia non eſt diuiſibilis niſi per quantitatem, 1ª.q.50.2.c.*q.75.7.c.*q.76.4.4m.*3ª.q.77.2.c.fi.

16 * Materia prima, ſecundum potentiam non eſt infinita ſimpliciter, quia ſe extendit ſolum ad formas materiales, 1ª.q.7.2.3m

17 Materia intelligibilis, ponitur in diffinitione quantitatis, nõ autem materia ſenſibilis, 1ª.q.85.1.2m

18 Materia & priuatio, diſtinguuntur realiter ſecundum Ariſtotelem, non autem ſecundũ Platonem, 1ª.q.5.2.2m.*3.3m

19 Quæ non habent materiam, non habent cauſam ſui eſſe.ſ. quæ tranſmutet de potentia ad actum, nec aliquam cauſam formalem, 1ª.q.61.1.2m.*q.75.5.3m

¶ Mathematica ſcientia, non demonſtrat per cauſam efficiẽtem nec per cauſam finalem, licet habeat eas, quia mathematica accipiuntur, ut abſtracta ſecundum rationem: cũ tamen non ſint abſtracta ſecundum eſſe. Vnicuique autẽ competit habere cauſam agentem, ſecundum quod habet eſſe, licet igitur ea quæ ſunt mathematica, habeãt cauſam agentem, non tñ ſecundũ habitudinẽ quã habent ad cãm agentẽ, cadunt ſub conſideratione mathematica, & ideo in ſcientijs mathematicis non demonſtratur aliquid per cauſam agentem uel finalem, 1ª.q.44.1.3m

¶ Mathias electus eſt ſorte, .i. deſt per diuinum donum, declarãt eum, electum eſſe diuinitus, 22æ.q.95.8.c.

1 ¶ Matrimonium eſt formaliter coniunctio & uinculũ animorum relatio coniugum: unde coniunctio uiri & uxoris eſt potior, quàm coniunctio uxoris ad conſanguineos uiri nõ tamen debet dici affinitas, ſed matrimonium, quod eſt unitas quædam, ſicut homo eſt ſibi ipſi idem non conſanguineus, 3ª.q.29.2.c

2 Matrimonium erat in lege ueteri, ut in officium naturæ, & non ut ſacramentum coniunctionis Chriſti & eccleſiæ, q̃ nondum fuerat facta, 12æ.q.102.5.3m

3 Inſeparabilitas conuenit matrimoniũ, ut eſt ſacramentum, & ut eſt in officiũ naturæ, ſed primo modo eſt de prima intentione matrimonij: ſecundo autem modo de ſecunda, 12æ.q.102.5.3m

4 Commiſtio carnalis, eſt de ſecunda perfectione matrimonij, non autem de prima, 3ª q 29.2.0

5 Pater non poteſt cogere filium . ut conſentiat ad matrimonium per præceptum, ſed poteſt inducere cauſam rationabilem, & tunc filius tenetur ad principiũ, ſicut ad cauſam, 22æ.q.104.5.c

6 Quælibet perſona libera, poteſt ſine conſenſu parentum, cõtrahere matrimonium, & intrare religionem, 22æ.q.22.8.2m.*.9.c.*q.104.·.c.*.3ª.q.68.10.c

7 Matrimonium ſecũdum diuerſos ſtatus, inſtitutum eſt à lege naturæ, Moyſis, Chriſti, & à lege ciuili, 22æ.q.154.2.c.*9 3m

8 Finis matrimonij duplex, ſ. finis principalis, ideſt, generatio educatio prolis, & finis ſecundarius. ſ. mutuum obſequiũ, 22æ.q.154.2.c.*3ª.q.29 2 c

9 *Actus matrimonij poteſt eſſe ſine peccato, & meritorius, 12æ.q.24.1.1m.*22æ.q.153 2.o.

10 In matrimonij ſacramento confertur gratia, 22æ. quæſt. 100.2.6m

11 Matrimonium non debet eſſe inter propinquos, 22æ.quęſ. 154.9.c

12 Defectus ætatis, ſcilicet ante pubertatem, quæ communiter eſt in maſculo anno quartodecimo, in fœmina uero in anno duodecimo impedit matrimonium & dirimit, 22æ.q. 189.5.c

13 Seruus poteſt contrahere matrimonium, & uouere continẽtiam, neſciente domino eius uel contradicente, non autẽ religionem ingredi, uel ordinẽ ſuſcipere, 22æ.q 88.8.2m.*q.104.3.c.fi.

14 Sex crimina impediunt matrimonium contrahendum ſolum, ſcilicet inceſtus, uxoricidium, raptus alienæ ſponſæ, ſuſceptio proprij filij de fonte per dolum, interfectio presbyteri, & pœnitentia ſolemnis, 22æ.q.154.7.3m

15 In lege ueteri. Iudæi prohibebantur cõtrahere matrimoniũ cum Chananæis, quia Chananæi, debebãt deleri, & Iudæi erant proni ad ritus & mores eorum, propter conuerſationem cũ eis & cum alijs infidelibus, ubi non erat periculũ, permittebantur, ſicut patet de Ioſeph, Moyſe, & Heſter. 12æ.q.105.4.6m

16 Matrimonium de lege naturæ eſt indiſſolubile, 22æ.quæſt. 154.2.c.

17 Matrimonium de iure naturæ uel naturale eſt, non quia ſit à natura, ſed quia ad ipſum propter bonum prolis & mutuum fidele obſequium, maxime natura impellit, Suppl. q.41.1.c

18 Non tenentur homines præcepto ad contrahendum matrimonium, Suppl.q.41.2.o

19 Cum ad prolis procreationem, ſit ipſum matrimonium inſtitutum, ſecundum ſe ſemper licitum eſt Suppl.q.41.3.o.

20 Actus matrimonialis ſemper meritorius eſt, ſi ad ipſum homines religionis uel iuſtitiæ uirtute inducantur, Suppl.q. 41.4 c

21 Matrimonium eſt ſacramentum Suppl.q.42.1.o

22 Matrimoniũ quod eſt in officiũ naturæ, inſtitutũ fuit à Deo ante peccatum, ut remedium uero poſt peccatum fuit inſtitutum, Suppl.q.42.2.c

23 Matrimonium quod in fide Chriſti contrahitur, hẽt quod gratiam conferat ad ea operanda adiuuãtem, quæ in matrimonio requiruntur. Suppl.q.42.3.c

24 Carnalis commixtio non ad primam ſed ad ſecundam ſpectat matrimonij perfectionem, Suppl.q.42.4.o

25 Matrimonium coniunctio quædam eſt uiri & uxoris, ad unã cognationem & prolis educationem & uitam domeſticã, Suppl.q.44.1.c

26 Matrimonium congrue appellatur matrimonium, nuptiæ ac coniugium, ſed diuerſis rationibus, Suppl.q.44.2.o

27 Matrimonium eſt quædam indiſſolubilis maritalis coniunctio inter legitimas perſonas, indiuiduam uitæ conſuetudinem retinens Suppl.q 44.3.c

28 Matrimonialem coniunctionem nõ niſi aliquo uiri ac mulieris conſenſu fieri certum eſt Suppl.q.45.1 c

29 Expreſſio uerborum ſe habet ad matrimonium, ſicut ablutio exterior ad baptiſmum, Suppl.45.2.c

30 Conſenſus per uerba de futuro expreſſus non facit matrimonium, ſed ſponſalia, Suppl.q.41.3.o

31 Conſenſus exterioribus uerbis expreſſus, abſque interiori conſenſu nullum matrimonium facit, Suppl.q.45.4.c

32 Conſenſus in occulto factus quanquam malus & iure prohibitus, matrimonium tamen facit, ſi fiat inter legimas perſonas, Suppl.q 45.5.o

33 Cõſenſus per uerba de futuro expreſſus nullum efficit matrimonium, etſi ſit aliquo iuramento firmatus, Suppl.q. 46.1.c

34 Carnalis copula in foro conſcientiæ, quamuis poſt ſponſalia matrimonium non perficiat, in eccleſiæ tamẽ foro matrimonium efficere iudicatur, Suppl.q.46.2.o

35 Quanquam ſimpliciter conſenſus coactus in matrimonio eſſe nõ poſſit, poteſt tamen aliqua in eo ſecundum quid uiolentia eſſe, Suppl.q.47.1.c

36 Poteſt aliqua coactio & metus cadere in conſtantem uirum Suppl.q.47.2.o

37 Conſenſus coactus ex metu cadente in conſtantem uirum, matrimonium tollit, Suppl.q.47.3.c

38 Conſenſus coactus ex parte cogentis matrimonium in toto tollit, Suppl.q 47.4.o

39 Conſenſus ex conditione de præſenti non contraria matrimonio uel de futuro & neceſſaria, matrimonium nõ tollit, Suppl.q.43.5.c

40 Cum per matrimonium homo perpetuę mancipetur ſeruituti, non põt pater cogere ad matrimoniũ, quanquam filium ex aliqua rationabili cauſa ad ipſum poſſit inducere Suppl.q.47.6.o

41 Conſenſus matrimonium faciens non eſt conſenſus in carnalem copulam, ſed in matrimonium in ordine ad carnalem copulam, Suppl.q.48.1.c.

42 Matrimonium ex conſenſu ob inhoneſtam cauſam uerum matrimonium eſt quanquam culpabilis ſit huiuſmodi cõſenſus Suppl.q.18.2.o

43 Oportuit aliqua bona eſſe, quibus matrimonij honeſta ratio appareret, Suppl.q. 19.1.o

44 Proles, fides ac ſacramentum, prima & potiora ſunt bona quib. matrimonij honeſta ratio redditur, Suppl. q. 49.2 c

45 Principalis bonum matrimonij uti dignius, ipſum ſacramentum eſt: Proles uero, ideſt prolis intentio maxime eſſentialis in ipſo eſt quam ſequitur fides, ideſt, debitum ſeruãdæ fidei, deinde ſequitur ſacramẽtum, Suppl.q.49.3.o.

46 Quanquam minus honeſta apparet matrimonij ratio, proles tamen ac fides & ſacramentum ipſam maxime honeſtam reddunt, Suppl.q.49 4.c

47 Actus matrimonialis ſi culpabilis & peſſimus eſt & prolis intẽtio, ac mutuatæ inter coniuges fidei adſit Suppl.q.49.5.o

48 Cognoſcens uxorem ſola libidinis & delectationis cauſa, nullum aliud bonum matrimonij habitu uel actu intendens mortaliter peccat, Suppl.q.49.6.c

49 Aliqua

89 Aliqua expediens fuit eſſe impedimenta cōtrahendum matrimonium dirimentia, ſed non contractum, eccleſiæ. ſ. in hibitio ac feriatum tempus: & aliqua ipſum contractum, & contrahendum, ſ. error, conditio, uotum, cognatio, crimen, cultus diſparitas, vis, ordo, ligamen, honeſtas, affinitas, impotentia coeundi. Suppl. q. 50. 1. c.

90 Poteſt toties contrahi matrimonium, quoties alter coniugū mortuus eſt, moriente enim altero coniugum uinculum matrimoniale ſollitur. Supp. q. 63. 1. o.

91 Secundum matrimonium eſt ſacramentum, cum in eo reperiantur, quæ ſunt de eſſe ſacramenti, ſ. perſona legitima, tā quam materia, & expreſſio conſenſus per uerba de præſenti tanquam forma. Supp. q. 63. 2. o

1 ¶ Mediator Dei & hominū, eſt ſolus Chriſtus principaliter, inſtrumentaliter, aūt ſunt prophetæ, & ſacerdotes utriuſque teſtamenti, & angeli, non autem ſpiritus ſanctus, q̄a cū ſit per omnia duo æqualis, non poteſt dici mediator inter Deum. & homines: Chriſtus autem etſi ſit Deus, tamen eſt etiam homo. Nec Dæmon, quia cum ſit immortalis, & miſer, non coniungere hominem Deo intendit, quod mediatoris eſt proprium, ſed ſeparare, ab illo, & ad miſeriam ducere, 3ª. q. 26. 1 o

1 ¶ Medicina duplex, ſ. remouens morbum, & promouens ad perfectam ſanitatem: prima conuenit infirmis, ſecunda vero ſanis, 3ª. q. 80. 4. 2m

2 Obiectum artis medicinæ, eſt ſanitas, quia nihil conſiderat, niſi in ordine ad eam, 12æ. q. 1. 1. c.

3 Pro neceſſitate corporis, licet uti precioſis medicinaliter: ſed in pertinentibus ad ſolam decentiam honeſtatis, debemus eſſe contenti ſimplicibus, 3ª. q. 91. 2. 3m

4 Quandoque medicina fortis, ſtatim inducit ſanitatem: ſic & habitus corporales, poſſibile eſt cauſari ex uno actu, nō autem habitus uirtutum, 12æ. q. 51. 3. c. ſi.

1 ¶ Medicus accipiens in curam, infirmitatem deſperatam, nulli facit iniuriam, 22æ. q. 71. 3. 1m.

2 Sapiens medicus permittit minorem morbum, vel procurat, ut curet, uel uitet maiorem, 12æ. q. 101. 3. 3m * 22æ. q. 64. 2. c * q. 162. 6. 3m

3 Medicus tenetur gratis curare pauperes, quando nec per ſe, nec per alios magis coniunctos, nec per eos qui magis poſſunt, ualent curari, 22æ. q. 71. 1. o

4 Medicus quadam coactione utitur in freneticum, qui eius curam non uult recipere: & huic ſimulatur correctio prælatorum, quæ habet uim coactiuam, non autem ſimpliciter correctio fraterna, 22æ. q. 33. 6. 1m

5 Medicus non tanto magis ſanat, quanto maiorem dat medicinam, ſed quāto medicina eſt magis proportionata morbo, ſic non oportet quod religio tanto ſit perfectior, quanto maiorem habet paupertatem, ſed quanto eius paupertas eſt magis proportionata fieri cōmuni, & ſpeciali, 22æ q. 188. 7. 1m

1 ¶ Medium. * Actio tranſiens, eſt realiter medium inter agens & paſſum, non autem actio immanens, niſi ſecūdum modum ſignificandi, 1ª. q. 54. 1. 3m

2 Inter habens, & habitum, aliquando nihil eſt medium, aliquando tantum relatio, & aliquādo aliquid per modum actionis & paſſionis, non autem actio uel paſſio: & ſic eſt ſpeciale prædicamentum. ſ. prædicamentum habitus. 12æ. q. 49. 1. c. 2m

3 Inter habitum & priuationem quæ eſt in priuari, & aliquid habitus relinquens, poteſt eſſe medium, circa proprium ſubiectum, ſicut inter bonum & malum eſt actus indifferens, non autem inter habitum, & priuationem quæ eſt in priuato eſſe, nihil relinquens de habitu, 12æ. quæſtio. 18. 8. 1m.

4 Inter ſubſtantiam & accidens quintum prædicabile, datur medium, non autem ut accidens diuiditur contra ſubſtātiam, 1ª. q. 76. 4. 4m * q. 77. 1. 5m

5 Virtus non eſt medium inter paſſiones ſecundum eſſentiā, ſed ſecundum effectum, quia conſtituitur medium inter eas, 12æ q. 59. 1. 1m

6 In paſſionibus accipitur medium, per hoc quod attingitur recta ratio, in quo conſiſtit ratio uirtutis, 12æ. q. 17. 1. 1m. * q. 2m.

7 Virtutes theologicæ habent medium per accidens. i. ex parte noſtra. non autem per ſe. i. reſpectu Dei, 12æ. q. 64. 4. o. * 22æ. q. 17. 5. 2m.

8 Quælibet uirtus intellectualis conſiſtit in medio. per conformitatem intellectus ad res. ſ. in uero, cuius exceſſus eſt affirmatio falſa: defectus autem, eſt negatio falſa, 12æ. q. 64. 3. o * 4 1m * 2m

9 Virtus moralis, reſpectu materiæ eſt medium, ſed reſpectu rationis, eſt extremum, 12æ. q. 64. 1. 1m.

10 Medium uirtus moralis, attenditur ſecundum rationem rectam in omni circunſtantia, non autem ſecundum quantitatem abſolutam, 12æ. q. 64. 1. 2m * 3m * 22æ. q. 92. 1. c. * q. 104 2. 2m * q. 125. 4. 5m * q. 147 1. 2m.

11 Virtus moralis conſiſtit in medio inter exceſſum, & defectum, 12æ. quæſt. 64. 1. o. * 4. 1m. * 2m. 22æ. quæſt. 17. 5. 2m. * q. 92. 1. c.

12 Omne medium uirtutis. eſt medium rationis: ſed ſolius iuſtitiæ, medium eſt rei & rationis, 12æ. q. 64. 2. o. * 22æ. q. 58. 10. o * q. 61. 2. 1m,

13 Medium iuſtitiæ eſt æqualitas, quam conſtituit inter aliquos, 3ª. q. 85. 3. 1m

14 Medium iuſtitiæ diſtributiuæ, ſumitur ſecundum proportionem geometricam: commutatiuæ uero medium, ſumitur ſecundum proportionem arithmeticam, 22æ. q. 61. 2. o. * 4. c. ſi.

1 ¶ Mel non offerebatur in ſacrificiis Dei, quia offerebatur idolis: & ad excludendum omnem carnalem dulcedinem, & uoluptatem a ſacrificantibus Deo, 12æ. quæſtio. 102. 3. 14m.

¶ Melchiſedech dicit eſſe ſine patre, matre, genealogia, principio, & fine, quia ſcriptura non ponit: licet habuerit, quia fuit Sem, primogenitus Noe, ut Hebræi, dicunt, 3ª. quæſt. 22. 6. 3m

¶ * Melius alio aliquid dicitur * ſimpliciter, quod tamen minus proprie recipit alicuius prædicationem, ſicut cognitio patriæ, eſt nobilior cognitione uiæ, quæ magis proprie dicitur fides, 22æ. q. 174. 2. 3m.

1 ¶ Membrum omne, & quælibet potentia animæ, operantur toti, & non ſibi ſoli, 12æ. q. 17. 5. 2m

2 Caput eſt membrum, habens uirtutem influendi in alia mēbra & recipit ab aliis membris nutrimentum, & alia obſequia, 3ª. q. 8. 1. 6. 7. 8. c

3 Membra hominis non applicantur operi, niſi de conſenſu rationis, 12æ. q. 74. 7. o * q. 77. 7. c. ſi.

4 Membra naturalia & inſtrumenta artificialia, in ſcripturis, ſignificant operationes, quarum ſunt principia, 1ª. quæſt. 3. 1. 3m.

1 ¶ Memoria duplex, ſcilicet conſeruatiua ſpecierum tantum, alia cuius obiectum eſt præteritum, ut præteritum: prima eſt potentia pure cognoſcitiua, & eſt in parte intellectiua, ſecunda uero in parte ſenſitiua tantum, 1ª. q. 77. 8. 4m. * q. 79. 6. o.

2 * Memoria quæ eſt altera pars imaginis, non eſt præteritorū, quia abſtrahit ab omni tempore, cum ſit in intellectu, & non in parte ſenſitiua, 1ª. q. 79. 6. 2m

3 * Memoria intellectiua, non differt realiter ab intellectu poſſibile, ſed eſt habitualis retentio eius, cuius actus eſt intelligentia, quæ oritur ex memoria, ſicut actus ex habitu, 1ª. q. 79. 7. o * q. 93. 7. 3m

4 Memoria ſenſitiua, eſt theſaurus ſpecierum intentionaliū. ſ. intentionum ſenſibilium, cum ſenſu acceptarum, cuius organum eſt in extrema parte capitis, 1ª. q. 78. 4. c

5 Ea quæ magna æſtimamus, magis memoriæ, infigimus, 12æ. q. 47. 2. 3m

6 Conſuetudo multum operatur ad bene memorandum, 12æ. q. 50. 3. 3m * 22æ. q. 49. 1. 2m

7 Illud quod ſcribitur, nō de facili e memoria labitur, ſed ſuccurrit memoriæ, 1ª. q. 24. 1. c.

8 Neceſſarium eſt eoſdem actus pluries reiterari, ut aliquid firmiter memoriæ imprimatur, quia meditatio confirmat memoriam, ſecundum philoſophum, 12æ. q. 51. 3. c. * 22æ q. 49. 1. 2m

9 Memoria in angelis poteſt poni, ut eſt in mente: non autem, ut eſt in ſenſu, 1ª. q. 54. 5. 2m

10 Memoria intellectiua, manet in anima ſeparata: non aūt memoria ſenſitiua, ſed corrūpitur, 1ª. q. 77. 8. 4m. * q. 89. 6. 1m.

11 Documenta quatuor ad bene memorādum. ſ. ſimilitudines rerum aſſumere conuenientes, nec tamē omnino conſuetas, ordinatè eas diſponere, ſollicitudinem circa eas apponere & affectum adhiberē, & eas frequenter meditari, 22æ q. 49. 1. 2m.

1 ¶ Mendacium dicitur tripliciter. ſ. materialiter. i. dictum falſum: formaliter. i. uoluntas falſum enunciandi: & effectiue. i. uoluntas decipiendi, 22æ. q. 98. 1. 3m * q. 110. 4. o

2 Cupiditas fallendi, pertinet ad perfectionem mendacij, non autem ad ſpeciem eius, 22æ. q. 110. 1. c. 3m.

3 Omne mendacium eſt peccatum, 22æ. q. 69. 1. 2. o * q. 70. 4. c. * q. 110. 3. o * 4. b. * q. 111. 1. c * q. 124 5. 2m

4 Mendacium ſecundum ſe, diuiditur tantū in duas ſpecies, ſcilicet in iactantiam, & ironiam: ſecūdum gradus aūtem

eius ratione finis, diuiditur in pernicioſum, iocoſum, & officioſum, uel in octo gradus eius, ſcilicet quorum primus eſt in doctrina religionis: ſecundus quod nulli proſit, & obſit alieni: tertius qđ proſit uni, & alteri obſit: quartus quod fit ſola mentiendi fallendique libidine: quintus quod fit placendi cupiditate: ſextus quod nulli obeſt, & prodeſt alicui: ad conſeruãdam pecuniam ſeptimus quod nulli obeſt, & prodeſt alicui, ad uitandum mortem: octauus quod nulli obeſt, & prodeſt alicui, ad uitandũ immunditiam corporalem. 22æ.q.110.2.0
5 Mendacium eſt peccatum mortale tantum dupliciter, ſcilicet ſecundum ſe, id eſt quando eſt contra charitatem Dei uel proximi, ex intentione & ratione ſcandali, 22æ.q.69.1.2.0.*q.70.4.c.*q.110.4.0
6 Mendacium per ſe, directe & formaliter opponitur uirtuti, quæ dicitur ueritas, 22æ.q.110.1.0.*2.c
7 *Dicens uerum credens ſe dicere falſum, dicit mendacium per ſe & formaliter, non autem, econuerſo, niſi per accidens & materialiter, 22æ.q.110.1.0
8 Intendens ſignificare falſum nutibus mendacium dicit, 22æ q.110.1.2m
9 Mendacium uerbo, uel facto uel nutibus, eſt æqualiter peccatum, 22æ.q.112.1.c 4m
10 Nullus debet dicere mẽdaciũ, ut ipſe uel alius euadat mortem, uel immunditiam corporalem, 22æ.q.110.3.4m.*q.113.1.3m.
11 Nec mendacium, nec aliquid qđ ex genere ſuo non eſt peccatum mortale, eſt perfectis peccatum mortale, niſi ſit contra eorum uotum, uel ratione ſcandali, 22æ.q.69.1.2.0.*q.70.4.c.*q.110.4.5m
12 Si res uiſa uel audita, recitetur non eodem modo, nec eiſdẽ uerbis non eſt mendaciũ (ut patet in Euangelio & in aliis ſcripturis diuinis, in quibus nihil eſt falſum) 22æ.quæſt. 110.3.1m
13 Non ſeruans promiſſum, propter ſuperuenient impedimentum, uel remutata, excuſatur à mendacio, ut ſanctus Paulus, 22æ.q.110.3.5m
14 In ſacra ſcriptura aliqui laudantur dupliciter, ſcilicet ut exẽpla perfectæ uirtutis, ut Abraham & Iacob: & propter indolem uirtutis, ut Iudith & obſtetrices: primi excuſantur à mendacio, quia figuraliter & prophetice locuti ſunt: nõ autem ſecundi licet uerum dixerint myſtice, 22æ.q.110.3.3m.*q.111.1.1m.*2m
¶Mendicitas duplex, ſcilicet contraria uoluntati, & uoluntaria: prima eſt occaſio furti & periurij, non autem ſecunda ideo Chriſtus elegit eam, 22æ.q 5.c.*3.q.40.3.1m.
1 ¶Mens dicitur a mentiendo, uel à meminẽdo, 1a. q.79.9.4m
2 ¶Mens dicitur tripliciter, ſcilicet natura intellectiua, intellectus & memoria, 1a.q.79.1.1m
3 Aliquid inhærens menti rationali, eſt maius ea ſecundum quid, non autem ſimpliciter, ſed nihil ſubſiſtens præter Deum eſt maius ea, 1a.q.16.6.1m.
1 ¶Menſtruus ſanguis eſt in fœminis, ſicut ſemen in maribus, & eſt propria materia corporis Chriſti & aliorum, nõ autem ſemẽ fœminæ, 3a.q.31.5.0.*6.3m*q 33.1.3m
2 ¶Menſtruum non eſt ſanguis primo generatus ex cibis, ſed eſt reſiduũ eius quod ab ultima digeſtione uirtutiua miniſtrat generatiua, 3a.q.31.5.c
3 Menſtruum eſt potentia totum, ſecundum potentiam paſſiuam, ſicut ſemen uiri eſt potentia totum, ſecundum potẽtiam actiuam, 3a.q.31 5.1m.*6.c
1 ¶Menſura duplex, ſcilicet æquiparata menſurato per replicationem, & ratio cognoſcendi ipſum, 1a.q.3.3.2m
2 Menſura eſt illud, per quod cognoſcitur quantitas rei, & eſt quid minimum, uel ſimpliciter, ut in numeris in quibus primo inuenitur: uel quo ad nos, ut in continuis: deinde primum in quolibet genere, 12æ q.90.1.c
3 Non oportet quod omnis menſura ſit omnino infallibilis, & certa, ſed ut eſt poſſibile in genere ſuo, 12æ.q.91.3.3m.*q.97.1.1m
4 *Menſura debet eſſe homogenea, ideſt eiuſdem generis cum menſurato, 1a.q 3.5.2m.*12æ.q.19.4.2m
5 *Ratio naturalis & principia ei naturaliter indita ſunt regulæ generales, & menſuræ omnium agendorum ab homine, non autem naturalium, 12æ.q.91.3.2m
6 Ad hoc quod aliqua menſurentur per aliquod unum, non requiritur quod illud unum ſit cauſa omnium eorum, ſed quod ſit ſimplicius, 1a.q.10.2.2m.
7 Intellectus Dei eſt menſura prima omnium rerum non mẽſurata: res eſt menſura ſecunda menſurata: ſed intellectus noſter eſt menſuratus à rebus non menſurans, 1a.q.21.2.0.*12æ.q.93.1.3m
8 Cum dicitur Deum menſurari ſua æternitate, accipitur ibi ratio menſuræ, ſecundum apprehenſionem noſtram tantum, 1a.q.10.2.3m
¶Mercatores ſperare poſſunt lucrum ex mercatione, quod non poſſunt dantes mutuo. 22æ q.78.1.0
1 ¶Merces eſt terminus operis, 12æ.q.114.5.c
2 Merces eſt id quod recompenſatur pro retributione operis: ideo reddere mercedem, eſt actus iuſtitię, ſicut reddere pretium rei emptæ, 12æ.q.114.1.c.*3a.q.49.6.c.
3 Meretrix etiam nunc debet permitti, ideſt, tolerari in ciuitate, ne uitetur peius malum, ſcilicet ſodomia, adulteriũ, & huiuſmodi, qui ſapientis legiſlatoris eſt, minores tranſgreſſiones permittere, ut maiores caueantur, & in regimine humano illi qui præſunt, recte aliqua mala tollerant ne aliqua mala peiora incurrantur: unde dicit Auguſtinus in lib. de ordi. Aufer meretrices de rebus humanis, turbau eris omnia libidinibus, 12æ.q.101.3.2m.*22æ.q.10.11.c.
4 Meretrix poteſt ſibi retinere, quod ſibi datum eſt propter fornicationem, ſed ſi ſuperflue ad fraudem uel dolum extorſiſſet, teneretur eidem reſtituere, 22æ.q.62.5.2m
¶Mergulus ſignificat guloſos, qui ſe deliciis immergunt, 12æ q.102.6.2m.*col.3
1 Meritum duplex, ſcilicet congrui, & condigni, 12æ.q.114.6.0.
2 Aliquid cadit ſub merito dupliciter, ſcilicet ſimpliciter, ut ultimus finis, & omne quod perducit ad eum, & ſecundũ quid, ſcilicet temporalia, 12æ.q.114.10.c
3 Efficacia meriti menſuratur ex tribus, ſcilicet ex charitate uel gratia, uoluntate, & obiecto, 1a.q.95.4.c.*22æ.quæſt. 19.8.0
4 Actus humani habent rationem meriti ex duobus, ſcilicet principaliter ex ordinatione Dei: ſecundario autem ex libero arbitrio, 12æ q.114.4.6.c.*22æ.q.2.9.c
5 Meritum importat æqualitatem iuſtitiæ, 3a.q 40.6.c.
6 Meritum non poteſt eſſe ſine actu, quia requiritur quod faciat quod debet qui meretur, 12æ.q.71.5.1m.*22æ.quæſt. 79.3.4m
7 Meritum eſt actio quia iuſtum eſt, ut agenti aliquid detur, 3a q.49.9.c
8 Meritum conſiſtit in hoc, quod homo contempta creatura inhæret Deo, ſed peccatum eſt econuerſo, 22æ.q.104.3.0
9 Omne meritum eſt ſupra naturam & omne demeritum eſt infra, & contra naturam, 12æ.q 71.2.0
10 Meritum non diminuitur propter obligationem obedientiæ, ſi prompte fiat, maxime apud Deum, qui non ſolum exteriora opera, uerum etiam interiorem uoluntatem uidet, 22æ.q.104 1.3m
11 Mereri aliquo dicitur dupliciter, ſcilicet formaliter, ideſt actibus: & ut principio, ſcilicet habitibus, 12æ.q.55.1.3m.
12 Quælibet opera uirtutum quamlibet ex hoc meritoria ſunt, quod fiunt ut obediatur Deo, 22æ q.104.3.c
13 *Non poteſt idem actus numero eſſe meritorius beatitudinis, & actus beatitudinis qui eſt fruitio beata cũ unus gratiæ imperfectæ, & alius gratiæ conſummatæ, 1a. q.62.4.c.*5.2m
14 Principium merendi eſt ex parte animæ: ſed corpus eſt inſtrumentum actus meritorij, 3a.q.49.6.1m
15 Paſſionibus meremur ut regulantur a ratione, & paſſionibus demeremur, inquantum ſunt contra rationem: non autẽ ſecundum ſe, 12æ q.24.1.3m*22æ.q.158.2.1m
16 Paſſio corporalis martyrũ, facit ad meritum præmij accidẽtalis non autem ad meritum præmij eſſentialis, niſi inquantum eſt uolita, 3a.q.48.1.1m.
17 Gratia eſt principium meritorij operis, mediantibus uirtutibus, ſicut eſſentia animæ, eſt principium operum uitæ, mediantibus potentijs eius, 12æ.q.114.4.1m.*3a.q.49.6.c.
18 Nullus poteſt ſibi mereri gratiam ex condigno, ſed ex congruo tantum, 12æ q.114.5.0.*22æ.q.177.1.3m.*3a.q.2.11.c
19 Nullus purus homo poteſt alteri primam gratiam mereri ex condigno, ſed tantum ex congruo, 12æ.quæſt.114. 6.0.*7.2m.
20 Exiſtens in gratia, meretur ex condigno uitam æternam ratione gratiæ: ſed tantum ex congruo ratione liberi arbitrij, 1a.q.95.1.4m.*6m.*12æ.q.114.3.0.*3a.q.2.11.c
21 Homo quolibet actu meritorio meretur augmentum gratię ſed non ſtatim augetur, 12æ.q.114.8.0
22 Omnis actus informatus gratia eſt meritorius, 22æ.quæſt. 2.9.c
23 Gratia non poteſt cadere ſub merito, quia eſt merendi principium, 3a.q.2.11.c
24 Efficacia & radix merendi, eſt ex charitate: ſed ſingulæ uirtutes merentur præmia ſingula, 12æ.q.114.4.0.*22æ.quæſt. 182.2.c

25 Radix

25 Radix merendi præmium eſſentiale, eſt charitas: difficultas autem eſt radix, reſpectu præmij accidentalis, 1ª.q.93.4.c *22æ.q.182.2.1m.

26 *Nullus uirtutis actus eſt meritorius, niſi ſit informatus charitate, 12æ.q.114.3.3m *22æ.q.2.9.1m *q.83.13.15.c *quæſt. 124.2.2m

27 Meritum uitæ æternæ: primo pertinet ad charitatem: ſecundo ad alias uirtutes, ſecundum quod actus earum imperantur a charitate, 12æ.q.57.1.c.4m *q.114.4.o.

28 Quilibet actus charitatis, meretur uitam æternam, & augmentum charitatis, 1ª.q.62.5.c. *12æ.q.114.7.3m *8.3m. *22æ.q.24.6.c.1m

29 Nobilius eſt habere aliquid ex merito, quàm ſine merito, & dignitas merendi maior eſt, quam gloria corporis, 3ª.q.19.3.c.

30 Quanto magis eſt arduum opus, tanto eſt magis meritorium ratione bonitatis, non autem ratione difficultatis, niſi per accidens ratione maioris conatus uel attentionis, 22æ.q.23.8.3m

31 *Meritum eſt æquale præmio uitæ æternæ, æqualitate quantitatis, 12æ.q.114.3.o.

32 Quantitas meriti poteſt attendi ex duobus, ſ. ex difficultate, & bonitate operis, & ex uoluntate & charitate operantis, 1ª.q.95.4.c

33 Voluntas cum opere, magis meretur uel demeretur accidentaliter, quam uoluntas ſola, nõ autem eſſentialiter, niſi ratione triplicis inæqualitatis, ſ. numeri continuati motus, & intenſionis, 12æ.q.20.4.o

34 Natura comparatur ad principium merendi, ſ. ad charitatẽ ſicut materia ad formam, fides autem, ut diſpoſitio eius: ideo actus utriuſque non eſt meritorius, niſi cum charitate, 22æ.q.2.9.1m

35 Aliquis poteſt ſibi mereri perſeuerantiam gloriæ, nõ autem uiæ, ſed utramque poteſt & alijs impetrare per orationes, 12æ.q.114.9.o.

36 Bona temporalia, ut utilia ad opera uirtutum, per quæ peruenitur ad gloriam, cadunt ſub merito ſimpliciter: in ſe autem, ſecundum quid, 22æ.quæſt.114.10.o. *22æ. quæſt. 122.5.4m

37 Quilibet agens in bonum uel malum perſonæ, uel communitatis uel ſui meretur, uel demeretur retributionem ab utroque, 12æ.q.21.3.4.o. *22æ.quæſt.59.3.2m. *q.64.5.c. *q.65.1.c.

38 Nullus meretur id quod iam habet, 1ª.q.62.4.c. *22æ.q.114.5.c. *3ª.q.19.3.c

39 *Nullus poteſt ſibi mereri ex condigno, nec ex congruo reparationem poſt lapſum, 12æ.q.114.7.o.

40 *Homo poteſt aliquid mereri a Deo ſecundum quid, præſuppoſita Dei ordinatione, non autem ſimpliciter, 12æ.q.21.4 o *q.114.1.o

41 *Nullus meretur niſi uiator, & pro uiatore tantum, 1ª.q.62 9.o *22æ.q.13.4.2m *q.182.2.1m *3ª.q.19.3.1m

42 *Meritum animæ ſeparatæ uel demeritum, non poteſt augeri nec minui, 1ª.q.62.9.c.

1 Metaphyſica eſt de ſubſtantijs immaterialibus, inquantũ tales ſubſtantiæ: de ſenſibilibus autem, ut ſubſtantiæ, uel ut entia tantum, 12æ.q.66.5.1m

1 Metaphora. *Nomen non dicitur proprie, ſed metaphorice de eo, in quo non eſt tota ratio nominis, ſed aliquid eius per ſimilitudinem, 1ª.q.13.9.c *q.3.3.c

2 Quæ dicuntur metaphorice, non oportet ſecundum omnia eſſe ſimilia, 3ª.q.2.6.1m *q.8.1.2m *q.46.9.1m *q.48.3.1m *q.76.6.2m

3 Ex eadem re poteſt fieri metaphora ad contraria, propter diuerſas proprietates eiuſdem rei, 12æ.q.33.1.1m

4 Metaphora in diuinis, potius transfertur ex natura irrationali & uili, quam ex natura rationali, & nobili, ad uitãdũ errorem, 1ª.q.1.9.3m

5 Theologia utitur metaphoris, 1ª.q.1.9.o. *q.10.1.4m. *q.12.3.3m *q.13.3.1m *q.14.11.c *q.19.11.c

¶ Michael eſt de ordine principatum, uel archangelorum, 1ª q.113.3.c.

1 Miles in exercitu debet primo ſubdi duci, ſecundo alijs coordinari, ſed contrarium primi eſt grauiſſimum peccatum, 12æ.q.100.6 c

2 Milites charactere inſigniuntur, quaſi ad militiam deputati, 3ª.q.63.3.c

¶ Militaris ars, quæ eſt propter uictoriam, ad quam ordinatur officiũ bellicum, ordinat artem equeſtrem & naualẽ, & omnia huiuſmodi in ſuum finem, 22æ.q.23.4.2m

Negociatio eſt ualde contraria militiæ, ideo ſecundum iura ciuilia negociatio interdicitur militibus, 22æ. quæſtio. 40.2.c.

¶ Millia millium miniſtrantium, & aſſidentium Deo, 1ª.q. 112.4.1m

¶ Milluus maxime inſidians, ſignificat fraudulentos, 12æ.q. 102.6.1m *co.2.ſi.

¶ Mineralia non nominantur in uniuerſali productione rerum, quia ſunt occulta, nec addunt aliquam dignitatẽ ſupra elementa, 1ª.q.69.2.3m.

1 Miniſter. *Miniſtri noui teſtamenti, ſunt maioris dignitatis, quàm miniſtri ueteris teſtamenti, 12æ.q.87.1.c.ſi. *q. 174.4.3m

2 *Quicunque exiſtẽs in aliquo peccato mortali, exhibet ſe miniſtrum eccleſiæ in aliquo ſpirituali, peccat mortaliter, 3ª q.64.6.o

1 Miraculum dicitur quaſi admiratione plenum. i. quod habet cauſam occultam ſimpliciter, & omnibus. ſ. Deũ, 1ª q.105.7.c *12æ.q.113.10.c.

2 Miraculum non dicitur reſpectu potentiæ diuinæ, ſed reſpectu naturæ quam excedit, 1ª.q.105.8.o

3 Miraculum proprie eſt præter ordinem totius naturæ creatæ, 1ª.q.110. *4.c.2m *3m *q.114.4.c

4 Da ratione miraculi tria. ſ. eſſe arduum. i. ſupra uirtutẽ naturæ creatæ agentis, præter ſpem naturæ. i. quod non habeat ad illud naturalem ordinem, ſed ordinem obedientialem: & quod ſit inſolitum. i. præter modum eius conſuetum, 1ª.q.105.7.1m *12æ.q.113.10.c

5 Miracula dicuntur, quia ſunt ſupra naturam. ſigna uero, quia manifeſtant aliquid ſupernaturale. prodigia autem & portenta, ut propter excellentiam, 22æ.q.178.1.3m.

6 Gradus miraculorum triplex, ſ. maximus. i. quo ad ſubſtantiã facti: medius. i. quo ad illud in quo ſit, & minimus. i. quo ad modum, 1ª.q.105.8.o *12æ.q.113.10.c

7 Creatio animarum, uel aliorum, non eſt proprie miraculum, 1ª.q.105.7.1m *12æ.q.113.10.c

8 Spirituales effectus Dei, ut iuſtificatio impij, & illuminatio, non ſunt miracula, ſed finis miraculorum, 1ª.q.105.7.1m *12æ.q.113.10.o *3ª.q. 4.3.1m *3m

9 Conceptio Chriſti ex uirgine, fuit miraculoſa, 3ª.q.33.4.o. *q.35.3.2m

10 Natiuitas Chriſti fuit miraculoſa, 3ª.q.53.3.2m

11 In natiuitate & paſſione Chriſti, oſtenſa ſunt maxima miracula, circa luminaria cœli, quia tunc maxime apparuit infirmitas humanitatis eius, 3ª.q.44.2.3m

12 Gratia miraculorum, nõ eſt gratia habitualis, ſed impreſſio tranſiens, 22æ.q.178.1.1m

13 Gratia miraculorum, confert commune beneficium. ſ. notitiam Dei, ſed gratia ſanitatum addit aliquid ſpeciale. ſ. beneficium ſanitatis, ideo ab inuicem diſtinguuntur, 12æ.q. 113.4.1.4m

14 Gratia miraculorum, excellentiſſime data eſt animæ Chriſti, ut miracula faceret, & eam in alios transfunderet, 3ª. q. 13.2.c.3m

15 *Operatio miraculorum, attribuitur gratiæ gratis datæ, ut principio proximo fidei uero, ut uirtuti diſponenti ad hãc gratiam conſequendam, 22æ.q.108 1.o.

16 Operatio miraculorum attribuitur principaliter fidei, ut uirtuti diſponenti, quibus cooperantur abſtinentia, & continentia, 22æ.q.178.1.5m

17 *In reliquijs ſanctorum, & uerbis diuinis, non eſt aliqua uirtus, uel forma, qua fiunt miracula, 22æ.q.178.1.1m.

18 Miracula diminuunt meritum fidei, nolentium credere, niſi per miracula, 3ª.q 43.3.3m.

19 Miracula Chriſti de quibus eſt fides, fuerunt occulta, probantia uero fidem fuerunt manifeſta, 3ª.q.29.1 2m

20 Diſcipuli Chriſti crediderunt in eum, antequam uidiſſent eum facere miracula, 3ª.q 43.3 3m

21 Solus Deus poteſt per ſe facere uera miracula, 1ª.q 110.4.o. *q.114.4.c *12æ q.111.4.c *q.113.10.c *22æ.q.178 1.1m *2m *4.o. *3ª.q.13.2.c *3m *q.78.4.2m

22 Omnia miracula fiunt miniſterio angelorum, 1ª. quæſ.110. 4.2m.

23 Angeli & alij ſancti faciunt miracula miniſtrando, uel impetrando, 1ª.q.110.4.1m *3ª.q.13.2.3m *q.78.4.1m

24 Sancti faciunt miracula dupliciter. ſ. poſtulatione, & poteſtate. i. non præcedente oratione manifeſta: tamen in utroq; Deus operatur principaliter ſancti autem inſtrumentaliter, 1ª.q.117.3.1m *22æ.q.178.1 1m *3ª.q.8.4 3 4m.

25 Miracula Ioſue, Iſaiæ, & Heliæ, fuerunt maiora ſecundum

 ſubſtan-

ſubſtantiam quam miracula, Moyſis, ſed ſecundum modum eſt e conuerſo, 22^{ae}.q.174.4.2^{m}
26 Miracula ad commendationem ſanctitatis proprie ſiunt tantum a ſanctis, ſed confirmationem doctrinę, fiunt etiam à malis per ueram fidem & per nomen Chriſti.1^{a}.q.110 4.2^{m}.*22^{ae}.q.178.2.0.*3^{a}.q.43.1.4.c
27 Miracula bonorum differunt à ſignis malorum quintupliciter, ſcilicet in efficacia, duratione, utilitate, fine, & modo, 1^{a}.q.114.4.2^{m}
28 Magi faciunt miracula, per priuatos contractus, id eſt per dæmones: boni uero per publicam iuſtitiam, id eſt per Deum: ſed mali Chriſtiani, per ſigna publicæ iuſtitiæ, id eſt per nomen Chriſti, uel per aliqua eius ſacramēta, 1^{a}.q.110 a.2^{m} *q.114.a.3^{m}.*22^{ae}.q.178.2.3^{m}
29 Omnia miracula dæmonum ſunt falſa, ratione rei, uel miraculi, 1^{a}.q.110.4.2^{m}.*4^{m}.*q.114.4.0.*22^{ae}.q.178.2.a
30 Antichriſtus faciet aliqua uera miracula, quoad naturam rei, uirtute dæmonum: ſed falſa quoad rationem miraculi, & ad decipiendum, 1^{a}.q.114 4.1^{m}.*22^{ae}.q.178.1.2^{m}
31 Ioannes Baptiſta nullum fecit miraculum, ut homines principaliter Chriſto attenderent, 3^{a}.q.38.a.2^{m}.*quæſt. 40.2.1^{m}
32 Conuenientiſſimum fuit ut Chriſtus faceret miracula, ut oſtenderetur eius gratia unionis & eius doctrina ſupernaturalis, 3^{a}.q.43.1.0.*4.c
33 Chriſtus faciebat miracula uirtute diuina, 3^{a}.q.13.2.c.3^{m}.*q.43.2.c.*2^{m}.c.*4.c.*q.44 3.3^{m}
34 Chriſtus faciebat miracula uirtute propria, alii uero ſancti, uirtute aliena, 3^{a}.q.43.4.0
35 *Anima Chriſti, ut inſtrumentum uerbi ſibi uniti, habuit inſtrumentalem uirtutem ad omnes mutationes miraculoſas, ordinabiles ad inſtaurationem rerum, non autem ad annihilationem rerum, 3^{a}.q.13.2.c.3^{m}
36 Quæ fiebant à Chriſto miraculoſe, erant perfectiſſima, 3^{a}.q.44.3.2^{m}.*3^{m}.*q.46.6.c
37 Miracula Chriſti, ſufficienter oſtendebant eum eſſe Deum, 3^{a}.q.43.4.0
38 Chriſtus cepit facere miracula in nuptiis, non autem prius, ne humanitas eius phantaſtica uideretur, 3^{a}.q.36.4.3^{m}.*q.43.3.0
39 Chriſtus conuenientiſſime fecit miracula circa dæmones, angelos, cœlos, homines bruta & elementa, 3^{a}.q.4.4.0
¶ Mirum ſimpliciter, idem eſt quod miraculum, non autem ſecundum quod eſt mirum alicui, 1^{a}.q.105.17.c
1 Miſeria non eſt quæcunque defectus, ſed tantum defectus naturæ rationalis, quia opponitur felicitati, 1^{a}.q.21.4.c.*22^{ae} q.30.1.c
2 *Nullus poteſt uelle miſeriam, ſed quilibet naturaliter eam fugit, 1^{a}.q.94.1.c

1 Miſericordia eſt compaſſio alienę miſerię in corde, quaſi poſſumus, ſubuenire compellimur, 1^{a}.q.21.3.c.*22^{ae}.q.30.1.c.2^{m}.*2.3.c
2 Miſericordia ut eſt motus appetitus, regulatus ratione, eſt actus uirtutis moralis, & uirtutis ſpecialis: non autem ut paſſio tantum, 12^{ae}.q.59.1.3^{m} 22^{ae}.q.30.3.0.*quæſt. 36.3.3^{m}
3 Miſericordia ut uirtus, eſt uirtus moralis circa paſſiones, & reducitur ad medietatem, quæ dicitur Nemeſis, ſed eas Ariſtoteles non ponunt uirtutes, quia ut paſſiones ſunt, ſunt laudabiles, tamen ut ſunt ab aliquo habitu electiuo, ſumunt rationem uirtutis, 22^{ae}.q.30.3.4^{m}
4 Miſericordia ſecundum ſe, eſt maxima uirtutum, 22^{ae}.quęſt. 30.4.0.
5 Inter omnes uirtutes quæ ad proximum ſunt, miſericordia eſt potiſſima ſicut etiam eſt potioris actus, 22^{ae}. quæſt. 30.4.c
6 Liberalitas conſiderat bonum, in dationibus communiter, miſericordia uero ſecundum rationem ſpecialem, ſcilicet ut eſt releuatio miſeriæ alienæ, 22^{ae}.quæſt. 31.1. 3^{m}.*quæſt. 117.5.3^{m}
7 Datio beneficij ex miſericordia, procedit ex affectione ad eũ cui homo dat: ideo miſericordia pertinet ad charitatem, liberalitas uero ad pecuniam, 22^{ae}.q.117.5.3^{m}
8 Longe melius, & humanius, & piorum ſenſibus accommodatius in Cæſaris laude locutus eſt Tullius, ubi ait: nulla de uirtutibus tuis, nec admirabilior nec gratior miſericordia. 22^{ae}.q.30.3.b.
9 Miſericordia poteſt præcedere, & ſequi iuſtificationem, & poteſt ſecum concurrere: quia operatur contra peccatum per modum ſatisfactionis, & per modum præparationis, 12^{ae}.q.113.4.1^{m}
10 Miſericordia effectus charitatis, 22^{ae}.q.28.principio.*q.32.1.c.*q.36.3.3^{m}
11 Motiua ad miſericordiam, ſunt tria maxime, ſcilicet mala contra naturam, contra ſpem, & contra merita alicuius, 22^{ae}.q.30.1.c.
12 defectus, eſt ratio miſerendi ſemper, propter unionem, amoris, uel propter poſſibilitatem patiendi ſimilia, 22^{ae}.quæſt. 30.2.0
13 Culpa inquantum huiuſmodi, non eſt motiua ad miſericordiam, quia eſt uolita, ſed eſt motiua ut eſt annexa alicui contra uoluntatem, 22^{ae}.q.30.1.1^{m}
14 Miſericordia proprie nō eſt ad ſe, nec ad perſonas multum coniunctas, ut ad parentes & filios: ſed ad eos eſt dolor, & in iis durum eſt expulſiuum miſerationis, * quia in iis non miſeremur proprie, ſed dolemus, & durum quid patimur, 22^{ae}.q.30.1.2^{m}.*q.32.9.3^{m}.*q.106.3.1^{m}
15 Iniuriæ illatæ miſerabilibus, ſcilicet pupillis & uiduis, exaggerantur, quia magis opponuntur miſericordiæ, & nocumenta ſunt eis grauiora, quia nō habent releuantem, 22^{ae}.q.65.4.2^{m}
16 Amici, ſenes, ſapientes, debiles, & timidi, maxime miſerent, non autem ſuperbi, audaces, & contumeliæ diſpoſiti, 22^{ae}.q.30.2.0
17 Miſericordia eſt in Deo, ſecundum effectum, & ſecundum affectum uoluntatis: non autem ſecundum paſſionem, 1^{a}.q.21.3.0.*22^{ae}.q.30.2.1^{m}
18 Proprium opus Dei eſt tantum unum, ſcilicet benefacere & miſereri: ſed punire conuenit ei propter culpam peccantis, 22^{ae}.q.21.2.c.
19 Deus dicitur omnipotentiam ſuam parcēdo maxime & miſerando manifeſtare: non tam quoad ſubſtantiam facti, quàm etiam quoad licentiam faciēdi, 1^{a}.q.25.3.3^{m}.*22^{ae}.q.30.4.c.
20 Deus ſemper miſeretur, puniendo citra condignum, & præmiando ultra condignum, 1^{a}.q.21.4.1^{m}
21 Miſericordia Dei dicitur dupliciter, ſcilicet repulſio miſerię præcedentis ſine debito: & remotio cuiuſcunque defectus ſine debito, 1^{a}.q.23 1.3^{m}
22 In omni opere Dei, eſt miſericordia, & iuſtitia, 1^{a}.quęſt.21.4.c.
23 Deus agendo miſericorditer, non agit contra iuſtitiam, nec e conuerſo, 1^{a}.q.21.3.2^{m}.*3^{a}.q.46.1.3^{m}
24 In omni opere Dei, miſericordia ſemper eminet iuſtitiæ, 1^{a}.q.21.3.2^{m}.*4.c.fi.
25 Opus iuſtitię Dei, ſemper fundatur in opere miſericordię, & ipſum præſupponit, 1^{a}.q.21.4.c.*q.25.3.3^{m}
26 Maioris miſericordiæ eſt, impios iuſtificare, quàm iuſtos creare: ſed ſunt æqualis potentiæ Dei, 3^{a}.q 43.4.2^{m}
27 Cum peccatores peccent contra Deum, qui æternus eſt, conueniens eſt ut pęna æterna eis ex diuina iuſtitia inferatur Suppl.q.99.1.0
28 Nulla pęna tam dæmonum quam hominum per diuinam miſericordiam terminabitur, Suppl.q.99.2.c
29 Sicut dæmonibus pęna inferni erit perpetua ita & hominibus, quia utrique in malitia ſunt obſtinati. Suppl.q.99.3.0.
30 Chriſtiani ſoli qui in fide catholica finaliter perſeuerabunt, & ab aliis criminibus reperientur finaliter abſoluti, à pęna æterna erunt immunes, Suppl.q.99.4.c
31 Nec fides nec opera miſericordię eripiēt à pęna æterna eos, qui cum peccato mortali decedunt, Suppl.q.99.5.0
1 Miſſa dicitur, quaſi tranſmiſſa, ſcilicet à populo ad Deum, & e conuerſo: uel dicitur ab emiſſione catecuminorum, & excommunicatorum, 3^{a}.q.83.4.9^{m}
2 Ratio, & expoſitio eorum quæ dicuntur & ſiunt in miſſa, & de ſingulis partibus miſſæ, 3^{a}.q.83.4.5
3 Defectibus & periculis in miſſa ſufficienter occurritur, 3.q.83.6.0
4 Debilitas uel ægritudo, impedit à celebratione miſſæ propter impoſſibilitatem, ut in priuatis uſu oculorum uel digitorum, uel linguæ, uel propter periculum, ut in morbo caduco, & alienatione mentis: uel propter abominationem, ut in lepra: ſed lepra ordinem non tollit, 3^{a}.q.82.10.3^{m}
5 Audire miſſam & communionem accipere à peccatore nō ſententiato ab eccleſia licet: quia ſuſpenſus à Deo quoad ſe, non autem quoad alios, 3^{a}.q.82.9.c
6 *Celebrans miſſam in peccato mortali, uel inducens talem ſcienter, uel audiens, miſſam præcipi per ſententiam eccleſiæ, uel notorij fornicarii, licet ſuſtineatur a prælatis, peccat mortaliter, 3^{a}.q 82.9.0
7 Accipere pro miſſa aliquid, quaſi pretium eius, eſt ſimonia: non autem accipere quaſi ſtipendium laboris, 22^{ae}.quęſt. 100.2.2^{m}

8 Miſſa non debet celebrari niſi pro membris eccleſiæ: nec in canone miſſæ debet orari, niſi pro membris eccleſiæ, 3ª q.79.7.2m

9 Miſſam licet dicere in loco nõ ſacro, cã neceſſitatis, ſcilicet in itinere uel propter deſtructionem eccleſiarum, ſed cum altari portatili, & aliis neceſſariis: non autem aliter, niſi de licentia epiſcopi, 3ª.q.83.3.o

10 Plores debent intereſſe miſſæ ſolenni: ſed in miſſis priuatis ſufficit unus ſcilicet ſeruitor, 3ª.q.83.5.12m

11 Miſſa quotidie celebratur in eccleſia quintuplici ratione. ſ. quia ſemper oportet paratam eſſe medicinã contra quotidiana peccata: ut lignum vitæ ſemper ſit in medio paradiſi: ut nobis quotidie Chriſtus uniatur ſacramentaliter, & nos ei ſpiritualiter, ut ſit apud nos iugis memoria paſſionis Chriſti, ut uero agno loco typici agni quotidie vtamur ad veſperam, quem Iudæi ad veſperam conuertendi eſurient, 3ª.q.83.2.c.1m

12 Miſſa poteſt dici, quando incipit apparere aurora: non autem de nocte, niſi in natiuitate Chriſti, & in vigilia paſchę in principio noctis. 3ª.q.83.2.4m

13 Hora miſſæ in feſtis, eſt tertia, in profeſtis diebus eſt ſexta, in ieiuniis nona: ſed poteſt tardari, maxime tempore ordinum, 3ª.q.83.2.3m

14 Miſſa regulariter celebratur ſolẽniter hora paſſionis Chriſti. ſ. ab hora tertia uſque ad nonam, 3ª.q.83.2.c

15 Miſſæ priuatæ poſſunt dici à mane vſque ad tertiam, uel vſque ad nonam, in diebus ieiuniorum, 3ª. q.83.2.3m

16 In natali Chriſti quilibet ſacerdos poteſt dicere tres miſſas ſcilicet primam in nocte, ſecundam in aurora, & tertiam in die, propter triplicem natiuitatem Chriſti, ſcilicet quarum una eſt æterna, quæ quantum ad nos eſt occulta, licet ſecundum ſe ſit in plena luce: alia eſt tẽporalis, ſed ſpiritualis qua. ſ. Chriſtus oritur tanquam lucifer in cordib. noſtris: tertia uero eſt temporalis & corporalis ſecundum quam uiſibilis nobis proceſſit ex utero uirginali carne indutus, 3ª.q.83.2.2m.* 5m

17 Non licet alia die, plures miſſas ab eodem celebrari, pro pecunia, uel adulatione ſecularium: ſed tantum pro urgenti neceſſitate, 3ª.q.83.2.5m

18 Quando in una die occurrunt diuerſa beneficia Dei commemoranda uel impetranda pro uiuis uel mortuis: oportet miſſam pluries celebrari, ſi adſit facultas, puta unã pro feſto, & aliam pro ieiunio, uel pro mortuis, 3ª.q.83.2.2m

19 Multiplicatio miſſarum, multiplicat oblationem ſacrificii, & multiplicat eius effectus non autem multitudo hoſtiarum in una miſſa, ideo ſumens multas hoſtias in una miſſa, non percipiet maiorem effectum, 3ª.q.79.7.3m

20 Miſſa melioris ſacerdotis, eſt melius, quoad annexa: ideo melius eſt eam audire, licet quoad ſacramentum, & effectum ſacramenti, omnes miſſæ ſint æquales, 3ª. q.82.6.o

1 MIſſio de ratione ſua importat reſpectum miſſi ad mittentem, & ad aliquem terminum, 1ª. q.43.1.c.* 2. c. 3m

2 Miſſio, non dicit gradum dignitatis, ſed auctoritatem principii in uno reſpectu exeuntis ab eo, 1ª.q.43. 1. 1m. * 3ª.q. 39. 8. 3m

3 Miſſio uiſibilis in diuinis, eſt ſignum miſſionis inuiſibilis factæ, non quidem tunc, ſed prius, 1ª.q.43.7.6m

4 *Mittere filium & ſpiritum ſanctum, conuenit cuilibet perſonæ diuinæ, & toti trinitati, 1ª.q.43.8.o

5 Spiritus ſanctus non mittit ſe proprie, quia miſſio dicit diſtinctionem mittentis à miſſo, ſecundum Præpoſitiuum, & Altiſiodorenſem, ſed mittit ſe improprie id eſt dat ſe, 1ª. q.43.8.o

6 Homo nullo modo poteſt mittere ſpiritum ſanctum, 1ª.q. 43.8.c.ſi.

7 Mitti ſecundum imperium, uel ſecundum conſilium, non conuenit Deo, quia dicit minoritatem, nec ubi non fuit prius, quia dicit receſſum, ſed ſecundum originem: & ſecundum nouum modum, 1ª.q.43.1.o.* 3.c.* 4. 3m.* 5.c. 3m.* 6.c. * q.112.1.c. 3m

8 Mitti conuenit filio, & ſpiritui ſancto, ſed nullo modo conuenit patri, nec trinitati. 1ª.q.43.4.8.o.* q.112.1.c.* 3ª.q. 39. 8.1m

9 Mitti inuiſibiliter conuenit filio & ſpiritui ſancto, non autem patri, 1ª.q.43.5.o

10 Mitti viſibiliter ut donum, & ut ſanctificationis indicium, conuenit ſpiritui ſancto, filio autem, ut ſanctificationis auctori. 1ª.q.43.7.o

11 Miſſio filii & ſpiritus ſancti, diſtinguitur ſecundum originem, & ſecundum effectus illuminationis, & inflammationis: ſed conueniunt in gratia, nec una poteſt eſſe ſine alia, 1ª.q.43.5.3m

12 Miſſio filii eſt prior miſſione ſpiritus ſancti, ratione donorũ & exitus, ſed ratione donus, eſt econuerſo, 3ª.q.7.13.c

13 Miſſio filii, prior eſt ordine naturæ, miſſione ſpiritus ſancti, ſicut ordine naturæ, ſpiritus ſanctus procedit à filio, & à ſapientia dilectio, 3ª.q.7.13.c

14 Miſſio filii Dei triplex. ſ. in mente, in carne, & ad prædicandum, 3ª.q.42.1.o

15 Non eſt miſſus Chriſtus ad prædicãdum, niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael, quadruplici ratione. ſ. primo ut oſtenderet impleri promiſſiones factas Iudæis, & non gentibus: ſecundo ut eius aduentus oſtẽderetur eſſe à Deo: tertio ut Iudæis auferret calumniãdi materiam: quarto quia Chriſtus per crucis uictoriam meruit poteſtatem, & uictoriam, & dominium ſuper gentes, 3ª.q.42.1.o

16 Miſſio inuiſibilis, non fit ad ſacramenta, quia non fit, niſi reſpectu termini, 1ª.q.43.6.4m

17 Miſſio inuiſibilis fit ad oẽs exiſtentes in gratia, 1ª.q.43.6.o

18 Ad patres ueteris teſtamenti facta eſt miſſio inuiſibilis, 1ª. q.43.6.1m

19 *Miſſio inuiſibilis fit ad ſanctos, in omni augmento gratiæ ſecundum extenſionem ad nouum effectum: non autem ſecundum intenſionem, 1ª.q.43.6 2m

20 Ad beatos facta eſt miſſio inuiſibilis, in principio beatitudinis, non autem poſtea, quoad intenſionem gratiæ, ſed quoad extenſionem id eſt quoad aliqua myſteria, quæ eis reuelantur de nouo, uſque ad diem iudicii, 1ª. q.43.6.3m

21 Miſſio inuiſibilis facta eſt ad Chriſtum, in primo inſtanti ſuæ conceptionis: & nulla ulterius, 1ª. q.43.6.3m.* 7.6m

22 Miſſio inuiſibilis plenius fit poſt incarnationẽ, quàm prius ſecundum communem ſtatum: licet in ſpirituali ſit econuerſo, 1ª.q.43.7.6m

23 Ad patres ueteris teſtamenti, non fuit facta miſſio uiſibilis, quia prius debuit perfici miſſio uiſibilis filii: quàm ſpiritus ſanctus manifeſtet eum, 1ª.q.43.6.1m.* 7.6m

24 Miſſio uiſibilis primo facta eſt Chriſto, & poſt Apoſtolis, quia per eos gratia in alios diffuſa eſt, ſecundum quòd per eos eccleſia plantata eſt, 1ª.q.43.7.6m

25 Miſſio uiſibilis, facta eſt ad patres in primitiua eccleſia, ut ad fundatores eccleſiæ, non autem nunc, quia per eã firmamur, 1ª.q.43.7.6m

26 Ad Chriſtum facta eſt miſſio uiſibilis ſpiritus ſancti bis. ſ. in baptiſmo in ſpecie columbæ, & in transfiguratione in nube lucida, ſed & ad apoſtolos bis, primo in flatu, ſecundo in linguis igneis propter multa myſteria. 1ª. q.43.7.6m.* 3ª.q.39.6.4m.* q.72.2.1m

27 Natura humana in qua, & per quam, facta eſt miſſio uiſibilis filii Dei, eſt illa ad quam fit miſſio: ideo filius Dei eſt in ea nouo modo: non autem creatura ſecundum quam fit miſſio uiſibilis ſpiritus ſancti, 1ª.q.43.7.1m

28 Miſſio uiſibilis, non fit ſecundum uiſionem imaginariam, ut prophetia, nec ſecũdum res præexiſtentes, ut ſacramenta utriuſque teſtamenti, ſed ſicut in ſignis, ſicut flamma rubi, & columna ignea, 1ª.q.43.7.2m.* 3ª.q.39.8.2m

1 §Modalis diſtinctio, per ſenſum compoſitum, & ſenſum diuiſum, non tenet in formis inſeparabilibus, 1ª.q.12.13.3m

1 MOdeſtia eſt uirtus moderatiua paſſionum ad annexa, ſed adiungitur temperantiæ, ut uirtuti principali quia eſt difficillima, 22æ.q.143 o.* q.160.o

2 *Modeſtia eſt circa actiones interiores, & exteriores, 22æ.q. 160.2.c.1m.* q.168.1.o

3 Modeſtia moderatur exteriorem hominis uitam in inceſſu, habitu, & huiuſmodi: ſed epychia moderatur obſeruãtiam uerborum legis: poteſt tamen eſſe quod nomen epychiæ apud Græcos per quandam ſimilitudinem transfertur ad omnes moderationes, 22æ.q.120.2.3m

4 Partes modeſtiæ, à diuerſis aſſignantur diuerſimode, 22æ. q. 106.2.2m

5 Partes modeſtiæ ſecundum Andronicum, ſunt tres. ſ. bona ordinatio, quæ diſcernit quæ & quo ordine ſunt agenda: ornatus, qui ſeruat decentiam in agendis: & auſteritas ſ. in uerbis, 22æ.q.143.c.ſi.* q.160.2.ſi.* q.168.1.c.ſi.

6 Partes modeſtiæ ſecundum Tullium, ſunt quatuor. ſ. humilitas, ſtudioſitas, manſuetudo, & ſimplicitas, & ſecundum Ariſtotelem, etiam eutropelia, 22æ.q.160.2.c.* q.161.4.o.* q.166.2.c.ſi.* q.168.2.c.ſi.

7 Sub modeſtia continetur omnis moderatio motuum corporalium, & rerum exteriorum & ſpei, ſecũdũ Tullium, 22æ q.143.4m.* q.160.2.c

*Omnis modus in quantum modus, bonus eſt, ſed malus id dicitur, quia minora ſunt quædam, quàm eſſe debuerant: aut

aut quia non iis rebus accommodantur, quibus accommodanda ſunt:& ideo dicuntur mala, quia ſunt aliena & incongrua, & ita dicitur malus modus, uel mala ſpecies, uel malus ordo, 1ª.q.5.5.4m
1 ¶Mollicies proprie reſpicit defectum delectationum, ſed deliciæ reſpiciunt cauſam impeditiuam earum ſcilicet laborem uel aliquid tale: ideo deliciæ ſunt quædam mollicies, 22æ.q.138.1.2m
2 Mollis dicitur, qui recedit à bono, propter triſtitias cauſatas ex defectu delectationum; quaſi cedens debili mouenti; non autem ſi graui mouenti cedant, 22æ.q.138.1.c
3 Mollities eſt uitium oppoſitum perſeuerantiæ, & cauſatur dupliciter, ſcilicet ex conſuetudine, & ex naturali diſpoſitione, 22æ.q.138.1.o.* 2.c
4 Qui patiuntur muliebria, dicuntur molles, quaſi mulieres effecti, 22æ.q.138.1.3m
¶Moneta.* Cudentes falſam monetam, poſſunt iuſte occidi in iudicio ſeculari, & rebus ſuis ſpoliari, 22æ.q.11.3.c
¶Monſtra dicuntur peccata in quantum ſunt ex peccato in actu naturæ à fine ultimo, non autem à fine proximo, 12æ.q.21.1.1m.* 2m
¶Moralia ſpecificantur ex fine, 1ª.q.48.1.2m

1 MOrs & omnis defectus corporalis, & rebellio carnis ad ſpiritum, ſunt pœna peccati primorum parentum, conſequens pœnam principalem, ſcilicet ſubtractionē originalis iuſtitiæ, 12æ.q.85.5.o.* q.87.7.c.1m.* q.94.3.2m.* q.100.8.3m.* q.102.9.1m.* 22æ.q.153.2.1m.* 2m.* 3m.* q.164.o.* 3ª.q.1.4.2m.* q.14.1.c.* 3.c.2m.* 4.c.3m.* q.52.5.c
2 Cauſa mortis, & aliorum defectuum corporalium in natura humana, eſt duplex, ſcilicet remota idest contrarietas principiorum, & proxima, ſcilicet peccatum, 22æ.q.164.1.1m.* 3ª.q.14.3.2m.* q.15.2.1m
3 Mors ut iuſta pœna, eſt à Deo, non autem ut eſt malum naturæ humanæ, 12æ.q.85.5.c.fi.* q.4.3.2m.* q.100.8.3m.* 22æ.q.164.1.4m
4 Mors & alij defectus: non ſunt æqualiter in omnibus, triplici ratione, ſcilicet propter peccata parentum, utilitatem filiorum, & diuerſam complexionem, 12æ.q.85.5.1m.* q.87.7.1m.* 22æ.q.164.1.4m
5 Primi parentes ſeneſcendo, inceperunt mori prima die qua peccauerunt, licet poſtea multū vixerint, 22æ.q.164.1.8m
6 Ante reſurrectionem omnes morientur, 12æ.q.81.3.1m.* 3ª q.46.11.1m
7 Pœna mortis in præſenti non infligitur pro quolibet peccato mortali, ſed tantum pro peccato inferente damnum irreparabile, uel pro horribili deformitate, 22æ.q.66.6.2m.* q.108.3.3m
8 Nullus debet eripi de morte contra iura, 22æ.q.10.12.2m.* q.59.4.3m* 3ª.q.68.10.1m
9 Mors ut priuatio uel ut terminus alterationis præcedentis, eſt pœna damni, non autem eſt pœna ſenſus: nec affligit, niſi ratione alterationis præcedentis, 22æ.q.164.1.7m
10 Mors eſt meritoria, licet ſit pœna: quia boni bene utuntur bonis & malis, ſicut mali male utuntur & bonis & malis, 22æ.q.164.1.6m
11 Mors illata, etiam pro criminibus, aufert totam pœnā pro criminibus debitam in alia uita, uel partem pœnæ, ſecundum quantitatem culpæ, & patientiæ & contritionis, nō autem mors naturalis. 22æ.q.25.6.2m
12 Mors & alij defectus naturæ, cauſant dolorem & timorem quia ſunt naturam particularem, 12æ.q.42.2.3m
13 Mors ſecundum ſe, eſt odibilis naturaliter: ſed eſt appetibilis, propter beatitudinem, 12æ.q.5.3.c.* 3ª.q.46.6.c.4m
14 Quilibet tenetur mori, pro ſalute animæ priuatim certa: aliter eſt de conſilio, 22æ.q.26.5.3m
15 Exponere ſe, & ſuos periculo mortis, pro liberatione perſonæ per quam ſuſtentatur eccleſia, uel reſpublica, eſt laudabile, 22æ.q.31.6.2
16 Virtuoſus maxime triſtatur de morte ſua, quia priuatur maximo bono, quo maxime dignus eſt ſcilicet uita & uirtutibus, ſecundum præſentem uſum: licet quidam gaudeant, propter ſpem beatitudinis, 22æ.q.123.8.c.* 3ª.q.46.6.3m
17 *Decens fuit Chriſtum mori, 3ª.q.50.1.o.* q.52.1.c
18 Chriſtus habuit ſimpliciter neceſſitatem moriendi abſolutam, etiam ſi non occideretur ſecundum aliquos, ſed ratione humanitatis tātum, neceſſitatem uero finis habuit etiam ratione perſonæ, 3ª.q.14.2.o
19 Mors Chriſti fuit uiolenta ex parte naturæ humanæ: licet perſonæ eius non potuerit inferri uiolentia: ſed quantum in occidentibus fuit, intulerunt mortem, 3ª.q.14.2.o.* q.46.3.2m.* q.47.1.o
20 Chriſtus mortuus eſt ex obedientia & charitate triplici ratione, ſcilicet ratione iuſtificationis humanæ ratione reconciliationis diuinæ, & ratione uictoriæ Chriſti, 3ª.q.47.2.2.o.* q.48.2.3.c.* q.49.1.c.* 4.3m.* q.51.4.c.* q.53.1.c. principio.
21 In ſymbolo fidei dicitur, quod filius Dei eſt paſſus mortuus, & ſepultus, 22æ.q.1.8.c.* q.2.7.o.* 3ª.q.50.2.h.* c.fi.
22 Mors Chriſti in fieri cauſauit noſtram ſalutem, merendo eam, non autem in facto eſſe, ſed tantū effectiue deſtruendo mortem animæ, idest, peccatum & mortem corporis, 3ª.q.50.6.o.* q.51.1.2m.* 2.4m.* 4.c.2m.* q.53.2.c.3m.* q.56.1.4m
23 Mors Chriſti eſt cauſa efficiens gratiæ, & cauſa ſufficiens ſalutis noſtræ, 3ª.q.50.6.o.* q.51.1.2m.* 2.4m.* 4.c.2m.* q.53.1.c.3m.* q.56.1.4m
24 Chriſtus noluit mori ex morbo, nec in ſenectute, ſed ex paſſione illata & in iuuentute, ne inuitus, uel ex infirmitate putaretur mori, 3ª.q.46.3.2m.* 9.4m.* q.51.3.2
25 *Chriſtus fuit ſimpliciter mortuus, 3ª.q.50.4.c.* 3.2
26 Licet Deus ſit immortalis, non tamen conuenienter confitemur, unigenitū Dei uerbum fuiſſe paſſum & mortuum: quia non hæc ei attribuimus, ſecundum naturā diuinam, ſed ſecundum humanam, quam pro noſtra ſalute in unitatem perſonæ aſſumpſit, 22æ.q.1.8.c
27 In morte Chriſti fuit ſeparata anima à corpore, 3ª.q.50.3.o.* c.4m.* 4.c.1m.* 6.c.* q.52.3.c.* q.53.2.1m.* q.54.1.c
28 In morte Chriſti, deitas non fuit ſeparata ab anima eius, 3ª q.50.3.o.* 4.1m.* q.52.3.c.* q.53.4.c
29 Nec à carne eius, 3ª.q.50.2.o.* 3.1m.* 4.1m.* 6.c.* q.52.3.c.* q.53.1.2m.* 4.1.* q.76.1.1m
30 Nec à ſanguine eius, 3ª.q.25.2.c

1 MOS primo ſignificat conſuetudinem, idest frequentiam eorum quæ ſunt in poteſtate noſtra, ſecundo actum, uel inclinationem appetitus humani, à natura, uel conſuetudine, uel infuſione, 12æ.q.58.1.c
2 Mores in brutis, dicuntur per ſimilitudinem, ea quæ fiunt ab eis, ex paſſionibus appetitus, 12æ.q.24.4.3m.* quæſt.58.1.c
3 Mores diuinos debemus imitari, 22æ.q.10.1.c principio
1 ¶Motus proprie ſignificat actum imperfectum mobilis: ſed ſecundum ſimilitudinem, prædicatur de omni operatione, 1ª.q.9.1m.* q.14.1.2m.* q.18.1.c.* 3.1m.* q.19.1.1m.* 3m.* q.50.1.2m.* q.51.1.2m.* q.58.1.1m.* q.59.1.3m.* q.73.2.2.* 12æ.q.31.2.1m.* q.109.1.c.* 22æ.q.179.1.3m.* q.180.6.c.* 3ª.q.21.1.3m.* q.34.2.c
2 Omnis motus uel mutatio, eſt actus exiſtentis in potentia, in quantum huiuſmodi, 1ª.q.9.1.2
3 Motus dicitur æquiuoce, de operatione corporali, & ſpirituali, 1ª.q.18.3.1m.* q.53.1.o.* q.56.1.3m
4 Omnis motus uel mutatio, ſequitur aliquam potentialitatem, 1ª.q.9.1.c
5 Motus duplex ſcilicet naturalis, & uoluntarius, & de ratione utriuſque eſt, quòd ſit à principio intrinſeco, 12æ.q.6.1.3m.* 4.5.c
6 Motus naturalis eſt tantum ad unam partem, & perficitur quiete naturali, & eſt corporis exiſtentis extra ubi naturale uoluntarius autem eſt ad oppoſita, 1ª.q.20.1.c
7 Motus dicitur naturalis dupliciter. ſ. à principio actiuo, uel à principio paſſiuo & materiali, 12æ.q.6.5.2m.* 3ª.q.32.4.c
8 Motus reducitur ad genus ſui termini, in quantum procedit de potentia ad actū, quia terminus eſt in motu in potentia, 1ª.q.62.4.2m.* 3ª.q.2.4.6.2m
9 Motus reducitur ad genus ſui termini, quoad ſubſtantiam ſuam, licet ponatur in prædicamento paſſionis, in quantum importat ordinationem mouentis & mobilis, 3ª.q.62.2.2m
10 Nullus motus denominatur à ſubiecto, ſed à termino, 3ª.q.35.1.2m
11 Terminus motus duplex ſcilicet res ad quā tendit, & quies in ea, & uterque duplex ſcilicet totus, & partis, 1ª.q.5.6.c.* 12æ.q.11.3.c.* q.12.2.o
12 Vnius motus non poſſunt eſſe plures termini ex eadem parte, niſi ſubordinati, 12æ.q.12.3.2m
13 Motus accipit ſpeciem à termino ad quem, nō autem à termino à quo, 1ª.q.23.1.3m
14 Motus exiſtentis in potentia, eſt propter indigētiam ſuam, non autem motus exiſtentis in actu, ſed eſt propter indigentiam alterius, 1ª.q.53.2.3m
15 Motus eſt actus imperfecti, ſed operatio eſt actus perfecti, 1ª.q.

1ª.q.58.1.c.°3.1m.°q.53.1.2m.°q.36.1.3m.°q.58.1.1m.°q.59 1.3m.°q.73.2.c.

16 In motu diſcreto poteſt dici aliquid moueri in termino à quo & in termino ad quem, & in quolibet ubi in quo eſt mobile, quia ſucceſſio diuerſorum ubi, dicitur motus, non autē in motu continuo, 1ª.q.53.1.3m.°3.3m.

17 Quando ex una cauſa proueniunt multi motus, tantum primus motus reſpicit neceſſario illud principalius quod reſpicit cauſa. cæteri uerò reſpiciunt principaliter quod conuenit ei ſecundum propriam rationem, 22æ.q.36.1. 3m.

18 Nomen motus & diſtantiæ, & omnium huiuſmodi, deriuatum eſt à motu locali, ad omnes alios motus, 12æ.quæſt.7. 1.c.

19 Motus localis eſt perfectior cæteris motibus, 1ª. q.110.3.c. °22æ.q.180.6.c.

20 Motus localis eſt primus. 1ª.q.67.2.3m.°22æ.q.181.6.c.

21 Per motū localem nihil acquiritur in mobili, ſed tantum acquiritur aliquid extra. ſ. locus, 1ª.q.110.3.c.

22 Neceſſe eſt eſſe aliquod mouēs, omnino immobile, 1ª.q.2.3. c.°q.9.1.0°q.75.1.1m

23 Motus ſemper ab immobili procedit, & ad aliquid quietum terminatur, 1ª.q.7.8 c.°q.82.1.c.fi.°q.84.1.3m.°q.115.3.c.

24 Primam mouens in quolibet genere, eſt non motum in illo genere motus, 3ª.q.12.3.c.°q.24.4.c.

25 Deus mouet, ſicut deſideratum & intellectum non quidem ſemper à moto, ſed à ſeipſo, 1ª.q.105.2.2m.

26 In omnibus mouentibus ordinatis uirtus ſecundi deriuatur à primo, quia ſecundum non mouet niſi inquantum mouetur primo, 12æ.q.93.3.c.°q.109.1.c.

27 In omnibus motoribus & mobilibus ordinatis, motor inferior habet motum proprium, & præter hoc ſequitur motum ſuperioris motoris, 22æ.q.2.3.c.

28 Res naturalis dupliciter non poteſt ab aliquo moueri, ſcilicet propter impedimentum fortioris motoris: uel quia non ſubiicitur ei quo ad illud 22æ.q.104.5.c.

29 Omne quod mouetur, ab alio mouente mouetur, 1ª. quæſt. 2.3.c.

30 In mouentibus & motis, non proceditur in infinitum, 1ª.q. 2.3.c.°q.52.3.3m.

31 Res in tantum indiget moueri ab alio, inquantum eſt in potentia quo ad exercitium actus: uel quo ad determinationem obiecti, 1ª.q.2.3.c.°12æ.q.9.1.c.

32 Omne mouens trahit ad ſe, uel pellit à ſe, 12ª.q.23.2.c.

33 Omne mouens, dat motorii ſ. inclinationē, motum, & quietem, 12ª.q.23.4.c.°q.20.2.c.

34 Omne mouens ſe, diuiditur in duas partes. ſ. in partem mouentem, & partem motam, quod conuenit tantum animatis 3ª q.32.4.c.

35 Idem ſecundum diuerſa, poteſt ſe mouere, non autem ſecundum idem, 12ª.q.9.3.0.°q.11.2.2m.°22æ.q.59.3.c.

36 Eorum quæ mouetur à principio intrinſeco, quædam mouent ſe ſcilicet omnia quæ cognoſcunt finem, non autem alia, 12æ.q.6.1.c.

37 Mouentium ſe, quintuplex gradus, ſcilicet ſecundum executionem tantum, ut plantæ: ſecundum formam imperfecte ut fixa: uel perfecte, ut bruta: ſecundum finem aliquorum ut homo: uel uniuerſaliter, ut Deus, 1ª q.18.3.c.

38 In omni natura in qua deficit operatio à ſubſtantia, oportet eſſe aliquem motum motus. 1ª.q.9.2.0.

39 Non omne quod mouetur eſt corpus, niſi per ſe in motu naturali, 1ª.q.75.1.1.

40 In omnibus rebus creatis eſt aliquid ſtabile ad minus materia prima, & aliquid mobile ſiue ad motum pertinens, uel ad operationem, & quantum ad utrunque, re. indigent gubernatione, alias in nihilum deciderent. 1ª. quæſt.103. 1.2m.

41 Omne quod mouetur, manet ſecundum aliquid, & ſecundū aliquid tranſit ideo eſt compoſitum, 1ª.q.9.1.c.

42 Omne quod mouetur, ſuo motu acquirit aliquid, & pertingit ad aliquid, ad quod prius non pertingebat, 1ª.q.9.1.c.

1 ¶Moyſes ſecundum Dionyſium propter multam ſuam manſuetudinem, ſuit dignus appatitione diuina ideo manſuetudo debet maxime appeti, 22ª.q.157.4.ar.1.

1 Mulier facta eſt ex uiro, quadruplici rōne. ſ. ut primus homo eſſet ſimilis Deo, in ratione principii: ut eam plus diligeret: ut eis præeſſet. ut ſignificaret quod Chriſtus eſt principium eccleſiæ, 1ª.q.92.2.0.

2 Mulier debuit produci ſeorſum, in prima rerum productione, ut eſſet maior diſcretio ſexuum in hominibus, & ut uacent magis operationi nobiliori, ſcilicet contemplationi. 1ª. q.92.1.c.

3 Mulier facta fuit in adiutorium uiri, quo ad generationem tantum, quia in aliis melius adiuuatur uir per uirum, quàm per mulierem, 1a.q.92.1.c. principio.°q.98.2 b.2.

4 Mulier in ſtatu innocentiæ, fuit imperfectior uiro, & ſecundū corpus, & ſecundum animam, non autem in ſtatu gloriæ. 1ª q.92.1.2m.

5 In ſtatu innocentiæ, fuiſſent tot mulieres, quot uiri, 1ª.q.99. 2.3m.

6 In actu tentationis diaboli mulier aſſumebatur quaſi inſtrumentum tentationis ad decipiendum uirum, quia mulier erat infirmior uiro: unde magis ſeduci poterat, 22ª. q.165. 2.1m.

7 Mulier propter elationem præcedentem, ſeducta eſt, ut crederet quod ſerpens haberet uſum loquendi, non quidem per naturam, ſed ſupernaturaliter, 1ª.q.94.4.1m.°2.°12æ.q.89. 3.2m °21ª.q.163.1.4m.°4.1m.

8 Inſpectio mulierum ordinatur ad aliquid noxium. ſ. ad concupiſcendum, 22ª.q.167.2.c.

9 In mulieribus non eſt ſufficiens robur mentis ad hoc, ut concupiſcentiis reſiſtant, 22æ.q.149.4.c.°q.165.2.1m.

10 Non eſt crimen mulieris per uiolentiam uiolatæ, ſi conſenſus non adſit, 22ª.q.64.5.3m.

11 Multiloquium eſt filia gulæ, 22æ.q.148.6.c.

¶Mundana quælibet reducuntur ad tria. ſ. ad honores, ad diuitias & ad delitias, 12ª.q.108.3.4m.°4.c.

Mūdicia cordis duplex. ſ. ab affectionibus inordinatis per uirtutes & dona appetitus, & à phantaſmatibus & erroribus per donum intellectus: & hæc eſt completiua uiſionis Dei, prima autem diſponit ad eam, 22ª.q.8.7.0.

1 ¶Eſſe in ſæculo in mundo dicitur dupliciter. ſcilicet ſecundū præſentiam corporalem, & ſecundum affectū mentis, 22ª. q 188.2.3m.

2 Mundus eſt neceſſario unus, 1ª.q.47.3.0.

Mundus nō eſt factus à caſu, ſed à ſolo Deo, 1ª.q.15.1.0.°q.47 1.0.°q.103.1.0.

4 Mundus habet eſſe poſt non eſſe ex ſola uoluntate Dei, 1ª.q. 46.2.0.

5 Antequam eſſet, poſſibile erat mundum eſſe potentia Dei, nō autem potentia materiæ, 1ª.q.9.2.c°.q.46.1.1m.

6 Deus præceſſit mundum duratione æternitatis, non autem duratione temporis, 1ª.q.46.1.8m.

7 Si mundus ſemper fuiſſet, non æquaretur Deo in duratione, 1ª.q.46.2.5m.

8 Mundus neceſſario gubernatur ab uno. ſ. à Deo, 1ª.q.103.1. 3.0.°12ª.q.61.1.c.

9 Facillima uia, ad oſtendendum Deum eſſe & omnia eſſe ab eo, eſt ex ſuppoſitione nouitatis mundi, 1ª.q.46.3.6m.

10 Solutiones earum rationum falſarum arguentium æternitatem mundi ponuntur, 1ª.q.46.1.0.

11 Si mundus eſſet æternus, ſequeretur neceſſario, animas eſſe infinitas, uel animam pluries uniri diuerſis corporibus, uel eſſe unum tantum intellectum omnium hominum 1ª.q. 46.2.8m.

12 Nouitas uel æternitas mundi non poteſt probari demonſtratiue, 1ª.q.46.1.2.0.

13 °Ariſtoteles non intendit demonſtrare æternitatem mundi, ſed diſputatiue tantum procedere, 1ª.q.46.1.c.

14 Ante mundum fuit tempus, intelligitur ſecundum imaginationem tantum, 1ª.q.46.1.8m.

1 ¶Munus datum uel acceptum pro re ſpirituali, quaſi pretium eius, eſt ſimonia, non autem quaſi ſtipendium. & eſt triplex munus. ſ. munus à manu, à lingua, & ab obſequio 22æ.q. 77.2 3m.°q.100.2.2m.°5.0.

1 Muſica inſtrumenta, & cantus erant in ueteri teſtamento. ſed eccleſia aſſumpſit ſecundum, quia morale eſt: non autem aſſumpſit primum, quia inſtrumenta illa figuralia ſunt, & nimis occupant animum, & ipſum mouēt ad corporalem delectationem, ideo ſunt contra ſapientiam. & ideo ſubtrahuntur in eccleſia inſtrumenta muſica, ut à corporalibus retrahuntur, diuinis laudibus mancipati. 22æ.q.91.2.4m.

1 ¶Mutabile dicitur dupliciter, ſ. per potentiam in eo exiſtentem, uel per potentiam exiſtentem in alio, 1ª.q.9.2.c.

2 Mutabilitatis principium & cauſa, eſt rei potentialitas, 1ª. quæſt.9.1.c.

3 Philoſophi non conſiderauerunt mutabilitatem, niſi eam quæ eſt ſecundum formam à cauſa mutabili, 1ª.q.44.2.c.° q.15.1.1m.

4 Angeli non ſunt hac mutabilitate mutabiles, quantum ad id quod in eorum natura eſt, 1ª.q.44.2.c.°q.45.2.1m.

1 Mutatio triplex, ſcilicet naturalis, miraculoſa, & annihilatio, 3ª.q.13.2.c.

a Nihil

2 Nihil poteſt eſſe vbi prius non fuit, niſi uel eo mutato, uel mutato alio in ipſu. 3ª.q.75.2.c.
3 Omne quod quocunque modo mutatur, eſt in potentia, & manat quoad aliquid, & quo ad aliquid tranſit, & eſt compoſitum, & acquirit aliquid prius non habitum. 1ª.quæſt. 9.1.c.
4 Mutatio accipit ſpeciem & dignitatem à termino ad quem, non autem à termino à quo, 1ª.q.15.1.2^{m}.
5 In omni mutatione oportet aliquid idem eſſe ſub utroque termino habens ſe nunc aliter quàm prius, 1ª.quæſt.45.2.1^{m}.
6 Omnis mutatio poſſibilis fieri à quacunque creatura, poteſt fieri ab anima Chriſti inquantum eſt inſtrumentum diuinitatis, non autem ſecundum ſe, 3ª.q.13.2.2^{m}.
¶Mutatum eſſe, eſt pars motus diſcreti, & terminus motus cótinui. 1ª.q.53.2.3^{m}.
¶Mutilatio membrorum eſt illicita, niſi fiat propter ſalutem totius corporis, non autem animæ: uel niſi fiat per publicam poteſtatem, propter bonum commune, 22æ.q.65.1.2^{m}.°q.65.1.0.

N

1 NAtiuitas eſt exitus à generãte, ſ. ſiuncto, à quo habet principia ſufficientia, & dicitur oriri, ratione primi: naſci ratione ſecundi, & gigni ratione tertii, 1ª.q.27.2.c.
2 Natiuitas attribuitur alicui dupliciter, ſcilicet ut ſubiecto naſcenti, & ut termino primum conuenit tantum ſuppoſito, ſecundum autem formæ & naturæ, 3ª.quæſt. 35.1.c.°2.c. 3^{m}.°4.c.
3 Eſſe, fieri, & naſci proprie, conuenit tantum ſubſiſtenti, ſed conuenit formis conſequenter, accidentibus autem per accidens, 3ª.q.35.1.0.
4 Naſci & oriri conuenit omni & ſoli uiuenti generabili, ſed ſecundum ſimilitudinem conuenit accidenti, aquæ & ſoli, 1ª.q.27.2.c.
5 Fructus arborum, capilli, oua, & huiuſmodi, dicuntur naſci, ſed non dicuntur filii, 1ª.q.27.2.c.°3ª.q.32.3.c.
6 Natiuitas Chriſti ex parte matris fuit naturalis, ſed ex parte operationis ſpiritus ſancti, fuit miraculoſa: unde beata Virgo eſt uera & naturaliter mater Chriſti. 3ª.q.35.3.2^{m}.&.
7 Chriſtus poteſt dici bis natus, 3ª.q.35.2.4^{m}.
8 Natiuitas Chriſti duplex. ſ. natiuitas æterna à patre, & natiuitas temporalis à matre, 3ª.q.35.2.0.°5.c.
9 Chriſtus non fuit ſubiectus tempori in naſcendo, ſicut cæteri homines, ſed elegit tempus quo conuenientiſſime naſceretur, 3ª.q.35.8.0.
10 Chriſtus natus eſt nocte, qui uenit ad tenebras infirmitatis noſtræ. 3ª.q.83.2.2^{m}.°4^{m}.
11 Chriſtus uoluit naſci in Bethleem, in diuerſorio: propter humilitatem: non autem in Hieruſalem, nec Romæ, nec Nazareth, 3ª.q.35.7.0.°q.46.10.1^{m}.
12 Chriſtus uoluit naſci de populo Iudæorum, quia decebat eũ naſci ex populo pollente ſpeciali prærogatiua ſanctitatis. 12æ.q.98.4.c.1^{m}°5.c.°3ª.q.4.6.3^{m}.
13 Chriſtus natus eſt per genitalia beatæ Virginis, dummodo per hoc perfectioni uirtutis nihil ſubtrahatur, ſecundum Hieronymum contra Heluidium: & cum dicit Ambroſius quod Chriſtus aperuit matris ſuæ uuluam hoc dicit exponens illud quod euangeliſta de lege induxit: quod quidẽ, ut Beda dicit, conſuetæ natiuitatis more loquitur non, quod dominus ſacri uentris oſtium, quód ingreſſus ſanctificauerat, egreſſus deuirginaſſe credendus ſit: unde illa adapertio non ſignificat reſerationem communem clauſtri pudoris uirginei, ſed ſolum exitum prolis de utero matris, 3ª. q.28.2.1^{m}.
14 Natiuitas Chriſti, non debuit omnibus manifeſtari: ſicut aduentus eius nec tantum parentibus, nec omnibus occultari, 3ª.q.36.1.2.0.°q.30.8.3^{m}.
15 Electi ſunt conuenienter aliqui, de qualibet conditione hominum, quibus oſtenderetur primo natiuitas Chriſti, 3ª. q.36.3.0.
16 Chriſtus manifeſtauit natiuitatem ſuam, primo per alias creaturas, ſecundo autem per ſeipſum, 3ª.q.36.4.0.
17 Natiuitas Chriſti oſtenſa fuit ſigna per conuenientia, ſ. per angelos, per ſtellam, & per inſpirationem. 3ª.q.36.5.0.
18 Natiuitas Chriſti fuit oſtenſa conuenienti ordine, ſcilicet primo paſtoribus, ſecundo Magis, tertio Simeoni & Annæ, 3ª.quæſt.36.3.6.0.
19 Quando Chriſtus natus eſt oleum fluxit Romæ, & in Hiſpania apparuerunt tres ſoles paulatim uniti, 3ª.q.36.3.3^{m}
20 Oſtenſa natiuitate Chriſti, Herodes turbatur ad dignitatem Chriſti, in figurã iudiciariæ poteſtatis eius, & in figuram deiectionis diaboli ſed iudæi turbantur, quia iniqui erant, & adulantes, 3ª.q.36.2.3^{m}.

1 NAtura dicitur à naſcendo, 1ª.q.29.1.4^{m}°.3ª.q.2.1.c.
2 Natura non eſt ſerua, nec eſt domina, ſed perſona eſt ſerua uel domina ratione, naturæ, 3ª.q.20 1.2^{m}.2.0.
3 Tota natura comparatur Deo, ut inſtrumẽtum, agenti principali, 12æ.q.1.2.c.°q.6.1.3^{m}.
4 Omne perpetuum eſt per ſe intentum à natura, & nihil aliud, 1ª.q.98.1.c.
5 Vnum reſpondet ſemper naturæ, ſicut natura una. ſ. uel numero, uel ſpecie, uel genere, 12æ.q.10.3^{m}.
6 Natura ſumit principium à perfectis, ſecundum cauſam agẽtem & formalem, non autem ſecundum cauſam materialem, ſed ab imperfectis, 22æ. quæſt. 1.7.3^{m}.°3ª.quæſt.1.5. 2^{m}.°6.c.
7 Natura dicitur dupliciter ſecundum aliquos, ſcilicet natura naturans, ideſt Deus ordinans naturas omnium, ſiue auctor naturæ, uel qui creauit omnes naturas, & ut inſtrumẽtum eius, 12æ.quæſt. 1.2.c.°q.6.1.3^{m}. °q. 16. 1.c.q. 67.1.c. principio.
8 Natura dicitur dupliciter, ſcilicet quælibet ſubſtantia uel accidens, & principium motus intrinſecum. 12æ. quæſt. 10. 1.c.
9 Natura ſignificat quadrupliciter, primo generationem uiuentium, ideſt natiuitatem: ſecundo principium intrinſecum cuiuſcunque motus: tertio materiam & formam, & quarto eſſentiam cuiuſcunque rei, 1ª.quæſt.29.1.4^{m}°. 3ª.q.2. 1.12.c.
10 Supra facultatem naturæ, eſt aliquid tripliciter, ſcilicet quantum ad ſubſtantiam facti quantum ad id in quo fit, & quãtum ad modum & ordinem faciendi, 12æ.q.113.9.0. 3ª.q. 4.3.4.2^{m}.
11 Quæ ſunt ſupra naturã, ſola fide tenemus, 1ª.q.99.2.c.
12 Viſio Dei eſt ſupra naturam animæ rationalis, inquantum propria uirtute ad eam peruenire non poteſt: ſed eſt ſecundum naturam eius inquantum eſt capax eius: ſcientia uero increata, eſt ei ſupra naturam omnibus modis, 3ª.quæſt. 9.2.3^{m}.
13°Nulla natura poteſt ſupra ſe, ideſt in actum excedentem proportionem uirtutis ſuæ, ſed poteſt in obiectum ſupra ſe, 1ª.q.12.1.5^{m}.fi.°q.84.1.2^{m}.fi.°12æ.q.109.3.2^{m}.
14 Ad perfectionem naturæ inferioris concurrunt duo, ſcilicet aliquid ſecundum motum proprium, & aliud ſuper naturali perfectione ſecundum motum naturæ ſuperioris, 22æ q.2.3.c.
15 Perfectio naturalis creaturæ, non ſolum conſiſtit in eo quod ei competit ſecundum ſuam naturam, ſed in eo etiam qđ ei attribuitur, ex quadã ſupernaturali perfectione diuinæ bonitatis, 22æ.q.2.3.c.
16 In omnibus aſſerendis, ſequi debemus naturam, præter tradita auctoritate diuina, quæ ſunt ſupra naturam, 1ª.q.99. 1.c.°q.101.c.
17 Contra naturam ſumitur dupliciter, ſ. ut opponitur ei, quod eſt ſecundum naturam. i. conueniens naturæ & ut opponitur ei, quod eſt eſſe à natura: primo modo poteſt aſſueſieri non autem ſecundo modo, 12æ.q.71.2.2^{m}.
18 Deus non facit contra naturam, 3ª.q.24.2.1^{m}.
19 Ea quæ Deus facit præter ſolitum curſum naturæ non ſunt contra naturam, 12æ.q.104.4.2^{m}.°3ª.q.44.2.1^{m}.
20 Si poteſtas maior in tantum inualeſcat, quod mutet contrariam inclinationem in inclinationem propriam, iam non erit aliqua repugnantia uel uiolentia, ſicut quando agens fortius corrumpendo corpus graue auſert ei inclinationẽ qua tendit deorſum: & ſic ferri ſurſum non eſt ei uiolentum, ſed naturale, 22æ.q.36.4.c.
21 Sicut Deus non agit contra naturã, ſed cõtra ſolitum curſum naturæ, ſic non agit contra uirtutes, nec præcipit contra eas, ſed contra ſolitum modum earum, 12æ.q.101.4.2^{m}.°q. 154.2.2^{m}.
22 Peccata contra naturam, ſunt cõtra Deum, ideo ſunt grauiora ſacrilegio, quanto ordo naturæ prior eſt quolibet ordine ſuperaddito, 22æ.q.154.12.1^{m}.°2^{m}.
23 Omne peccatum eſt contra naturam hominis, quoad differentiam eius, & aliqua etiam ratione generis, ut Sodomia, beſtialitas, & huiuſmodi, 12æ.q.64.4.3^{m}.°q.61.2.0.°q.94.3. 2^{m}.°22æ.q.34.5.c.°q.15.4.1.c.°21.12.0.

1 NAturale eſt quod conuenit rei ſecundum ſubſtantiã eius, id eſt, quod per ſe ineſt ei 21æ.q.10.1.c.
2 Naturale duplex, ſcilicet quod eſt à natura ut à principio actiuo,

uo, uel quia in natura eſt inclinatio ad recipiendum illud ab extrinſeco, 12æ.q.6.3.2m

3 Naturale duplex ſ. cauſatum ex principijs eſſentialibus rei, & quod habetur à natiuitate, 3a.q.2.12.0.*q.34.3.2m

4 Naturale duplex ſ. quod conuenit naturæ generis, uel naturæ ſpeciei ratione differentiæ, 12æ.q.94.2.c.*3.2m

5 Naturale duplex ſcilicet ſecundum naturam ſpeciei, & ſecundum naturam indiuidui: & utrunque eſt duplex ſ. uel totum à natura, uel partim a natura & partim ab extrinſeco, 12æ.q.51.1.c.*q.63.1.c

6 Naturale duplex ſ. conſequens formam, & conſequens materiam: primum ſemper ineſt actu, non autem ſecundum ſicut quæ pertinent ad motum, 12æ.q.10.1.2m

7 Naturale duplex ſcilicet uel ad quod natura inclinat mediante cognitione, uel ſine ea, ſed ut cauſatum ex neceſſitate naturæ, 12æ.q.41.3.0

8 Naturale homini duplex ſcilicet ſecundum rationem, & condiuiſum rationi, ſcilicet ſecundum ſenſum, uel ſecundum corpus, 12æ.q.91.7.0

9 Naturale duplex, ſcilicet cauſatum ex principijs naturæ, & quaſi propagatum cum natura, & ſic originalis iuſtitia, & peccatum originale, dicûtur naturalia, non autem primo modo, 1a.q.100.1.c.3m.* 12æ.q.81.2.c

10 Omne quod fit ab agente, cui naturaliter ſubditur patiens, eſt naturale: licet non ſit ſecundum propriam naturam patientis, 1a.q.105.6.1m.* 12æ.q.94.5.2m.* 22æ.q.2.3.c.* 3a.q.41.2.1m

11 *In naturalibus & moralibus non quæritur, quid ſemper fiat, ſed quid fiat, ut in pluribus, 12æ.q.84.1.3m.*q.96.1.3m.*6.c.*3m.*q.102.6.5m.*22æ.q.88.9.10.c.*q.110.1.c.*q.147.4.c.*q.152.2.3m.*q.154.2.c.ſi.*q.160.5.e

12 Naturale ineſt ſemper in ſolo habente naturam immutabilem, 22æ.q.57.2.1m

¶Nazareth interpretatur flos: ideo Chriſtus uoluit ibi conuerſari, non autem naſci: quia uoluit florere per uirtuoſam conuerſationem, nô autem per originem carnis, 3a.q.35.7.2m

1 NEceſſitas duplex ſcilicet abſoluta, & côditionata: & hęc dupliciter ſcilicet ex agente, & ex fine: & hæc dupliciter, ſcilicet uel ſimpliciter, uel quoad bene eſſe, 1a.q.19.3.0.*8.2m.*q.41.2.1m.*q.82.1.c.*22æ.q.58.3.2m.*q.83.13.c.*q.88.2.c.*6.1m.*q.141.6.2m.*q.186.3.5m.*q.189.2.2m.*3a.q.1.2.c.*q.14.2.c.*q.46.1.c.*q.65.4.c.*q.84.5.c

2 Neceſſitas ex fine duplex ſcilicet neceſſitas abſoluta idest, ſine qua non poteſt aliquis uiuere, & neceſſitas conditionata, idest, quoad decentem ſtatum, 22æ.q.32.5.6.e

3 Neceſſitas duplex, ſcilicet coactionis, & obedientiæ: prima tollit rationem laudis & meriti, non autem ſecunda, 22æ.q.58.3.2m.*81.6.3m.*q.186.5.5m.

4 Aliqua neceſſaria habent cauſam, 1a.q.44.1.2m.*q.30.5.3m.*12æ.q.93.4.4m

5 *Neceſſitas quæ prouenit ex principio intrinſeco, ut omne compoſitum ex contrarijs, neceſſario eſt corruptibile, eſt neceſſitas naturalis abſoluta, 1a.q.82.1.c

6 Neceſſarium & contingens, conſequuntur ens, in quantum huiuſmodi, 1a.q.22.4.3m

7 Neceſſitas coactionis abſolutæ, cauſat omnino inuoluntarium: & omnino excludit culpam: non autem neceſſitas côditionata uel mixta, idest metus, 12æ.q.6.4.c.*9.0.*6.1m

8 Quilibet in extrema neceſſitate uel ſua uel alterius, poteſt ſine peccato auferre per uim, uel occulte, a quocunque: quia tunc omnia ſunt communia, 22æ.q.31.3.3m*q.32.7.3m.*q.62.5.4m.*q.66.6.1m.*7.0.*q.110.3.4m

9 Neceſſitas non ſubditur legi, 12æ.q.96.6.c.ſi.*22æ.q.147.3.2m.*4.c.*3a.q.80.8.c.ſi.

10 In ſubuentione neceſſariorum, plus tenetur homo filio, quàm parenti: ſed in honore, reuerentia, obedientia, & uoluntate, eſt econuerſo: quia honor filij, magis dependet ex honore patris, quàm econuerſo, 22æ.q.32.3.4m

11 In extrema autem neceſſitate, magis licet deſerere filios, quam parentes: quos nullo modo deſerere licet, propter beneficia, 22æ.q.31.3.4m

1 ¶Cauſa negationis duplex ſcilicet negatio cauſæ, & poſitio contrarij, 12æ.q.75.1.c

2 Negatio non eſt proprie in ſpecie, ſed reducitur ad ſpeciem ſuæ affirmatiuæ, 12æ.q.33.4.3m.*12æ.q.71.6.1m.*q.72.6.3m.*22æ.q.79.3.1m

3 Omnis negatio de aliqua re, fundatur ſuper aliquid exiſtens in ea, 12æ.q.72.6.c

¶Negatiue dicitur, quando res non habet aliquid quod eſt in alio, nec debet habere: priuatiuè uero, quando caret eo, quod debet habere, 1a.q.12.4.2m

1 ¶Negligens ſecundum Iſidorum dicitur, quaſi nec eligens, 22æ.q.54.2.c.2m

2 Negligentia pertinet ad actum interiorem, ideo oritur ex accidia, ſed pigritia & torpor pertinent ad executionem ſcilicet prima tardando, & ſecunda remittendo, 22æ.q.54.2.1m

3 Negligentiæ deficit ab actu præcipiendi, per defectû promptæ uoluntatis: inconſtantia uero quaſi impedita ab alio, 22æ.q.53.2.c ſi.*q.54.2.3m

4 *Negligentia eſt generale peccatum, 22æ.q.54.1.0

5 Negligentia eſt peccatum mortale dupliciter tantum, ſcilicet uel quando prætermittitur actus ſeu circunſtantia neceſſaria ad ſalutem, uel ex contemptu, 22æ.q.54.3.0

6 Negligentia trahitur ad aliud genus peccati manifeſtius, quando prætermittitur aliquid neceſſarium ad ſalutem, 22æ.q.54.3.3m

7 Amor minor, per defectum feruoris charitatis, cauſat negligentiam uenialem: per defectum uero eſſentiæ charitatis, cauſat negligentiam mortalem, 22æ.q.54.3.c.1m

8 Negligêtia directe opponitur ſolicitudini: ideo pertinet ad imprudentiam: ſed opponitur timori, in quantum timor excitat rationem contra negligentiam, 22æ.q.53.principio.*q.54.2.0

9 *Propter negligentiam conſiderandi nocumenta, quæ conſequi poſſent, imputantur homini ad pœnam mala, quæ eueniunt præter eius intentionem, ſi dabat operam rei illicitæ, 12æ.q.53.8.c.*q.74.3.2m.*22æ.q.62.5.2m

¶Negocia ſecularia contingit dupliciter aliena tractare, ſcilicet ſeculariter, idest, uel propter fauorem hominum, uel propter lucra: & piè idest, in euatium indigentium & miſerorum: ſecundum eſt religioſum: non autem primum, 22æ.q.18.3.1m.*q.187.2.0.*q.188.2.2m.*q.189.6.1m

1 ¶Negociatio de ſe non eſt uitioſa, licet habeat turpitudinê: ideo licita eſt, ſi fit ad finem honeſtum uel neceſſarium. i. quod negociator lucretur moderate ſcilicet uel ad ſuſtentationem ſuæ domus, uel pauperum, uel communitatis, non in fitto, iuſto contractu, & non ad cariſtiam, 22æ.q.77.4.0

2 Commutatio naturalis, eſt licita clericis, non autem negociatio: quia fit ad lucrum terrenum, cuius debent eſſe contemptores, & eſt cum frequentia uitiorum: & nimis retrahit animum a ſpiritualibus, ad curas ſeculares, 22æ.q.40.2.c.*q.77.4.1m.*q.182.2.0

3 Non omnis uendens carius quàm emit, eſt negociator, ſed tantum ſi ad hoc emat, ut carius uendat, 22æ.q.77.4.c.3m.*q.87.2.1m

1 Nemeſis nô poteſt eſſe de bonis honeſtis, ſed de bonis temporalibus, & prohibetur à Deo: quia têporalia ſunt quaſi nihil reſpectu æternorum, licet ſecundum Ariſtotelê, Nemeſis ſit laudabilis, 22æ.q.36.2.c ſi

2 Nemeſis & miſericordia contrariantur ſecundum æſtimationem, quia ſecunda dolet, æſtimens aliquem indigna pati, ſed prima gaudet, æſtimans aliquem digna pati, dolens indignis bene accidere, & utrûque eſt laudabile, 22æ.q.30.3.2m.*4m.*q.36.2.c

¶Neomenia celebratur quolibet menſe, in nouitate lunæ: ad commemorandum opus gubernationis Dei: non autem in plenilunio, propter idolatriam, & figurabat illuminationem eccleſiæ per Chriſtum, 12æ.q.102.4.10m

1 ¶Neſcire dicitur dupliciter ſcilicet metaphorice, idest reprobare, & proprie. i. carere notitia: primû côuenit Deo reſpectu aliquorû, non autem ſecundum, 22æ.q.188.3.1m

2 Neſcire illa quæ quis poteſt, & tenetur ſcire, uitioſum eſt, 1a.q.12.2.2m.*12æ.q.76.2.5m.*4.3m.*q.94.4.c.2m.*3m.*22æ.q.16.2.3m

1 ¶Neutrum genus eſt informe & indeterminatum, ideo prędicatur de re perfecta & imperfecta, de re ſubſiſtente, & non ſubſiſtente, 1a.q.32.2.4m

1 ¶Nihil fit ex nihilo naturaliter. i. per motum, ſed à Deo fit aliquid ex nihilo per creationem, 1a.q.41.2.1m

2 Maioris uirtutis eſt, facere aliquid ex nihilo, quàm facere ex contrario, 1a.q.45.5.2m

3 Beatus Nicolaus, aurum furtim in domo proijciens, uitare uoluit humanum fauorem, & uerecundiâ illius qui beneficium accepit, ut eſſet maius beneficium, 22æ.q.107.3.4m

¶Nycticorax eſt acutè uiſus in nocte idest, ſignificat eos qui ſunt aſtuti in temporalibus: & hebetis uiſus in die idest in ſpiritualibus, 12æ.q.102.6.1m

Niniuitæ ſpeciali modo egerunt pœnitentiam: quibus aliquid fuit adiunctum fidei, quam conceperant ex prædicatione Ionæ, 3a.q.84.7.2m

1 ¶Nitor animæ duplex, ſcilicet ex refulgentia luminis naturalis rationis & ex refulgentia Dei, 12æ.q.87.1.c
2 Nitor animæ duplex.ſ.habitualis, & actualis: ſicut duplex nitor corporis.ſ.intrinſecus & extrinſecus, 12æ.q.89.1.c
3 Quod acquirit æqualem perfectionem per te, uel per pauciora, nobilius eſt, non autem ſi acquirat minorem, 1ª.q.77.2.o.* 12æ.q.5.5.2m
1 ¶De ratione pœnæ eſt, quod noceat agenti in ſeipſo, culpæ uero, in actione, 1ª.q.48.5.4m
2 Peius eſt, quod nocet meliori, quàm quod nocet peiori, 12æ q.39.4.3m
3 Naturalis inclinatio ineſt homini, ad repellendum nociua dupliciter.ſ.defendendo ſe, ne inferantur iniuriæ, & ulciſcendo illatas, 22æ.q.108.2.c
4 Diuina prouidentia protexit hominem in primo ſtatu, ab omni nociuo, 1ª.q.97.2.4m
5 Non fuerunt aliqua nociua homini à principio: ſicut ſunt nunc per peccatum: quæ tamen ei proſunt ad humilitatem, & ad contemplationem, 1ª.q.69.2.2m.*q.72.6m.22ª q.163.1.c
¶Nolo ſignificat actum uoluntatis affirmatum, ſed ipſum uolitum negatum: ideo non eſt contradictorium de volo: ſed eſt eius contrarium, 12æ.q.6.3.1m
1 ¶Nomen imponitur ab eo per qd̃ res cognoſcimus.ſ.à proprietate, uel ab operatione, ſi humanitus imponatur, 1ª.q.13.2.2m.*8.c.*q.18.2.c.*q.33.1.3m.*3ª.q.37.2.c
2 Vnumquodque nominamus, ſicut & cognoſcimus, 1ª.q.13.principio.*1.c.*q.18.2.c.*q.35.2.c.*12æ.q.7.1.c
3 Quælibet res nomen habet à ſuo complemento, 3ª.q.60.2.3m
4 Quando in aliquo inuenitur perfecta ratio alicuius nominis nullo modo prædicatur illud nomen de eo, cum determinatione diminuente, 3ª.q.2.4.c.* q.32.3 c.1m
5 In rebus per ſe notis nobis, idem eſt id à quo nomen imponitur, & id ad quod nomen imponitur, 1ª.q.13.8.c
6 Ratio nominis magis & principalius ſe tenet ex parte eius, à quo nomen imponitur, 22æ.q.92.1.1m
7 Nomen poteſt dupliciter conſiderari ſcilicet ſecundum primam eius impoſitionem, & ſecundum extenſionem eius ad alia ex vſu eius, 1ª.q.67.1.c.* 22ª.*q.57.1.1m
8 Nomina ſingularium hominum, ſemper imponuntur ab aliqua proprietate ipſorum, 3ª q.37.2.c
9 Nomina ponebantur in circumciſione, ſicut nunc imponuntur in baptiſmo, quaſi ante nō fuerint, 3ª.q.37.2.3m.*q.70.3.3m
10 Omne nomen impoſitum diuinitus alicui: ſignificat aliquod donum gratuitum collatum ei, 3ª.q.37.2.c
11 Nomen non ſequitur modum eſſendi qui eſt rebus. ſed ut res eſt in cognitione noſtra, 1ª.q.13.9.2m.* q.45 2.2m
12 Sapientis eſt non curare de nominibus, 1ª q.54 4.2m fi.
13 *In ijs quæ apud nos ſunt nunquam nomen ab aliqua forma impoſitū, pluraliter dicitur, niſi propter pluralitatem ſuppoſitorum, 3ª.q.3.7.3m
14 Nomen ſignificat ſubſtantiam, ideſt, id cui nomen imponitur: & ſignificat qualitatem, ideſt id à quo nomen imponitur, 1ª.q.13.1.3m
15 Omne nomen ſignificans naturam cōmunem, poteſt ſupponere in concreto, pro quolibet eius ſuppoſito, 3ª.q.16.1.c.fi.*q.35.4.c
16 Multiplicitas nominis non attenditur ſecundum prædicationem, ſed ſecundum ſignificationē eius, 1ª.q 3.1.10.1m
17 Nomen poteſt dupliciter conſiderari, ſcilicet ſecundū primam eius impoſitionem: & ſecundum extenſionem eius ad alia, ex vſu eius, 1ª.q.67.1.c.* 12æ.q.57.1.1m
18 Rebus ordinatis, aliquid ineſt tripliciter.ſ.per proprietatem per exceſſum & per participationem, & à primo tantum res nominantur propriè, 1ª.q.108.5.c
19 Hoc nomen Deus, dicitur ab æthin, ideſt ardere, uel à theaſte, ideſt conſiderare, ſeu uidere, uel à thein, ideſt currere uel fouere, 1ª.q.13.8.a.1
20 Hoc nomen Deus, dicitur analogice, de Deo uero, de Deo falſo, & de Deo per participationem: non autem uniuoce, nec æquiuoce, 1ª.q.13.9.10.o
21 Hoc nomen Deus, nō eſt nomen proprium, ſed eſt nomen appellatiuum, 1ª q.13 9 2.* 3ª.q.35 a 3m
22 Hoc nomen Deus, eſt nomen operationis, quantum ad id à quo imponitur ad ſignificandum imponitur enim ab uniuerſali prouidentia rerum, ſed tamen ſignificat naturam Dei, 1ª.q.13.8 o
23 Hoc nomen Deus, ſignificat naturam diuinam, ut in habente, 1ª.q.13.9 2m
24 Et habet aliquid uniuerſalis, ſcilicet prædicari eſſentialiter de pluribus ſuppoſitis & aliquid ſingularis, ſcilicet nō multiplicari in re, 1ª.q.13.9.o. *q.39.4.3m
25 Hoc nomen Deus, ſecundum rei ueritatem, eſt incommunicabile, 1ª.q.13 9 c.2m
26 *Ex ipſa ſupponit pro natura cōmuni: ſed ex adiuncto ſupponit pro perſona, homo autem econuerſo, 1ª.q.39.4.3m *6.1m
27 Hoc nomen Deus, poteſt ſupponere pro omnibus, & ſingulis perſonis diuinis, 1ª.q.39.4.o.* 3ª.q.16.1.c.fi.* q.35.4.c.3m
28 Nomina Dei non exprimunt eſſentiam Dei ſecundum qd̃ eſt, ſicut hoc nomen homo, exprimit eſſentiam hominis, 1ª.q.13.1.c.* 8.1m
29 Deus eſt nominabilis à nobis ex creaturis, & imperfectè: nō autem ſecundum quod in ſe eſt & perfectè, 1ª.q.13.1.o.* q.28.2.1m.* 3m
30 Nomina Dei imponuntur à proceſſibus diuinis ad creaturas; non autem ad ſignificandum eos, 1ª.q.13.2.2m
31 Nomina dicta de Deo affirmatiua & abſolute, ſignificant eſſentiam eius, non autem negatiua, uel relata ad creaturas, 1ª.q.13.2.o.* 4.6.c
32 Omne nomen commune Deo, & creaturis, prius dicitur de Deo quàm de creaturis quoad rem, ſed econuerſo, quoad impoſitionem nominis, 1ª.q.13.3.c.* 6.o.q.33.1 4.o.* 3.o
33 Nomina quæ ſignificant perfectionem abſolute, ſunt communia Deo & creaturis, quæ autem dicunt modum participandi, ſunt propria creaturis, quæ uero dicunt modū ſupereminentiæ, ſunt propria Deo, 1ª.q.13.3.1m.* 5.3m
34 Nomina dicta de Deo abſolute, dicuntur de eo ab æterno: quæ uero dicuntur per reſpectum ad creaturas, dicuntur de eo ex tempore, 1ª.q.13.7.o.*q.34.3 2m.*q.43.1.o
35 Nomina quæ dicunt reſpectum ad creaturas, conſequentem actiones immanentes, dicuntur de Deo ab æterno, ſi autē dicunt reſpectū conſequentem actiones tranſeuntes, dicuntur de eo ex tempore, 1ª.q.13.7.3m.*q.14.13.1m.* q.34.3 2m
36 Omnia nomina dicta de Deo metaphorice, uel cauſaliter tantum, prædicantur per prius de creaturis, quàm de Deo 1ª.q.13.6.o.* q.33.3.c
37 Simplex & unica eſſentia Dei, poteſt nominari omnib. nominibus noſtræ cognitionis, 1ª.q.14.1.1m
38 Multa nomina dicta de Deo, non ſunt ſynonyma: quia ſignificant idem, ſecundum diuerſas rationes, 1ª.q.13.4.o
39 Nullum nomen dicitur propriè de Deo, quoad modum ſignificandi: ſed tantum ratione ſignificati, 1ª.q.13.3.o.* 12.1m
40 Nomina quæ ſignificant perfectiones abſolute, dicuntur propriè de Deo: quæ autem dicunt modum participandi, dicuntur de Deo metaphorice, 1ª.q.13.3.1m.* 3m
41 Omnis imperfectio debet excludi à nominibus, ſecundum quod dñr de Deo, 1ª.q.141.1m, 2.2m.* 12æ.q.14.1.2m
42 Nomina paſſionum, quæ important imperfectionem in ſuo formali, ut ira, triſtitia, deſiderium, & huiuſmodi, non dicuntur Deo, niſi metaphorice: alia uero dicuntur propriè, tamen ſine paſſione ut gaudium, & amor, & huiuſmodi, 1ª.q.19.11.c.*q.20.1.1m.* 2m
43 Quanto aliquod nomen eſt communius, tanto conuenientius aſſumitur in diuinis, 1ª.q.13.11.c.* q.33.1.1m
44 Nomina negatiua, uerius dicuntur de Deo, quàm affirmatiua, 1ª.q.13.12.1m
45 Nominibus Dei debetur reuerentia, ratione rei ſignificatæ, quæ eſt una non autem ratione uocum, quæ ſunt multæ, ideo Deus dicitur in ſingulari, 22ª.q.122.3.5m
*Nominales antiqui reprobantur, 1ª.q.14.15.3m
1 ¶Non ens non eſt cognoſcibile, niſi ſecundum quod fit per intellectum cognoſcibile.ſ.ens rationis, 1ª.q.16.3.1m
2 Ea quæ in ſeipſis non ſunt, apud Deum exiſtunt, in quantum ſunt præcognita & præordinata ab eo, 12æ.q. 1.4.1m
3 Non ens non habet cauſam, niſi cauſam per accidens, 1ª.q.104.3.1m
4 non ens poteſt eſſe cauſa per accidens, non autem cauſa per ſe, 12æ.q.76 1.1m
¶Non uelle ſumitur dupliciter.ſ.uel in vi unius dictionis, uel in vi orationis: primū eſt infinitiuum uerbi nolo, non autem ſecundum: & primum cauſat inuoluntarium, non autem ſecundum, 12æ.q.6.3 2m
1 *Omnis notitia eſt bona, 1ª.q.22.3.3m.* 22æ.q.167.1.o
1 ¶Notio eſt propria ratio cognoſcendi perſonam diuinam, 1ª.q.32.2.2m.* 3.c
2 Notiones, ſeu relationes, & proprietates perſonales in abſtracto, neceſſario ſunt ponendæ in diuinis: contra Præpoſitiuum, 1ª.q.32.2.o.*q.40.1.c

3 Notiones in diuinis, non ſignificantur ut res, ſed ut rationes, licet ſint ibi realiter, 1ª.q.32.2.2m.°3 1m.°3m.

4 Eadem notio diuerſis nominibus ſignificatur, ſecundum diuerſas rationes eius, 1ª.q.34 2.3m.

5 Ad notionem requiruntur tria. ſ. origo, dignitas, & ſpecificatio, 1ª.q.32.3.4m.°5m.

6 Notiones in diuinis ſunt tantum quinque. ſ. innaſcibilitas, paternitas, filiatio, communis ſpiratio, & proceſſio, & omnes notiones ſunt relationes, præter primam: & omnes ſunt proprietates, præter penultimam, ſed tantum tres ſunt perſonales, id eſt conſtituentes perſonas. ſ. ſecunda & tertia & quinta, 1ª.q.30.2.1m.°q.32.3.0.

7 Deus non dicitur quintus propter quinque notiones, ſicut dicitur trinus, propter tres perſonas, & unus, propter unam eſſentiam, 1ª.q.32.3.2m.

8 Plures notiones patris, non diſtinguuntur realiter ab inuicē: quia non opponuntur relatiue: nec tamen una prædicatur de alia, 1ª.q.32.3.3m.

9 °Filius & ſpiritus ſanctus non conueniunt in eadem notione, quia non conueniunt in aliquo ſpeciali ſicut pater & filius 1ª.q.32.3.5m.°q.35.2.c.

10 Nulla notio ſumitur ex hoc, quòd nulla perſona eſt à ſpiritu ſancto, quia hoc non eſt dignitatis, ſicut quòd pater à nullo ſit. 1ª.q.32.3.4m.

11 Nulla notio ſumitur à remotione proceſſionis, ſicut ſumitur innaſcibilitas à remotione natiuitatis, 1ª.q.32.4.5m.

1 ¶Notorium triplex, ſcilicet per ſententiam conuicti, per confeſſionem in iure factam, & per euidentiam facti, 1ª.quæ.82.9.3m.

2 Ars notoria eſt illicita, quia fit per dæmones, & eſt ineficaa, ad ſcientiam acquirendam, quia nullus unquam per dæmones ſcientiam acquiſiuit, quia ad dæmones non pertinet illuminare intellectum, 1ª.quæſt.64.1.5m.°22æ.quæſt.90.1.0.

1 Notum per ſe, eſt cuius prædicatum eſt de ratione ſubiecti: & hoc dupliciter, ſcilicet ſimpliciter. & quo ad nos 1ª.q.2.1.0.°q.17.3.2m.°q.85.6.c.°q.87.1.1m.°12æ.quæſt. 94 2.c.

2 Per ſe notum, dicitur dupliciter, ſcilicet per nihil aliud notum, ut prima principia: uel notum non per accidens, 1ª.q.87.1.1m.

3 Vniuerſale eſt notius minus uniuerſali, quo ad ſimplicem apprehenſionem, ſed eſt econuerſo, quo ad inueſtigationem uniuerſalium proprietatum, & cauſarum, 1ª.q.85.3.0.

4 Singulare eſt prius, & eſt notius uniuerſali, quo ad nos: & uniuerſalius eſt notius minus uniuerſali, 1ª.q.85.3 0.

5 °Veritatem eſſe in communi, eſt per ſe notum, etiam quo ad nos, non autem ueritatem primam, 1ª.q.2.1.3m.

6 Facilius diſpēſandū eſt cū nouitijs & imperfectis, in ieiuniis, quā cum antiquiorib. & perfectis. 12æ.q.147.4.3m.°q. 89.1.4m.

¶Nugæ in ore ſacerdotum, ſunt blaſphemiæ & ſacrilegium materialiter, non autem formaliter °ea eo tantum, quod ſacerdotes ſunt perſonæ ſacræ, 22æ.q.99.3.3m.

1 Numerus duplex. ſ. ſpecies quantitatis, & numerus tranſcēdens, 1ª.q.30.3.0.

2 Numerus denarius eſt ſignum perfectionis, inquantum eſt quodammodo terminus omnium numerorum 22æ.q. 87.1.c.°3ª.q.31.8.c

3 Numerus abſolutus, eſt in intellectu tantum, 1ª.q.30.1.4m.° 2.5m.

4 Numerus pluralis, frequenter ponitur pro numero ſingulari, in ſcriptura ſacra, 12æ.q.102.2.1m.°3ª.q.46.11.3m.

5 Termini numerales tranſcendentes ſumpti, ſunt in diuinis, & ſignificāt ea de quibus dicuntur, addēdo indiuiſionē tantum, ſed ut pertinent ad genus quantitatis, non dicuntur in diuinis, niſi metaphorice, 1ª.q.30.3.0.

6 Termini numerales in diuinis, ſunt in plus quàm eſſentia, uel relatio, uel notio, & ſignificant utrumque, ſi addantur eis, 1ª.q.30.3.1m.

7 Numerus numeratus in creaturis, dicit totum & partes, non autem in diuinis, ſed numerus abſolutus, etiam in diuinis dicit totum & partes ſecundum rationem tantum, 1ª.q. 30.1.4m.

8 Numerus abſolutus menſuratur etiam in diuinis ſecundum rationem: non autem numerus numeratus, niſi in creaturis, 1ª.q.30.2.5m.

9 Dare aliquid pro matrimonio, ut eſt in officium, eſt licitum, non autem ut eſt ſacramentum, uel pro benedictione nuptiarum, ſed eſſet ſimonia, 22æ.q.100.2.6m.

1 ¶Nutrire non conuenit formæ, nec materiæ, quia omne nutriens conuertitur in nutritum, & manet, 3ª.q.77 6 0.

2 Nullum ſenſibile nutrit, præter tangibile, ſed ſapor eſt ſignum alimenti conuenientis, & delectamentum eius, 22æ. q.141.5.0.

3 ¶Nutus dicuntur ſigna ad uiſum, ſicut locutio ab auditu, 1ª. q.117.1.0.

1 Obedientia non eſt uirtus theologica, ſed eſt uirtus moralis 22æ.q.104.2 2m.

2 Obedientia eſt medium duorum uitiorum, ſcilicet inter ſuperfluum & diminutum, ſed ſuperfluum eius, non eſt ſecundum quantum, ſed ſecundum alias circunſtantias, ſcilicet, uel cui non debet obedire, uel in quibus non debet, 22æ.q. 104.2.2m.

3 Obedientia eſt pars iuſtitiæ ſpecialis, ſed impropriè, 22æ.q.4. 7.3m.°q.104 2.2m.

4 Proprium obiectum obedientiæ, eſt præceptum tacitum uel expreſſum, id eſt uoluntas ſuperioris, quocunque modo innoteſcat, 22æ.q.2.5.3m.°q.104.2.c.2m.°3m.°3.1m

5 Obedientia importat neceſſitatem, reſpectu eius quod præcipitur. & uoluntatem reſpectu impletionis præcepti, 3ª.q. 47.2.2m.

6 Obedientia eſt in uoluntate obiectiue 22æ.2.q.5.3m.

7 Obedientia dicitur dupliciter, ſcilicet large, id eſt omnis executio cuiuſcunque, quod poteſt eſſe ſub præcepto quacunque intentione & propriè. ſ. intendens ſpecialem rationem obiecti, ſcilicet præcepti: primo modo eſt uirtus generalis, ſecundo autem modo, eſt uirtus ſpecialis, 22æ.q.4.7.3m.° q.104.2.0.°3.1m.

8 Obedientia triplex, ſ. indiſcreta, quæ. ſ. etiam in illicitis obedit: imperfecta ſed ſufficiens ad ſalutem, quæ. ſ. obedit in iis ad quæ obligatur, & perfecta, quæ, ſcilicet obedit in omnibus licitis: ad ſecundam tenetur quilibet, ſed ad primam & tertiam nullus tenetur, 22æ.q.104.5.3m.

9 Omnis obedientia eſt eadem in ſpecie, ſed cauſatur ex diuerſis ſpeciebus reuerentiæ, 22æ.q.104.2 4m.

10 Bonum neceſſarium ad ſalutem, non debet dimitti propter obedientiam: ſed quodlibet aliud. 22æ.q.104.3.3m.

11 Omnes actus uirtutum, ut ſunt in præcepto, pertinent ad obedientiam, 22æ.q.104.3.2m.

12 Obedientia non eſt prior aliis uirtutibus, nec tempore, nec natura, 22æ.q.104 3.2m.

13 °Obediētia eſt maior omni alia uirtute morali: ſed eſt minor uirtutibus theologicis, 22æ.q.104.3.0.

14 Obedientia procedit ex reuerentia ſuperiorum, ideo reſpectu prælati continetur ſub obſeruantia: ſub pietate uero reſpectu parentum, ſed reſpectu Dei, pertinet ad deuotionem, q̄ eſt principalis actus religionis, 22æ.q.104.3.4m.

15 Obedientia generalis, requiritur ad fidem. ſed obedientia ſpecialis ſequitur eam, 22æ.q.4.7.3m.°q.104.3.2m.

16 Charitas ſine obedientia eſſe non poteſt. 22æ. quæſt. 104.3. c.fi.

17 Obedientia eſt ut mater omnium uirtutum: quia cauſantur & conſeruantur per actum eius, charitas uero ut finis, 22æ. q.104.1.2m.

18 Obedientia quanto minus habet de ſuo tanto melior eſt ſecundum apparentiam, non autem apud Deum, 22æ.q. 104.2.3m.

19 Obedientia præfertur omnibus ſacrificiis. 3ª.q.47.2.c.

20 Omnis uoluntas creaturæ tenetur obedire præceptis Dei, 22æ q.104.4.5.0.°q.154 2.2m.

21 Quilibet tenetur iure naturali & diuino obedire ſuo ſuperiori. ſ. homo homini. 22æ.q.69.1.c.°q.88.10.2m.°q.104.1.u.° e prin°.6.2m.

22 Homo non tenetur obedire homini, in pertinentibus ad interiorem motum uoluntatis, uel ad naturam corporis: ſed Deo, 22æ.quæſt.104.5.c.2m.°6.1m.°quæſt.22.4.3m°. quæſt. 186.7.1m.

23 Maiori poteſtati magis eſt obediendum, quàm minori, quæ totaliter ſubeſt ei, uel in quibus ſubeſt ei, 22æ.q.104.5.c.°q. 105.2.c.

24 Subditus non tenetur in omnibus obedire ſuo ſuperiori dupliciter, ſcilicet propter præceptum maioris poteſtatis, uel in quibus non ſubditur ei, 22æ.q. 69.3.1m.°q.104.5.0.°q. 186.2.c.

25 Seculares tenentur obedire prælatis ſuis ſpiritualibus, in iis tantum quæ promiſerunt in baptiſmo, 22æ.q.181.5.1m.

26 Subditus non tenetur obedire prælato ſuo ſpirituali, præcipienti ſibi, quòd reuelet culpam fratris ſui, omnino occultam, ſed peccaret uterque, 22æ.quæſt.33.7.5m. °quæſt.70. 1.c.2m.

27 Religioſi tenentur obedire ſuis prælatis in iis tantum, quæ in

regula

regula continentur directe.i.expreſſe, uel indirecte. i.implicite, ut mutua obſequia, & pœnæ, & huiuſmodi, 22æ.q.104.5.3m.°q.186.5.4m.

28 Eremitæ & prælati religionum, tenentur obedire epiſcopis in omnibus ſicut & alij, & ſpecialiter in iis quæ ſunt religionis niſi ſint exempti, qui tamen exempti, tenētur obedire ſummo pontifici, 22æ.q.67.1.3m.°q.186.5.3m.

29 Chriſtiani tenentur obedire principibus ſecularibus, ſi habēt iuſtum dominium, ſi licita præcipiant, & de ſecularibus, aliter autem non, 22æ.q.104.6.0.

30 Miles tenetur obedire duci, in rebus bellicis tantum, & ſeruus domino ſuo, in ſeruilibus: & filius patri, in rebus domeſticis & diſciplinæ, & quilibet ſuperiori ſuo ſecundum rationem ſuperioritatis, 22æ.q.104.5.0.

31 Miles debet magis obedire duci in rebus bellicis, & ciuis rectori in ciuilibus, quàm patri: ſed in rebus domeſticis, eſt e conuerſo, 22æ.q.26.8.3m.

1 OBiectum nō eſt materia ex qua: ſed eſt materia circa quā, & obiectum habet rationem formæ: inquantum dat ſpeciem, 12æ.q.18.2 2m.°q.73.3.1m.

2 Proprium obiectum potentiæ uel habitus, eſt illud, ſub cuius ratione formali omnia referuntur ad potentiam uel habitum, 1a.q.1.7.c. principio. °22æ.q.1.3.c.

3 Obiectum potentiæ uel habitus duplex. ſ. materiale & formale, 1a.q.1.3.c.°22æ.q.1.1 c.

4 Diuerſitas formalis obiecti diuerſificat potentias uel habitus, non autem diuerſitas materialis, 1a.q.1.3.c.°q.59.2.2m.°3m.°4 c.°quæſt.77.3.c°12æ.q.54.2.1m.°q.57.2.2m.°22æ.q.59.2 c.1m.

5 Diuerſitas obiecti duplex, ſcilicet ſecundum naturam eius: & ſecundum uirtutem agendi: prima cauſat materialem diuerſitatem paſſionum, ſecunda uero cauſat diuerſitatem formalem & ſpecificam, 12æ.q.23.4 c °q.30 2.c.

6 Ratio obiecti diuerſa, ſecundum uniuerſale & particulare, uel ſecundum totum & partem, facit unam artem, uel unam uirtutem, aliā principalem reſpectu alterius, 22æ.quæ. 50.3.c.

7 Obiecta diuerſorum generum æqualiter, ſemper ſunt diuerſarum potentiarum: non autem ſi ſint diuerſorum generum inæqualiter, 12æ.q.8.2.2m.

8 Potentia ſuperior reſpicit uniuerſaliorem rationem obiecti, quàm potentia inferior, 1a.q.1.3.2m.°q.59.4.c.°q.77.3.4m °q.78.1 c.

9 Habitus moralis & eorū actus, nominantur & ſpecificantur ex obiecto & fine proprio, 12æ.q.12.2.c.°q.21.1.2m.°22æ.q.19.3.4.5°c.°q.23.4.c.°q.24.4.c.°q.25.1.c.°q.27.5.11.c.°q.50.2.3.c.°q.59.1.c.1m.°q.81.3.c.°q.174.1.c.

10 Quando ratio obiecti, & obiectum materiale, ſub uno actu referuntur ad potentiam & habitum, tunc non diſtinguuntur potentiæ uel habitus utriuſque, 12æ.q.57.2.2m.

11 Non ſemper obiectum actionis humanæ, eſt obiectum potentiæ actiuæ, ſed potentiæ paſſiuæ aliquādo: nec ſemper obiectum potentiæ actiuæ, eſt effectus eius: ſed quandoque eſt materia eius circa quam, 12æ.q.18.2.3m.

1 OBlatio eſt omne quod exhibetur in cultu Dei: ſacrificium uero eſt, ſi inde fiat aliquod ſacrum conſumendum, 22æ q.85.3.3m.°q.86.1.c.

2 Data pauperibus, non dicuntur ſacrificia, niſi impropriè, inquantum dantur propter Deum: nec dicuntur oblationes 22æ.q.86 1.1m.

3 Ad oblationes aliquis tenetur quadrupliciter, ſcilicet ex conuentione præcedenti, deputatione, indigentia miniſtrorum, & conſuetudine: non autem ex præcepto legis, 22æ. q.86.1.0.

4 Oblatio debita tertio & quarto modo, eſt uoluntaria, quo ad quantitatem, & ſpeciem rei: & non ex neceſſitate præcepti, 22æ.q.86.1.c.

5 Oblatio animalis cæci & claudi redebatur illicita tripliciter, ſcilicet ratione Dei, contemptus, & non, 12æ q.102.3.7m.°22æ q.86.3.3m.

6 Oblatio in noua lege, poteſt fieri de qualibet re, præterquàm de iniuſte acquiſitis: non autem in ueteri lege, propter ſignificationem, 22æ.q.86.3.0.

7 °Oratio de mercede proſtibuli, prohibetur in lege ueteri, propter immunditiam: in noua uero lege propter ſcandalum 12æ.q.102.3.7m.°22æ.q.32.7.2m.°q.86.3.1m.

8 °Non dantes oblationes debitas, poſſunt puniri, per ſubtractionem ſacramentorum: non tamen à ſacerdote cui debentur, ne ſacerdotes uideantur pro ſacramentorum exhibitione aliquid exigere, ſed puniri poſſunt per ſuperiorem aliquem, 22æ.q.86.4.3m.

9 Oblationes ad ſolos ſacerdotes pertinent, uel pro ſe, uel pro pauperibus, uel pro cultu diuino, 22æ.q.86.2.0.

10 Religioſi poſſunt recipere oblationes tripliciter, ſcilicet ut pauperes, ut miniſtri, & ut curati, ſi parochiæ ſint eorum, 22æ.q.86.2.1m.

11 Oblationes non conſecratæ, poſſunt cedere in uſum laicorū per diſpenſationem ſacerdotum, ſecūdo oblationes conſecratæ non, 22æ.q.86.2.3m.

12 Oblatio parua, cum humili mente, & pura dilectione, purgat peccata uenialia, & mortalia, 22æ.q.30.3 2m.

13 Oblatio Melchiſedech figurabat ſacrificium noſtrum quo ad materiā, ſed quo ad paſſionem Chriſti ſignabat agnus, & alia ſacramenta ueteris legis, 3a.q.61.3.3m.

1 °Obligari poteſt unus pro alio, in iis tantum ad quem omnes tenentur, 3a.q.71.1.3m.

2 Præceptum non obligat, antequam ſit diuulgatum 12æ.q.90.4 2m.°3m.

3 Obligatio fit homini uerbo exteriori; Deo autem uerbo interiori, 22æ.q.88.1.c.

4 Homo maxime Deo obligatur ad fidelitatem, ratione dominii, & beneficiorum, 22æ.q 88.3.c.1m.

5 Ex qualibet promiſſione, fit obligatio iuris naturalis ſecundum honeſtatem. non autem iuris ciuilis, 22æ. quæſt.88.3.1m.

6 In fine primi ſeptennii, homo incipit eſſe aptus ad promittendum aliquid in futurum: & præcipue ad quæ ratio naturalis inclinat, non autem ad obligandum ſe perpetuo, 22æ.q.10.12.0.

7 In fine ſecundi ſeptennii homo poteſt ſe obligare, de pertinētibus ad propriam perſonam. ſ. uel ad religionem, uel ad coniugium: ſed poſt tertium ſeptennium etiam de aliis, 22æ.q.88.8.5m.°q.104.5.c.ſi.

8 °Obſcuritas intellectus triplex, ſcilicet, ex eſſe ex nihilo, ex diſcurſu, & ex peccato. prima eſt in omni intellectu creato: ſecunda eſt tantum in homine, etiam in ſtatu innocentiæ: tertia eſt tantum in homine poſt peccatum, 1a.q.94.2.3m.°22æ.q.5.1.2m.

1 OBſeruantia eſt ſub pietate: ſicut pietas eſt ſub religione: & eſt uirtus ſpecialis, per quam honorantur perſonæ in dignitate conſtitutæ, 22æ. quæſt. 80.c. °quæſt. 102.0.° q.103.3.c.

2 Obſeruantia directe reſpicit perſonam excellentem: ideo ſecūdum diuerſas rationes excellentiæ, diuerſas ſpecies habet, 22æ.q.104.2 4m.

3 Exhibere honorem perſonis in dignitate conſtitutis, contingit dupliciter. ſ. ratione propriæ perſonæ, uel reſpectu boni communis: primum pertinet ad obſeruantiam: ſecundum uero ad pietatem: ideo pietas eſt dignior obſeruantia 22æ.q.102.3.0.

2 °Obſtetrix non fuit in natiuitate Chriſti: ſed mater eius, omnia per ſe fecit. 3a.q.35.6.3m.

Obſtetrices Hebræorū fuerunt remuneratæ à Deo, propter pium affectum earum: nō autem propter mēdacium, licet fuerit mendacium officioſum, 12æ.q.114.10.2.°22æ.q.110.3.2m.°4.1m.

8 Peccare mente obſtinata aggrauat peccatum, & dicitur peccatum in ſpiritum ſanctum: cuius triplex eſt cauſa. ſ. longa conſuetudo peccandi, incredulitas de iuſtitia Dei, & ſeductio inimici, 22æ.q 88 6.c.ſi.

2 °Non debet dari occaſio agendi iniuſte, °22æ.q.78.4.0.°114.2.3m.

1 OCcidere animalia bruta, non eſt peccatum, niſi hoc fiat in damnum proximi: quia animalia bruta ſunt, uiua, & conſeruantur propter hominem, 22æ.q.64.1.0.°2.c.3m.°3.2m.

2 Bruta occidi mandatur à Deo, in damnum dominorum ſuorum, & ad deteſtationem peccati, & ad exemplum. 12æ.q.105.2.11m.°22æ.q.103.4.3m.

3 Occiſio animalium in ſacrificiis, erat utilis, non quidem ſecundum ſe, ſed ſextuplici ratione ſecundum gloſſam, ſcilicet, ut Deo qui animalia offerret potius quàm idolis: ad flagellandum durum ingenium erant: ad ſatisfactionem: ad inſtruendum inſipientem ratione ſignificationis: ad oſtenſionem delicti & humanæ infirmitatis: ad manifeſtationē & teſtimonium gratiæ, & futurorum ſignificationem, 12æ. q.102.3.5m.

4 Nulli licet occidere peccatores niſi auctoritate principis, 22æ. q.64.3.0.5.2m.°3m.°7.c.°q.65.1.c.2m.

5 Occidere peccatores ad bonum communitatis, eſt licitum

quando

quando poteſt fieri ſine periculo honorum. 12æ.q.100.8.3m.°22æ.quæſt.25,6.2m.°q.64.2.0.°3.6.c.°q.65.1.c.°quæſt.108.3.0.
Mors inflicta per iudicem peccatori prodeſt ei ſi conuertatur ad culpæ expiationem. ſi uero non conuertatur, prodeſt ei ad terminationem: quia per hoc tollitur ei poteſtas amplius peccandi. 22æ.q.26.6.2m.
7 Occidere iuſtum, eſt grauius peccatum, quàm occidere iniuſte peccatorem. 22æ.q.64.6.2m.
8 Moyſes occidens Aegiptium non peccauit: quia uel hoc fecit ex inſpiratione Dei, uel defendendo iniuriarum. uel poteſt dici ſecundum Auguſtin. in quæſt. ſecundum Moyſis quidem uitioſum fuiſſe: fuiſſe tamen ſignum uirtutis eius, qua populum liberaturus erat, 22æ.q.60.6.2m.
9 Clericis non licet occidere peccatores licet hoc liceret ſacerdotibus ueteris legis. 12æ.q.64.4.0.°q.70.1.3m.
10 Occidens etiam uolentem hoc, facit iniuriam occiſo, & Deo, & reipublicæ: ideo Dauid damnauit dicentem, occidi Saul 3ª.q.47.6.2m.
11 Occidere ſe quacunque de cauſa ſemper eſt peccatum mortale: niſi hoc fiat ex inſpiratione Dei, ſicut Sanſon per quem Deus miracula faciebat: & ſicut quædam ſanctæ mulieres, quarum memoria in eccleſia celebratur, 22æ.q.59.3.2m.°q.64.5.0.°q.124.1.2m.°3ª.q.47.6.2m.
12 Occidens ſe, facit iniuriam Deo inquantum eſt aliquid Dei, ſcilicet creatura & imago eius: & iniuriam ciuitati, uel communitati, inquantum eſt pars eius: ideo punitur ſecundum legem diuinam, & ſecundum humanam ſententiam carentia ſepulturæ, 22æ.quæſt.59.3.2m.°quæſt.64.5.c.°3ª.q.47.6.3m.
13 Nullo modo licet occidere innocentem, niſi de mandato Dei 12æ.q.94.5.2m.°q.100.8.3m.°22æ.q.64.6.0.°q.104.4.2m.°q.154.2.2m.°3ª.q.47.6.3m.
14 Percutiens ſeu occidens prægnantem eſt homicida: & eſt irregularis, ſi ſequatur mors eius, uel mors fœtus animati anima rationali, 22æ.q.64.8.2m.
15 Grauius peccat occidens iniuſte hominem corporaliter, quàm occidens eum ſpiritualiter. quia primum intendit, & cauſat ſufficienter: non autem cauſat ſufficienter ſecundum, quod tamen eſt peius. 22æ.q.73.8.3m.°22æ.q.73.3.c.2m.°q.155.2.1m.
16 Chriſtus occiſus fuit ab aliis, & nõ à ſe, niſi indirecte, non impediendo, cum poſſet, 3ª.q.22.2.1m.°q.46.3.2m.°q.47.1.0.q.58.1.2m.°q.51.3.c.
17 Peccatum occidentium Chriſtum fuit maximum, quoad pontifices & Iudam minus uero quoad alios. 3ª.q.47.4.2m.°6.0.
18 Occidens inuadentem ſe, defendendo ſe cum moderamine inculpatæ tutelæ, nec intendens mortem eius, non peccat, 22æ.q.64.7.0.
19 Quilibet occidens hominem, etiam defendendo ſe, & quilibet participans in cauſa ſanguinis, eſt irregularis, 22æ.q.40.2.c.fi.°q.64.7.3m.°q.108.4.2m.
20 Occidens hominem à caſu non eſt homicida, nec eſt irregularis: ſi dabat operam rei licitæ, & adhibuit debitam diligentiam. 22æ.q.64.8.0.
1 ¶Occultatio quandoque eſt cauſa peccan. ſ. utendo ea ad peccatum, ut in furto fraude, & dolo: quandoque uero eſt circunſtantia diminuens peccatum ratione uerecundiæ, uel contra ſcandalum. 22æ.q.66.3.1m.
1 Verbum ocioſum, quod plerunque eſt peccatum ueniale, poteſt etiam eſſe peccatum mortale. 12æ.q.72.5.1m.°fi.
1 ODium eſt diſſonantia appetitus animalis, uel appetitus rationalis, ad apprehenſum ut diſconueniens: ſicut amor eſt conſonantia eius ad conueniens. 12æ.quæſt. 29.1.2.c.
2 Odium non poteſt eſſe uitium capitale, quia amor ueri boni & odium ueri mali, ſunt primæ paſſiones, ſed apparentis, ſunt ultimæ. 22æ.q.34.5.0.°6.c.°q.158.7.2m.
3 Odium poteſt eſſe prima paſſio. non autem poteſt eſſe primũ peccatum ſed ultimum, 22æ.q.34.5.0.°6.0
4 Omne odium in proximum quo ad naturam uel gratiam, eſt peccatum, non autem odium in proximum quo ad culpam. 22æ.q.25.6.0.°34.3.0.
5 Odium eſt maximum peccatum contra proximum, quo ad inordinationem peccantis: ſed actus exterior eſt maximum peccatum, quoad nocumentum. 22æ.q.34.4.0.
6 Odium eſt ſubiectiue in concupiſcibili, 12æ.q.82.2.3m.°22æ.q.25.1.c.2.°2.4.c.
7 Bonum ſub ratione boni non poteſt odiri, nec in uniuerſali, nec in particulari: ſed uerum & ens poſſunt odiri, in particulari tripliciter. ſ. ut uerum eſt cauſaliter & originaliter in ipſis rebus: uel ut eſt in cognitione ipſius hominis. uel ut ẽ in intellectu alterius, non autem poſſunt odiri in uniuerſali. 12æ.q.29.5.0.°22æ.q.34.1.c.
8 Sicut bonum eſt obiectum amoris, ſic & malum eſt obiectum odii. 12æ.q.29.1.0.
9 Omne impediens à beatitudine, debet odiri. 22æ.q.26.7.1m.°q.34.3.1m.
10 Nullus poteſt ſe odire, niſi per accidens, ſcilicet ratione obiecti mali quod uidetur bonum, uel conuerſo, & ratione ſui quod uidetur principale & non eſt. 12æ.q.29.4.0.°22æ.q.25.7.0.
11 Diſſonantia eſt cauſa odii, & conuenientia eſt cauſa amoris. 12æ.q.26.1.5.c.
12 Odium conuenientius ponitur oriri ex accidia, quàm ex ira: quia prius & directius oritur odium ex triſtitia, ex qua etiã ira cauſatur. 22æ.q.34.6.0.°q.158.7.2m.
13 Deus non poteſt odiri ſecundum ſe, ſed oditur à damnatis & malis, ſecundum effectus eius, qui interdum eorum uoluntati contrariantur. 1ª.q.60.5.5m.°22æ.quæſ.13.4.0.°2m°q.34.1.0.
14 Odium proximi, eſt prius odio Dei: ſed dilectio Dei, eſt prior dilectione proximi. 22æ.q.34.6.2m.
15 Odium Dei, eſt grauiſſimum omnium peccatorum, & eſt grauius, quàm infidelitas. 12æ.q.73.4.3m.°22æ.q.34.2.0.°q.39.2.3m.
16 Odium Dei, maxime eſt peccatum in ſpiritum ſanctum, ſecundum quod peccatum in ſpiritum ſanctum, nominat aliquod genus ſpeciale peccati: ſed odium Dei non numeratur inter ſpecies eius, quia eſt in omni ſpecie eius, 22æ.qu.14.2.1m.
17 Deus odit peccatores, inquantum non uult eis bonum uitæ æternæ: ſed amat omnes creaturas inquantum uult eis aliquod bonum. 1ª.q.20.2.4m.°q.23.3.1m.
1 ¶Offenſa Dei eſt infinita, ex parte auerſionis, ſed eſt finita, ex parte conuerſionis, & noſtri actus. 12æ.q.87.4.c.2m.°3ª.q.1.2.2m.
1 ¶Omnia officia humana, pertinentia ad ſingulares perſonas cum quibuſcunque ordinibus angelorum ſimilitudinem habeant, diriguntur per ultimum ordinem, inquantum participãt uirtutes ſuperiorum: ſed illa officia quæ ad multitudinem pertinent, diriguntur per principes uel archangelos & ideo homo in prælatione conſtitutus illuminatur ab angelo inferiori, de iis quę ad ſtatum perſonæ ſuæ pertinent, ſed ab angelo principe, de iis quæ ſpectant ad regimen multitudinis, 1ª.q.113.3.2.1m.
2 Omnia officia humana ex quibus homines licite uictum lucrantur, ſiue manibus, ſiue pedibus, ſiue lingua fiunt intelliguntur ſub opere manuali. 22æ.q.187.3.c.
3 Quilibet obligatur ad exequendum officium quod accepit, 3ª.q.67.8.c.
4 Dicens officium in eccleſia propter diſtributionem ſicut propter principalem finem, peccat mortaliter per ſimoniam, non autem ſi ut ſunt ſibi neceſſaria ad uictum, uel quaſi ſtipendium. 22æ.q.100.2.2m.
1 Offuſcatio lunæ, non eſt propter interpoſitionem uel umbrã alicuius rei, ſed eſt hoc quod eſt ultimum cæli: & ideo conuenit cum ultimo elemento, ſ. cum terra: nec unquam offuſcatio lunæ remouebitur, 1ª.q.102.1.1m.
1 ¶Oleum tantum oliuarum, proprie dicitur oleum: alii uero liquores, dicuntur oleum per ſimilitudinem tantum, 3ª.q.72.2.3m.
2 Oleum ſignificat gratiam & miſericordiam Dei, 12æ.q.102.5.3m.°3ª.q.72.2.0.
1 ¶Olfactus hominis, non percipit niſi excellentias odorum, propter maximam humiditatem cerebri, 1ª.q.91.3.1m.°q.115.5.1m.
1 ¶Holocauſtum eſt dare ſe totũ Deo: ideo ſumma placet Deo, 22æ.q.186.3.6m.°5.1m.°6.c.3m.°7.c.°8.b.
2 Holocauſtum in lege ueteri, totum comburebatur & offerebatur: ſpecialiter Deo ob reuerentiam maieſtatis, & amoris bonitatis eius, 12æ.q.102.3.8m.°10m.
3 Inter omnia ſacrificia holocauſtum erat perfectiſſimum: ſecundum uero locum in ſanctitate, tenebat hoſtia pro peccato: tertium hoſtia pro gratiarum actione quartum hoſtia ex uoto, quia homo maxime obligatur Deo: primo propter eius maieſtatem: ſecundo propter offenſam: tertio propter beneficia recepta: quarto propter beneficia ſperata: ideo de primo ſacrificio nihil comedebatur: ſecundum comedebatur tantum a ſacerdotibus in atrio, & ipſa die ſacrificii: tertium comedebatur uſque in Hieruſalem, ea die: quartum uero comedebatur etiam in craſtino. 12æ.q.102.3.10m.

1 Omiſſio importat prætermiſſionem boni debiti, in ordine ad legem diuinam uel humanam, uel in ordine ad proximum: primo modo opponitur iuſtitiæ legali: ſecundo modo, iuſtitiæ ſpeciali, 22æ.q.79.3.c.
2 Omiſſio non requirit aliquem actum, ſed conſiſtit in ſola negatione actus debiti. 12æ. q.71.5.o. °22æ.q.54.2.2m.°q.79.3.o.
3 Omiſſio eſt uoluntaria, quia eſt in poteſtate uoluntatis, non autem per actum uoluntatis 12æ.q.71.5.2m.
4 Omiſſio pertinet ad actum exteriorem, & effectus negligentię & opponitur iuſtitiæ. 22.q.54.2 2m.
5 Omiſſio non habet rationem culpæ, niſi ſecundum quod opponitur præcepto affirmatiuo: ideo non eſt peccatum, tempore obligationis, quo iteratio: iteratur peccatum. 12æ.q.71.5.1m.°q.75.2.3m.°22æ.q.79.3.1m.
6 Omiſſio ut opponitur iuſtitiæ legali, eſt generale peccatum, ſpeciale uero, ut opponitur iuſtitiæ ſpeciali, 22æ. quæſt.79.3.o.
7 Omiſſio non eſt peccatum originale ſed eſt peccatum, actuale. 22æ.q.79.3.1m.
8 Peccatum omiſſionis, & peccatum commiſſionis, differunt ſpecie materialiter, non autem formaliter, 12æ.q.72.6.o.
9 Omiſſioni debetur pęna damni, & pęna ſenſus ratione radicis ex qua procedit, licet non neceſſario habeat actualem conuerſionem ad bonum commutabile, 21æ. quæſt.79. 4 4m.
10 Generale eſt omni ſacramento, quod ſi omittatur aliquid de ſubſtantia ſacramenti oportet illud reiterari. 1ª.quæſt. 38.1.c.
1 °Omnipotentia non poteſt communicari creaturæ, 22æ.q. 178.1.1m.°3ª.q.13.1.c.
2 Filius Dei eſt omnipotens, & eſt æqualis patri in omnipotentia, 1ª.q.42.6.o.
3 In anima Chriſti non fuit omnipotentia ſimpliciter, nec reſpectu motus creaturarum, nec reſpectu propriæ uoluntatis, nec reſpectu proprii corporis. 3ª.q.13.o.°q 21.1.1m.
4 Omnipotentia Dei non excludit impoſſibilitatem & neceſſitatem a rebus. 1ª.q.25.3.2m.
1 Onocrotalus eſt auis orientis, habens roſtrum longum, & in faucibus habẽs folliculos, in quibus primo ponit cibum, & poſt horam ponit in uentrem, & ſignificat auaros. 22æ.q. 102.6.1m.co.3.
1 Operatio non recipit ſpeciem ab operante, ſed à principio operationis. 3ª.q.19.1.3m.
2 Omnis operatio, motus quidam dicitur. 1ª.q.73.2.c.
3 Operatio eſt ultima perfectio rei. 1ª.quæ.73.1.c.°12æ.quæſt.3.2.c.
4 Modus operandi cuiuſlibet rei, ſequitur modum eſſendi eius 1ª.q.89.1.c.
5 Sicut unitas motus, requirit unitatem termini, ſic unitas operationis requirit unitatem obiecti. 1ª.q.58.2.c.
6 Omnis operatio naturæ, terminatur ad unum ſemper, & procedit uel ab uno principio intrinſeco. ſ. a forma rei naturalis uel ab agente extrinſeco, ut in occultis operibus naturæ. 12æ.q.75.3.c.
7 Operatio ſuppoſiti, non eſt de integritate unitatis eius, ſed ſequitur eam, 3ª.q.19.1 4m.
8 Ex quolibet uno particulari opere proprio probatur tota uirtus agentis. 3ª.q.43.4 3m.
9 Operatio eſt quaſi medium inter operans & operatum: ideo dupliciter poteſt conſiderari. ſ. reſpectu operantis, & reſpectu operati. 1ª.q.36.3.c.
10 Per opus manuale in lege ueteri, intelligitur omnis operatio illicita prohibita. 22æ.q.187.3.c.
11 Nullum opus eſt acceptum Deo, niſi uirtuoſum. 22æ.quæſt. 88.2.c 3m.
12 Omnes operationes ſatisfactoriæ reducuntur ad tria, ſcilicet ad eleemoſynam, ieiunium, & orationem 12æ.q.108.3.4m. °4.c
13 Operatio non attribuitur mobili, ſed mouenti. 12æ.quæſt. 111.2.c.
14 Nihil per ſe operatur, niſi ſubſiſtens. 1ª.q.75.2.3.c.°3ª.q.19.1. 3m.°q.20.1.2m.
15 Quælibet res eſt propter ſuam operationem: & operatio eſt finis rei creatæ, 1ª.quæſt.65.2.c.°quæſt.105.5.c.° 12æ.quæſt.3.2.c.°q.49.3.c.3m.°4.1m.°3ª.q.9.1.c.2m. °quæ. 32.4.c.
16 Operatio attribuitur hypoſtaſi, ut operanti: naturæ autem, ut principio operationis, 22æ.q.58.2.c.°3ª.q.19.1.3m.°quæſt. 20.1.2m.
17 Omnis operatio corporis, uel eſt à naturali qualitate corporis, uel ab anima mouente corpus, 12æ.q.50.1.c.
18 Opera hominis dicuntur uiua, quæ fiunt & ſunt cum charitate: mortua uero dicuntur, quæ fiunt ſine charitate: ſed opera mortificata dicuntur quæ fiunt cum charitate, & non ſunt cum ea propter ſequens peccatum mortale. 3ª. q.89. 4.5.6.o.
19 Opus dicitur mortuum dupliciter. ſ. effectiue, ut peccatum, & priuatiue, ut operatio ſine gratia, 3ª q.89.6.c.
20 Sacramentum baptiſmi ſine charitate, eſt opus Dei, & non hominis, etiam in ficto, ideo non eſt opus mortuum. 3ª.q. 69.10.1m.
21 Opera bona facta in charitate, tranſeunt actu, & manent merito, ideo poſſunt mortificari. 3ª.q 89.4.1m.
22 Peccatum mortale, mortificat opera iuſta prius facta quo ad meritum uitæ æternæ, nõ autem quo ad remiſſionem culpæ, & quoad ſatisfactionem. 3ª.q.88.1.3m.
23 °Opera mortua ſunt meritoria, non quidem proprie, id eſt, ex condigno: ſed quaſi ſimilitudinarie, id eſt, congruo: & hoc reſpectu triplicis boni. ſ. conſecutionis bonorum temporalium, diſpoſitionis ad gratiam, & aſſuetudinis bonorum operum. 3ª.q.89.6.3m.
24 °Opera mortificata reuiuiſcunt per pęnitentiam, non autẽ opera mortua. 3ª.q.89.5.6 o.
1 Opinio eſt actus intellectus, declinantis in unam partem contradictionis, cum formidine alterius: unde opinio eſt quoddam debile & infirmum, ſecundum Philoſophũ, 1ª.quęſt.79 9.4m.°21æ.quæſt.1.4.c.°quæſt.2.c.° 9. 2m.°q. 67.3.c.
2 Opinio non poteſt eſſe de aliquo uiſo per ſenſum, uel per intellectum. 22æ.q.1.2.c.
3 Opiniones contradictoriarum, non ſunt contradictorię. ſed ſunt contrariæ, 1ª.q.17.4.1m.°3m.°12æ.q 53.1.c.° q. 64.3. 3m.°q.77.c.3m.
4 Opinio multorum eſt uera, uel ſimpliciter, uel ſecundum partem. 12æ.q.5.3.3m.
5 Opinio & ſuſpicio poſſunt eſſe ueri & falſi: ideo non ſunt uirtutes intellectuales, quia illę ſunt tantum ueri, 12æ.q.55.4. c.°q.57.2.3m.°.3.1m.
6 Aliquis poteſt ſimul habere ſcientiam ueram uel opinionem ueram de uno contradictorio in habitu, & falſam de altero contradictorio in actu, uel e conuerſo: non autem utramque ſimul in actu, 1ª.q 47.1.3m.
7 Habens malam opinionem de proximo, ſine cauſa ſufficienti, contemnit eum, & iniuriatur ei, 22æ.q.60.3.2m.°4.o.
1 Oppoſitio in ſui ratione includit diſtinctionem. 1ª.q.28.3.c.
2 Oppoſitio relationis dupliciter differt ab aliis oppoſitionibus quia ſemper uno aliorum oppoſitorum remouet alterum, & ſemper unum eſt imperfectum reſpectu alterius non autem in relatiuis. 1ª.q.40.2.3m.
3 Nulla oppoſitio eſt in diuinis, præter oppoſitionem relatiuã. 1ª.q.40.1.5m.
4 Oppoſita poſſunt prædicari de eodem, ſecundum diuerſa, nõ autem ſecundum idem, 3ª.q.16.4.1m.
5 °Quot modis dicitur unum oppoſitorum, tot modis dicitur & reliquum. 22æ.q 91.2.1m.
6 Cognitio unius oppoſiti, non tollitur per cognitionem alterius oppoſiti, ſed magis iuuatur, 1ª. quæſt. 14.10. c.°12æ. principio.
1 Opprobrium ſeu uituperium, eſt teſtimonium de defectu alicuius, & præcipue ſecundum aliquam culpam. 22æ. quæſt. 144.3.c.
2 °Optimo opponitur peſſimum, ſecundum Philoſophum. 21æ. q.34.1.b.°4.2.2.
1 Opus creationis mundi, eſt quo ad eſſe, opus autem diſtinctionis, eſt quo ad uirtutes in communi: ſed opus ornatus, eſt quo ad ſpecialia, uel extrinſeca. 1ª.q.65. principio°.q.70.1. c.°q.74.1.o.
2 Opus creationis fuit ante omnem diem natura, non autem tempore, ſecundũ Aug. ſecundum autem alios etiam tempore. 1ª.q.74.2.1m.
1 Oratio eſt actus rationis practicæ. ſ. quia eſt uel petitio decentium à Deo, uel aſcenſus mentis in Deum, 22æ.q.83. 1.o.°.3.1m.°3ª.q.21.1.c 3m.°2.o.
2 Oratio eſt actus uirtutis ſ. latriæ, non autem eſt actus doni intellectus. 22æ.q.83.3.o.°15.c.
3 Oratio eſt quodammodo deſiderii noſtri interpres apud Deũ 22æ.q.83.1.2m.°9.c. principio.
4 Oratio neceſſaria eſt poſt baptiſmum, propter impugnantia interius & exterius, 3ª.q.39.5.c.6.
5 Oratio eſt in præcepto religionis, quo ad ipſum petere. ſed quo ad rectè aliquid deſiderare, cadit ſub præcepto charitatis.

tis, 22æ. q. 83. 5. 2m
6 Conueniens eſt orare: & triplex error circa orationem reprobatur ſcilicet ponentium quod res humanæ, non reguntur diuina prouidentia, & ponentiũ oĩa etiã in reb. humanis ex neceſſitate contingere, ſiue ex immutabilitate diuinæ prouidentiæ ſiue ex neceſſitate ſtellarũ, ſiue ex connexione cauſarum: & ponentium diſpoſitionem diuinæ prouidentiæ natabilem eſſe, 1ª.q.12.2.c. * 22æ.q.83.2.a
7 Error quintuplex circa orationem reprobatur, 1ª.q.22.2.c
8 Partes integrales orationis ſecũdum Apoſtolum ſunt quatuor. ſ. obſecratio, oratio, poſtulatio, & gratiarum actio: uel laus Dei, & ſupplicatio, ſecundum Ambroſ. partes uero eius ſubiectiuæ. i. ſpecies eius ſunt tres. ſ. ſupplicatio, poſtulatio, & inſinuatio, 22æ.q. 83.17.0
9 Oratio tam priuata quam publica, debet eſſe vocalis, quadruplici ratione. ſ. ut homo excitet ſeipſum ad deuote orandum: ut intentionem cuſtodiat ne mens euagetur: ut ex quadam redundantia ab anima in corpus ea vehementi affectione inconſiderate mente in fletus, ſuſpiria, iubilos, & uoces prorũpat: ut quaſi ad redditionem debiti homo Deo ſeruiat, ſecundum illud totum quod ex Deo habet, id eſt, non ſolum mente, ſed etiam corpore: quod præcipue competit orationi ſecundum quod eſt ſatisfactoria, 22æ.q.83.12.0
10 Oratio debet continuari, quandiu deuotio poteſt conſeruari, 22æ.q.83.14.0
11 Oratio debet ſemper durare, ſecundum uirtutem, non autem ſecundum eſſentiam, 22æ.q.83.14.0
12 Fides, ſpes, & charitas, præexiguntur orationi, ratione propria orationis, & ratione latriæ. 22æ.q.83.15.c
13 Oratio eſt meritoria, ſi ea charitate fiat: 22æ.q.83.7.2m.* 15.0
14 Oratio ſemper habet efficaciam impetrandi, ſi habeat quatuor conditiones. ſ. ſi fiat pie, ad ſalutem pro ſe, & perſeueranter, 22æ.q.83.7.2m.* 15.2m.* 16.c
15 Conditio quadruplex neceſſaria in qualibet oratione, ſ. eleuatio mentis in Deum, fiducia impetrandi, gratiarum actio, & petitio, 22æ.q.83.17.c
16 Oratio debet habere ſeptem conditiones ſcilicet, quod ſit perfecta, humilis continua, deuota, vigilans, inſtans, & charitatiua. 22æ.q.83.15.c
17 Omnes orationes eccleſiæ, habent quatuor ſcilicet Inuocationem Dei, commemorationẽ beneficij Dei, petitionem, & obſecrationem, 22æ.q.83.17.c
18 Oratio non exauditur, quando orans, uel ille pro quo oratur, uel ipſa petitio, non placet exauditori, 22æ.q.83.15.2m
19 Oratio maiorum exauditur, & fructuoſa eſt, uel propter deuotionem eorum pro quibus fit, uel in quantum fit in perſona eccleſiæ, 3ª.q.82.6.c.* 7.3m
20 Oratio peccatoris, in quantum ex bono deſiderio naturæ fit, exauditur: ex miſericordia Dei, & non ex merito peccatoris, nõ autem in quantum peccator, niſi ad vindictam, 22æ.q.83.16.0.* q.178.2.1m
21 Oratio petentis contra ſalutem, uel cõtra gloriam Dei, magis exauditur non obtinendo, quam ſi obtineret quod petitur, 22æ.q.83.15.2m.* 16.c
22 Effectus orationis triplex. ſ. meritum, impetratio, & ſpiritualis refectio mentis, 22æ.q 83.13.15.c
23 Per orationem appropinquamus Deo, 22æ.q.83.1.2m
24 Oratio præeminet alijs actibus virtutis religionis poſt deuotionem, quia religio per orationem, mouet intellectũ hominis in Deum, & tradit homo mẽtem ſuam Deo, ſubijciendo ſibi eam per reuerentiam, & præſentando eam Deo, 22æ.q.83.3.1m. * 3m
25 Oratio fit ad excitandum affectum noſtrum, nõ aũt ad docendum Deum, 22æ.q.83.2.0.* 9 5m.* 12.c. 1m.* q.38.1.c
26 Oratio fit, non quidem ad mutandum diſpoſitio diuinæ prouidentiæ, ſed ad impetrandum quod Deus diſpoſuit, 1ª.q.23.8.c.* 22æ.q.83.2.0
27 Orationes fiunt in horis canonicis, ad ſalutem eccleſiæ: ut auertatur ira Dei à populo, & ut orantes ſint quaſi precib. dimicantes, & quaſi diuinæ ſententiæ reſultantes, 22æ. q. 83. 40
28 Oratio principaliter innititur charitati, quoad efficaciam merendi: fidei uero, quoad efficaciam impetrandi, 22æ.q. 83.15.3m
29 Oratio ordinatur ad duo, ſ. ad obiectum proprium, id eſt, ad id quod petitur, & ad finẽ id eſt, ad uitam æternam: ideo hẽt duplicem efficaciam, ſc. licet efficaciam impetrãdi, reſpectu primi, & efficaciam merẽdi reſpectu ſecundi: primũ pertinet ad miſericordiam uel liberalitatem: ſecundum uero ad iuſtitiam, 22æ.q.83.15.2m.* 16.2m.178.2.1m
30 Qui non attendit, uel non intelligit orationem, habet quidem meritum, non autem conſolationem, 22æ.q.83.13.c
31 Ex virtute orationis Chriſti, baptiſmus habet meritum regni cœleſtis, 3ª.q.39.5.c fi.
32 In oratione peti debent aliqua determinata, propter attentionem & cognitionem noſtri deſiderij, & feruentius fiat, 22æ.q.83.5.0
33 Nihil debemus petere in oratione, niſi in ordine ad beatitudinem, 22æ.q.17.2.2m.* q.83.4.5.c.* 6
34 Temporalia poſſunt peti in oratione, ſicut & deſiderari, nõ quidem principaliter, ſed ut neceſſaria, 22æ.q.83.6.0
35 Hoc præcipue petendum eſt, in oratione, ut Deo uniamur, 22æ.q.83.1.2m
36 Orare non conuenit perſonis diuinis, quia non habent ſuperiorem, nec diſtinguuntur in eſſentia, ratione cuius fit oratio, 22æ.q.83.10.0
37 Orare eſt proprium rationalis creaturæ: ideo non conuenit brutis, 22æ.q.83.10.0
38 Sancti in patria orant pro nobis, non autem pro ſe, 22æ.q. 83.11.0
39 Oratio proprie fit ad Deum tantum, ut à quo debet expectari quod petitur: ad ſanctos autem fit deprecatio, 22æ. q.83.4.0
40 Oratio ſoli Deo porrigitur, ut per eum implenda, ſanctis uero & angelis & hominibus, ut per eos impetranda ſuis meritis & precib. & nõ ut Deus eas per eos cognoſcat, 22æ. q 83 4.0
41 Oratio non debet fieri ad ſanctos qui ſunt in purgatorio, uel in hoc mundo, ſed tãtum ſupplicatio, uel petitio, 22æ. q 83.4 3m.* 11.3m
42 Vtile eſt orare ſanctos inferiores quintuplici ratione, licet ſuperiores ſint plus accepti Deo. ſ. primo ex hoc, quod aliquis quãdoque maiorem habet deuotionem ad ſanctum minorem, quàm ad ſanctum maiorem: ex deuotione autem maxime dependet orationis effectus: ſecũdo propter faſtidium tollendum: quia aſſiduitas vnius rei faſtidium parit: & per hoc quod diuerſos ſanctos oramus, quaſi in ſingulis nouus feruor excitatur: tertio quia quibuſdam ſanctis datum eſt in aliquibus ſpecialibus cauſis præcipue patrocinari, ſicut ſancto Antonio, ad ignem infernalem: quarto ut omnib. honor debitus exhibeatur à nobis: quinto quia plurium orationibus aliquando impetratur, quod unius oratione non impetraretur, 22æ.q.83.11.4m
43 Sancti orantur nominibus proprijs, propter tria. ſ. quia hoc meruerunt, plus nobis innoteſcunt, & propter fidem reſurrectionis inſinuandam, 22æ.q.83.11.5m
44 Sancti cognoſcunt in uerbo orationes noſtras ad eos, etiam mentales, ſicut & omnia alia, quæ ad eos pertinent, 1ª.q. 107.1.3m.* 22æ.q.83.4.2m.* 3ª.q.10.2.c
45 Quilibet debet orare, & deſiderare bona pro alijs, ſicut & pro ſe, 22æ.q.83.7.0.8.* 3ª.q.21.3.3m
46 Quilibet tenetur orare in communi, pro ſuis inimicis, non in ſpeciali, niſi aliquo caſu ſpeciali, ſicut in neceſſitatis articulo, 22æ.q 83.8.0
47 Orandum eſt pro omni peccatore uiatore, ut conuertatur, & pro iuſtis ut perſeuerent, triplici ratione. ſ. quia multorum preces facilius exaudiuntur: ut ex multis gratia agatur Deo de beneficiis, quæ conferuntur iuſtis quæ etiam in utilitatem multorum uergunt, ut maiores non ſuperbiant, dum conſiderant ſe minorum ſuffragiis indigere, ſed non impetratur niſi pro prædeſtinatis, 22æ.q.31.2.1m * q. 83.7.3m
48 Orandum eſt pro infidelibus, licet non proſit eis niſi cõuertantur, 22æ.q 3 .2.1m
49 Chriſtus orauit ſecundum humanitatem tantum, triplici ratione, ſcilicet ut oſtenderet ſe eſſe hominem, propter exemplum, & quod eſſet à Deo, 22æ. q. 83.10.1m.* 3ª.q.13.4. 3m.* q.21.1 0.* 2.c.* q.43.2.2m * q 53.4.2m
50 Oratio Chriſti pertinet ad ſacerdotium eius, 3ª.q.22 4.1m
51 Oratio Chriſti quoad obiectum fuit ſenſualitatis, non autem quoad actum, 3ª.q.21.2.0.* 4 c.4m
52 Chriſtus orauit pro ſe. & pro nobis, quoad bona corporis ſed quoad bona ſpiritualia, orauit pro nobis, non autem pro ſe, 3ª.q.21.3.0 * q.22 .1m
53 Chriſtus dupliciter orauit pro ſe, ſcilicet exprimendo affectum ſenſualitatis, uel uoluntatis ut naturæ, quoad [illegible] aſſumptionem transferendam, & ſecundum rationem orauit ad gloriam corporis: & ſic omnis oratio [illegible] pro uobis & uoluntas implenda eſt, non autem [illegible] modo, [illegible] 21.[illegible].4 0
54 Oratio dominica exponitur, 22æ [illegible] 8 9 0
55 Petitiones orationis dominicæ ſunt ſeptem [illegible]
[illegible]

thæum, ſcilicet ſanctificetur, &c. Sed ſecundum Lucã, ſunt quinque, 22æ.q.83.9.4m. * 5m

56 Oratio dominica eſt perfectiſſima, quia continet omnia deſideráda, & ordinem eorum: & informat omnes affectus, 22æ.q.83.9.c. principio.

57 Non oportet vti tantum uerbis orationis dominicæ, ſed oportet intendere tantum ad ea impetranda, quæ in ipſa continentur, 22æ.q.83.14.3m

58 Non peccans, uel non habens peccatum, non peccat, dicendo orationem dominicam: quia dicitur in perſona eccleſiæ, 22æ.q.83.16.3m

59 Oratio dominica ualet ad remiſſionem culpæ uenialis & mortalis, 12æ.q.74 8 6m

60 Oratio uocalis, eſt quantitas diſcreta, 3a.q.60.8.0

61 Sancti non omnia cognoſcunt, cum eſſentiam Dei nõ comprehendant: in uerbo autem cognoſcunt, quæ ad nos ſpectant, & per conſequens noſtras orationes. Sup. q.72.1.c

62 Sanctos interpellare debemus: ad orãdum pro nobis, Sup. q q.72 1.0

63 Sancti ſemper Deum ſuis precibus exorant, niſi ex parte noſtra impediantur, Suppl.q.72 3.c

1 Omnis ordinatio eſt rationis, 22æ.q.58.4.2m. *q.83.1.c.* q 88.1.c

2 Ad hoc quòd aliqua ſint ordinata, duo requiruntur ſcilicet ordo ad debitum finem, & proportio ad ipſum finẽ, 12æ. q.102.1.c

3 Totum quod eſt homo & totum quod poteſt, & quod habet, eſt ordinandum in Deum, 12æ. q.21.4.3m

4 Ordinare & iudicare alios, eſt tantum prælatorum: ſed ordinare actus proprios, conuenit cuilibet homini, 22æ.q.45.c.2m

5 ORdo in ratione ſua includit tria, ſcilicet rationem prioris & poſterioris, diſtinctionem, & originem, 22æ. q.16.1.c.*6.c fi.

6 Ordo ſemper dicitur reſpectu principii, 1a.q.21.3.c.*quæſt. 42.3.c

3 Vbicunque eſt aliquod principium, oportet quod ſit aliquis ordo, quia ordo includit in ſe aliquem modum prioris & poſterioris, quæ dicuntur ſecundum relationem ad aliquod principium, 22æ.q.26.1.c.*6.c.fi.

4 Ordo finium, eſt ſecundum ordinem agentium: quia omne agens ordinat effectum ſuum ad aliquem finem, 12æ. q.107.6.c

5 Sicut ordo rationis recte eſt ab homine, ſic ordo naturæ eſt à Deo, 22æ.q.154.12.1m

6 Ordo tot modis dicitur, quot modis & principium ſcilicet ſecundum ſitum, ſecundum intellectum, & ſecundum ſingulas quatuor cauſas, 1a.q.21.3 c.*q.42.3.c

7 Ordo duplex ſcilicet ordo uerus, & ordo imaginarius, 3a.q. 28 3.1m

8 Ordo duplex, ſcilicet ordo formæ, & ordo materiæ, 3a.q. 62.6.3m *q.78.4.c

9 Ordo dicitur dupliciter, ſcilicet relatio, & gradus faciens eam, 1a.q.108.2.1m

10 In rebus eſt ordo duplex, ſcilicet à principio, & ad finem, 3a q.6.1.3m

11 Ordo uniuerſi duplex. ſ. ordo creaturarum adinuicem, & ordo creaturarum ad Deum, 1a.q.21.1.3m.*q.47.3.c.*q.103.2.3m *12æ.q.111.5.1m. *22æ.q.39.2.2m

12 Ordo duplex. ſ. ordo naturæ, & ordo temporis ſeu generationis, 12æ.q. 2.4.c.*q 85 3.2m. *3a.q.6.1.c

13 Ordo naturæ duplex ſcilicet via generationis & temporis, in cauſa materiali ab imperfecto ad perfectum, & uia perfectionis & intentionis in aliis cauſis, à perfecto ad imperfectum, 1a.q.85.3.1m

14 In diuinis eſt ordo naturæ ſecundum originem, ſine prioritate, ſecundum quod vna perſona eſt ab alia, 1a.q.42.3.0

15 Ordo naturæ in diuinis, non eſt ex hoc quod natura ordinetur: ſed quia ibi eſt ordo ſecundũ naturalem originem, 1a.q.42 3.3m

16 Ordo originis in diuinis, melius nominatur ordo naturæ, quàm ordo eſſentiæ, quia natura importat rationem principii, non autem eſſentia, 1a.q 42.3.4m

17 Ordo in diuinis, ſignificat notionem originis in communi, non autem in ſpeciali, 1a.q.42.3.1m

18 Homo ſubditur triplici ordini ſcilicet rationis, hominis gubernantis temporaliter uel ſpiritualiter, & Dei, 12æ.q.72.4.c.*q. 87.1.c * 3m.* 3.c

2 Quicquid eſt contra ſecundum ordinem, eſt contra primũ, & tertium: quicquid eſt contra primũ, eſt contra tertium & non econuerſo: quia primus includit ſecundum, & excedit eum, & tertius utrunque, 12æ.q.72.4.0

20 Peccatum eſt contra hos tres ordines. Ideo punitur triplici pœna, ſcilicet remorſu conſcientiæ, pœna humana, & pœna diuina, 12æ.q.72.4.0.* q.87.1.c.* 3m. * 3.c

21 Ordo in populo quadruplex, ſcilicet principum ad ciues, ciuiũ adinuicẽ, ex extraneos, & ad domeſticos, 12æ. q.104.4.c

22 Omnes ordines ciuitatum reducũtur ad tres ordines ſ. ad ſupremos, ideſt ad optimates, ad infimos, ideſt, ad vulgus & ad medios, ideſt, ad honorabiles, 1a q.108.2.0

23 Nullus ordo poteſt conferri, niſi ab epiſcopo, præter quatuor ordines minores, de licentia papæ, à ſolo ſacerdote, 3a. q.65.3.2m

24 *Ea quæ ſunt ordinis, non poſſunt committi, niſi habenti ordinem, 22æ.q.186.1.c

25 Deus poteſt auferre ordinem collatum: non autem epiſcopus, quia non eſt miniſter auferendi ſicut conferendi. Nec dedit ordinem, ſed Deus, 3a.q.82.8.c.* 2m

26 In ſacramento ordinis, confertur excellentia poteſtatis, in diuinis miniſteriis, 3a q.84.4.c

27 Omnis ordo in quantum ſacramentum, ordinatur ad euchariſtiam, non autem in quantũ eſt officium quoddam, 22æ.q.40.2.c

28 Feſta præcipua, in quib. epiſcopi dant quatuor ordines minores pertinent ad diem dominicam, 3a.q.83.2.3m

29 Omnes minores ordines, poſſunt ſimul eodem die dari: nõ autem duo ordines ſacri: nec vnus ordo minor cum ordine ſacro, 3a.q.65.3.2m

30 Seruus ordinatus, ſciente domino eius, & non reclamante, fit ingenuus: ſi uero dominus neſciat, epiſcopus uel præſentans eum ſcienter, tenentur domino in duplum: ſi autem neſciant, redigetur in ſeruitutem: niſi poſſit ſe redimere, 12æ.q.189 1.c

31 Ordo fratrum prædicatorum, habet cautiſſimam & ſecuriſſimam formam profitendi, 22æ.q.186.9.1m

32 Oportuit in eccleſia ordinem aliquem ſacrũ eſſe, quo quidam aliis, ad illorum & non ſui vtilitatem præficerentur, Suppl q.34.1.0

33 Ordo ſignaculum quoddam eccleſiæ eſt, per quod ſpiritualis poteſtas impenditur ordinato, Suppl. q 34.2.c

34 Cum in ſuſceptione ordinis, quædam conſecratio homini exhibeatur, per viſibilia ſigna, conſtat ordinem eſſe ſacramentum, Suppl.q.34.3 0

34 Conueniens forma huius ſacramenti eſt, qua eccleſia utitur, Suppl.q.34.4.0

36 Specialem oportet eſſe materiam huius ſacramenti ſicut & aliorum ſacramentorum S. ppl.q 34.5 c

37 In ſacramento ordinis, quo homo ad aliorum ſacramentorum diſpenſationem ordinatur, neceſſe eſt conferri gratiam gratum facientem, Suppl. q.35.1.c

38 In omnibus ordinibus imprimitur character, Suppl. quæſt. 35.2.c

39 Character ordinis præſupponit characterem baptiſmi, qui ianua eſt omnium ſacramentorum, Suppl q.3 .3.0

40 Quanquam maxime conueniens ſit, ut qui ordinem ſuſcipiunt ſint confirmati, hoc tamen neceſſariũ non eſt, Sup. q.35.4.c

41 Non oportet ut qui maiores ordines ſuſceperunt, minores prius habuerint, quanquam eccleſia ſic ordinate ordines conferri ſtatuerit, ut prius minores, deinde maiores ſuſcipiantur, Suppl.q.35.5 0

42 Bonitas vitæ ac conſcientiæ ditos neceſſaria ſunt ex diuino præcepto ſuſcipientibus ordines ſacros, non tamen de neceſſitate ſunt ſacramenti, Suppl.q.36.1.c

43 Ea notitia ſcire oportet ordinatos, quæ ad ordinis ſuſcepti executionem conducant. Suppl.q.36 2.0

44 Non conſequitur aliquis ex merito uitæ aliquem ordinis gradum, Suppl.q.36.3.c

45 Infidelitatis criminis reus eſt, quicunque indignum ad ſacros promouerit ordines. Suppl q.36.4.0

46 Mortaliter peccat quicunque in peccato mortali exiſtens ſacros exequitur ordines, niſi hoc ex neceſſitate faceret, Suppl.q.36.5.c

47 Non unum, ſed plures oportuit in eccleſia ſacros ordines eſſe. Suppl.q.37. .c

48 Septem ſunt ordines, uidelicet ſacerdotium, diaconatus, ſubdiaconatus, acolytorum, lectorum, exorciſtarum, & oſtiariorum, Suppl.q.37.2 c

49 Tres tantum ſunt ſacri ordines, ſacerdotium, diaconatus & ſubdiaconatus, Suppl.q 37 3 0

50 Conueniens ſingulis ſacris ordinibus aſſignatus eſt actus, ſacerdoti uidelicet baptizare, confirmare, & à peccatis abſoluere, diacono uero legere euangelium, &c. Suppl.q.37 4.0

51 In ipſa calicis datione ſub certa uerborũ forma imprimitur facer-

ſacerdotalis character. Suppl. q. 37. 1. c.

52 Ad Epiſcopus tantum pertinet omnes ſacros conferre ordines ſicut ad eos etiam ſolos ſpectat, confirmare & uirgines conſecrare. Suppl. q. 38. 1. c.

53 Poſſunt Epiſcopi heretici & ab eccleſia præciſi ſacros cōferre ordines, ſicut & cætera ſacramenta ordinati tamen ab illis, nullam ſuſceptorum ordinum exequutionem ſuſcipiunt nec gratiam Suppl. q. 38. 2.

54 Mulieres cum ſtatum ſubiectionis habeant, ſacramentum ordinis nequaquam ſuſcipere poſſunt. Suppl. quæſt. 39. 1. c.

55 Pueri carentes rationis uſu non niſi ex eccleſiæ ſtatuto impediuntur, ne ſacros ſuſcipiant ordines, quos tamen ſuſcipientes ex ui ſacramenti. Suppl. q. 39. 2. c.

56 Serui non poſſunt ad ſacros promoueri ordines, quos tamē ſuſcipiunt, ſi eis adferantur. Supp. q. 39. 3. c.

57 Homicidæ à ſacris arcentur ordinibus ex eccleſiæ præcepto, non autem neceſſitate aliqua ſacramenti Suppl. quæſt. 39. 4. c.

58 Illegitime nati impediuntur à ſuſcipiendis ordinibus, præcepti potius, quam ſacramenti neceſſitate. Suppl. quæſt. 39. 5. c.

59 Mutilati aliquo membro notabilis infamiæ, uel quod ordinis executionem impediat, arcentur à ſacris ordinibus, Suppl. q. 38. 6. c.

60 Conueniens eſt ut qui ſacros ſuſcipiunt ordines tonſuram deferant. Suppl. q. 40. 1. c.

61 Corona non eſt ordo, ſed ad ipſum potius ordinatur, Suppl. q. 40. 2. c.

62 Clerici ſuſcipientes coronam, non renunciant patrimonio, & aliis temporalibus rebus. Suppl. q. 40. 3. c.

63 Oportuit in eccleſia ſupra ſacerdotalem ordinem, epiſcopi poteſtatem eſſe, à qua ſacerdos iuriſdictionem ſuſciperet. Suppl. q. 40. 4. c.

64 Epiſcopatus non eſt ordo, niſi ſecundum quod ordo officiū quoddam eſt ad ſacras actiones. Suppl. q. 40. 5. c.

65 Supra Epiſcopos in eccleſia eſt ſuperior ſummi pontificis & papæ poteſtas, quanquam epiſcopi omnes æquales ſint, quo ad ea quæ ad epiſcopalem ordinem ſpectant. Suppl. quæſt. 40. 6. c.

66 Omnibus eccleſiæ miniſtris ad diuina exequenda officia, nariæ ac multiplices aptatæ ſunt ueſtes, prout unicuique conuenire iudicauit eccleſia, a ſpiritu ſancto edocta Suppl. q. 40. 7. c.

67 Sacer ordo apud Græcos & alios oriētales impedit matrimonium contrahendum, non autem iam contracti matrimonii uſum, apud uero occidentales tollit contractum, & contrahendum. Suppl. q. 53. 3. c.

68 Vir abſque uxoris conſenſu ad ſacros ordines accedens, illos ſuſcipit, quanquam ordinis executione careat, quam tamē ſuſcipit uxoris conſenſu uel morte. Suppl. q. 53. 4. c.

1 ¶Phyloſophus dicit, neque fiſtulas ad diſciplinam eſſe adducendum, neque aliquod aliud artificiale organum, puta cytharam, & ſi quid tale alterum eſt: ſed quæcunque faciunt auditores bonos, 22æ. q. 91. 2. 4m.

2 °Organis uel inſtrumentis muſicis non eſt utendū in eccleſia quia huiuſmodi muſica magis animum mouent ad corporalem delectationem, quam per ea formetur interius bona diſpoſitio: & ideo ſubtrahuntur in eccleſia inſtrumenta muſica, ut a corporalibus retrahantur, diuinis laudibus mancipat, 22æ. q. 91. 2. 4m.

3 In ueteri autem teſtamento, uſus erat talium inſtrumentorū tum quia populus erat magis durus, & carnalis, unde erat per huiuſmodi inſtrumenta prouocādus, ſicut & promiſſiones terrenas, tum etiam quia huiuſmodi inſtrumenta corporalia aliquid figurabant. 22æ. q. 91. 2. 4m. ſi.

1 ORigenes errauit, ſequendo opiniones philoſophorum antiquorum: ideo ſecundum eum, angeli ſunt corporei, 1ª q. 32. 1. 1m. °q. 51. 1. 1m. °12æ. q. 5. 4. c.

2 Origenes fuit fons Arrianorum, 1ª. q. 34. 1. c. 1m.

3 Origenes & Arrius dicunt, quòd uerbum in diuinis, dicitur tantum metaphorice, & non proprie. 1ª. q. 34. 1. c. 1m.

4 ¶Origo non ſignificatur ut aliquid intrinſecum, ſed ut uia à re ad rem: ideo non poteſt eſſe priuium diſtinctiuum perſonarum in diuinis, 1ª. q. 40. 1. c.

Ordo originis dupliciter conuenit Deo. ſ. reſpectu creaturarū & reſpectu perſonarum diuinarum, 1ª. q. 41. 1. 1m.

Omnis origo deſignatur per aliquem actum. 1ª. q. 41. 1. 1m.

1 ORnatus exterior, eſt indicium conditionis humanæ, ideo exceſſus, & defectus, & mediū eius, reducuntur ad uirtutem ueritatis, 22æ. q. 169. 1. 3m.

2 In ornatu & aliis exterioribus, non eſt peccatum ſecundum ſe: ſed ex inordinato uſu. ſ. uel contra conſuetudinem, uel ex intentione uanæ gloriæ, uel mollitiei, uel ſolicitudinis, uel negligentiæ, contra quæ eſt triplex uirtus, ſcilicet humilitas, per ſe ſufficientia, & ſimplicitas, 22æ. q. 169. 1. c. °quæ. 187. 6. c.

3 Mulier uel uir ornans ſe, ut prouocet alios ad concupiſcentiā peccat mortaliter: non autem ſemper ſi ornet ſe ex leuitate uel uanitate propter iactantiam, 22æ. q. 169. 2. c.

4 Mulier poteſt ornare ſe licite, ut placeat uiro ſuo: non autem mulieres quæ non habent uirum, nec uolunt habere, nec ſunt in ſtatu habendi, 22æ. q. 169. 2. c.

5 Ornatus pretioſarum ueſtium, in miniſtris altaris, uel in conſtitutis in dignitate, non eſt peccatum, quia fit ad gloriam Dei, & non ad gloriam ipſorum, 22æ. q. 169. 1. 2m.

6 Ars eorum, quibus homo poteſt bene & male uti eſt licita: ius ars faciens ornatus: niſi forte inueniendo ſuperflua & curioſa, 22æ. q. 169. 2. 4m.

7 Expoſitio literalis figuralis, & moralis octuplicis ornatus pontificis legalis, & quadruplicis ornatus ſacerdotum, 12æ. q. 102. 4. 9m.

8 ¶Oſculum ſecundum quod fit principaliter cauſa libidinis, eſt peccatum mortale, ſi ſit de mortali ex genere ſuo: non autem ſi ſit de ueniali ſecundum ſuum genus, 12æ. q. 74. 10 c. °q. 108. 3. 2m. °22æ. q. 154. 1. c.

1 ¶°Oſee propheta excuſatur a fornicatione: quia debuit obedire præcepto Dei °12æ. q. 94. 5. 2m. °q. 100. 8. 3m. °22æ. q. 104 4. 3m. °q. 154. 2. 2m.

2 ¶Ouis habet quatuor utilitates. ſ. quia immollatur, paſcit, lac & lanam dat: ideo furans ouem, quatuor reddit, 12æ. q. 105. 2. 9m.

3 Oues & hircos Aegyptii colebant: quia dæmones in eorum figura apparebant, 12æ. q. 102. 3. 2m.

1 ¶Oza erat tantum leuita: ideo percuſſit eum Deus, quia tetigit arcam, quod ſolis ſacerdotibus licebat, 22æ. quæſt. 33. 4. 1m.

P.

1 PActum cum dæmonibus initum, expreſſum uel tacitum prohibetur, primo præcepto decalogi, 22æ. q. 122. 2. 3m. ° 3. 4. c.

1 ¶Corpus dicitur palpabile ex duobus, ſcilicet ex qualitatibus tangibilibus, & quod reſiſtat tangenti: primum deficit ipſis cælis ſecundum aeri, 3ª. q. 54. 2. 2m.

2 Omne palpabile, eſt corruptibile per naturam: licet ſit incorruptibilē per gloriam, 3ª. q. 54. 2. 2m.

1 ¶°Conuerſio panum & multiplicatio eorū facta per Chriſtū, fuit per additionem materiæ nouiter creatæ, 1ª. q. 92. 3. 1m °3ª. q. 44. 4. 2m.

1 ¶Papa habet plenitudinem pontificalis poteſtatis, ſicut rex in regno: ſed epiſcopi aſſumuntur in partem ſolicitudinis, quaſi iudices ſingulis ciuitatibus præpoſiti, 1ª. q. 112. 2. 2m. °21æ. q. 89. 9. 3m. °3ª. q. 72. 11. 1m.

2 Papa poteſt abolere infamiam iuris ſed dicitur nō poſſe, quia aliquando non expedit: uel intelligitur non poſſe loquendo de infamia facti: uel loquitur de infamia irrogata per iudicem ciuilem, ſicut dicit Gratianus, 22æ. quæſt. 68. 4. 3m.

3 Erroneum eſt dicere, papam uicarium Chriſti non habere uniuerſalis eccleſiæ primatum, 1ª. q. 112. 2. 2m. ſi.

4 Leo papa propria ſpōte ſe ſubdit iudicio imperatoris, & Chriſtus hominibus, 22æ. q. 64. 5. 2m. °q. 67. 1. 1m.

1 ¶Parabola eſt ſententia habens obſcuram ſimilitudinem. 1ª. q. 1. 10. 3m.

1 PAradiſus triplex, ſcilicet terreſtris, cœleſtis, & ſpiritualibus, id eſt, uiſio Dei, 1ª. q. 102. 1. b. °22æ. q. 175. 3. 4m. °3ª. q. 52. 4. 3m.

2 Paradiſus terreſtris, eſt locus corporeus in oriente, ut in nobiliſſimo loco: & interpretatur ortus, 1ª. quæſt. 102. 1. c. °22æ. q. 84. 3. 3m.

3 Et eſt locus cōueniens habitationi humanæ: quia habet aerē temperatum & tenuiſſimum, & plantas ſemper floridas, 1ª q. 102. 2. c. °4. c.

4 Et eſt uicinus terræ, ſecundum ſitum: ſed dicitur pertingere ad globum lunæ, ſecundum ſimilitudinem: quia in eo eſt perpetua temperies aeris, 1ª. q. 102. 1. 1m.

5 Eua facta eſt in eo, ſicut etiam fuiſſent filii, niſi parentes peccaſſent: non autem Adam factus eſt in eo: ſed poſtea poſitus eſt in eo. 1ª q. 102. 4.

6 Animalia bruta non habitant ibi, ſed diſpoſitione Dei adducta ſunt ad Adam in paradiſo: ſerpens uero operatione diaboli, 1ª q. 102. a. 2m.

7 Adam conuenienter eſt eiectus de eo, propter peccatum, 22æ. q. 164. a. 2. c.

8 Per peccatum hominis, clauſa eſt ianua Paradiſi terreſtris, in ſignum clauſionis ianuæ paradiſi cœleſtis, 3ª. q. 49. 5. c.

9 Paradiſus terreſtris non eſt fruſtra poſt peccatum hominis: quia oſtendit bonitatem Dei, & damnum peccati primi hominis, 1ª. q. 102. a. 3m. *22æ. q. 164. a. 3m.

10 Paradiſus terreſtris non poteſt adiri propter impedimenta montium, uel marium, uel æſtuantis regionis: ideo non poteſt a nobis cognoſci, niſi per reuelationem ſcripturæ, 1ª. q. 102. 1. 2m. *3m. *22æ. q. 1 4. 2. 5m.

1 ¶ Paraſceue. Tunc non conſecratur euchariſtia: quia ſignificat paſſionem Chriſti quæ tunc celebratur, tamen a ſacerdote ſumitur corpus Chriſti ſine ſanguine, propter periculum ne effunderetur, ſi reſeruaretur, 3ª. q. 83. a. 3m.

1 PArs. *Partes ſunt in quas materialiter diuiditur totum, 3ª. q. 90. 1. c.

2 Pars triplex, ſcilicet integralis ſubiectiua, & potentialis: & ſimiliter totum triplex, ſcilicet integrale, uniuerſale, & poteſtatiuum, 1ª. quæſt. 76. 8. c. *quæſt. 77. 1. 1m. *12æ. q. 54. 4. 2m. *22æ. q. 48. c. *q. 80. c. *q. 120. 2. c. *q. 128. *q. 143. c. *3ª. quæſt. 90. 2. 3. c.

3 *Partes ſubiectiuæ, non ſunt de perfectione totius uniuerſalis, ſed eſt perfecte in qualibet eius parte perfecta ratio eius ſimul & æqualiter, 3ª. q. 90. 3. c.

4 Pars integralis duplex. ſ. eſſentialis, & quantitatiua, 1ª. q. 8. 2. m. *3ª. q. 90. 1. c.

5 Partes eſſentiales naturaliter, ſunt materia & forma: ſed logicæ, ſunt genus & differentia, 3ª. q. 90. 1. c.

6 Partes ſpeciei dicuntur, inquantum participant formam, & proprietatem ſpeciei: ſed dicuntur partes materiæ, inquantum ſunt ex materia: ideo ſunt eædem ſecundum rem, & differunt ratione, 1ª. q. 119. 1. 2m.

7 Partes ſpeciei, ſemper manent, ſed ut materiæ, ſemper fluunt & refluunt, 1ª. q. 119. 1. 2m.

8 Partes quantitatiuæ ſunt partes materiæ, 3ª q. 90. 1. c.

9 Vbicunque eſt multitudo ex parte materiæ, ibi eſt ratio partium, 3ª. q. 90. 1. c.

10 Aliquid per partem ſpeciei, uel per carnem ſecundum ſpeciem intelligitur id, quod primo accipit ſpeciem humanam, quod ſumitur a generante, & hoc dicunt ſemper manere, 1ª. q. 119. 1. 2m.

11 Sed hoc eſt contra intentionem philoſophi dicentis, quod ſicut in unoquoque habentium ſpeciem in materia, ita, & in carne, hoc eſt ſecundum ſpeciem, & aliud ſecundum materiam, 1ª. q. 119. 1. 2m.

12 Omnis pars eſt propter totum, & quodlibet indiuiduum, eſt propter ſuam ſpeciem, 1ª. q. 65. 2. c. *q. 70. 2. c. *12æ. q. 90. 2. c. *22æ. q. 2. 2. 5. c. *q. 65. 1. c.

13 Omnis pars eſt propter ſuum actum: & pars ignobilior, eſt propter partem nobiliorem: ſicut ſenſus propter intellectum & pulmo propter cor, & omnes partes ſunt propter perfectionem totius, ſicut & materia propter formam: partes enim ſunt quaſi materia totius, 1ª. quæſt. 65. 2. c. *quæſt. 70. 2. c.

14 *Vna pars eſt in potentia ad aliam, ſicut materia ad formam: uel omnes partes ſunt in potentia reſpectu totius, 1ª. q. 3. 7. c.

15 Bonum totius eſt finis cuiuslibet partium eius: & bonum commune eſt finis ſingularum perſonarum in communitate, 22æ. q. 58. 9. 3m. *q. 65. 1. c.

16 Bonitas cuiuslibet partis, eſt in proportione ad ſuum totum nec totum poteſt bene conſiſtere, niſi ex partibus ſibi proportionatis, 12æ. q. 92. 1. 3m. *22æ. q. 47. 10. 2m.

16 In quolibet toto, neceſſe eſt eſſe unam partem principalem, & prædominantem, & formalem: a qua totum unitatem habet, 22æ q. 49. 6. 1m.

18 Partibus potentialibus adeſt totum, ſecundum totam eſſentiam eius: ſed autem partibus integralibus. imo repugnat ratione totum, 3ª. q. 90. 3. c.

19 Omnes partes integrales, habent aliquem ordinem, ſ. uel ordinem ſitus, uel uirtutis, uel temporis, 3ª. q. 90. 3. 3m.

20 Vna pars integralis, poteſt conuenire totum uirtualiter: ſicut fundamentum totum ædificium, non autem eſſentialiter. 3ª. q. 90. 3. 2m.

21 *Vniuerſalius eſt totum & pars, reſpectu minus uniuerſalis, 1ª. q. 85. 3. 2m.

22 Totum denominatur a proprietate partis: quando proprietas non poteſt conuenire, niſi illi parti, 3ª. q. 16. 8. c.

23 Partes totius heterogenei carent forma totius, ut multitudo: non autem in homogeneis, ut continuum, 1ª. q. 11. 2. 2m.

24 *Eſſe totius, non eſt eſſe alicuius partis eius. 12æ. q. 4. 5. 2m.

25 In diuinis eſt ratio totius & partis, ſecundum rationē tantū 1ª. q. 30. 1. 4m.

26 Pars animæ dicitur dupliciter. ſ. potentia animæ, & pars potentiæ eius. 1ª q. 46. 7. c.

1 ¶ *Omne participatum a ſuperioribus in inferiora, & omne ſuperius, eſt ut formale, reſpectu inferiorum 1ª. q. 75. 5. 4m.

2 Omne quod eſt tale per participationem ſubditur ei quod eſt tale per eſſentiam & uniuerſaliter, 1ª. q. 96. 1. c.

3 Omne participans & omne participatum, eſt poſterius eo, quod eſt tale per eſſentiam, 1ª. q. 3. 8. c. ñ.

4 Omne quod eſt tale per participationem, cauſatur ab eo quod eſt tale per eſſentiam, 1ª. q. 8. 1. c. *q. 44. 1. c. 1m. *q. 61. 1. c. *q. 75. 5. 1m. *79. 4. c.

5 Creaturæ participant bonitatem Dei, non quidem ſecundum partem, ſed ſecundum ſimilitudinem & imitationem, 1ª. q. 75. 5. 1m.

6 ¶ Paruificentia eſt uitium oppoſitum magnificentiæ: & eſt circa magnos ſumptus: ideo eſt minus uitium quàm illiberalitas, 22æ q. 135. 1. 3.

1 ¶ Paruipenſio habet tres ſpecies, ſ. deſpectum, impedimentum uoluntatis, & contumeliam, 12æ q. 47. 2. c

2 Signa paruipenſionis ſunt quatuor, ſcilicet obliuio, denunciatio mali, gaudium de malo, & impedimentum uoluntatis, 12æ. q. 47. 2. 3m.

1 ¶ Paſcha dicitur quadrupliciter. ſ. agnus paſchalis: panes azimi: prima dies azimorū, & omnes ſeptem dies azimorum 3ª. q. 46. 9. 1m. *q. 74. 4. 1m.

2 Expoſitio omnium, quæ fiebant circa agnum paſchalem. 12æ q. 102. 5. 2m. *3m.

3 Paſcha celebrabatur menſe primo, ad commemorandum beneficium liberationis ex Aegypto, & ſignificabat paſſionē & reſurrectionem Chriſti, 12æ. quæſt. 100. 5. 2m. *q. 102. 4. 10m. *5. 2m.

4 Paſcha incipiebat in ueſperis quartædecimæ lunæ, 3ª q. 46. 6. c. 1m. *q. 74. 4. 2. 1m.

5 Feſtum paſſionis, & reſurrectionis Chriſti, ſuccedit feſto paſchæ, 12æ. q. 103. 3. 4m.

1 PAſſio dicitur dupliciter, ſcilicet improprie, id eſt, omnis receptio: & proprie, cum obiectione alicuius: & hoc dupliciter: uno modo propriiſſime, quādo, ſcilicet aliquid remouetur ab aliquo, quod conuenit ſibi ſecundum naturam, aut ſecundum propriam inclinationem, ſicut cum aqua frigiditatem amittit per calefactionem, & cum homo ægrotat contriſtatur: ſecundo modo minus proprie dicitur aliquis pati ex eo quod aliquid ab ipſo abiicitur, ſiue ſit ei conueniens, ſiue non conueniens: & ſic dicitur pati, non ſolum qui ægrotat, ſed etiam qui ſanatur: & non ſolum qui triſtatur, ſed etiam qui lætatur, uel quocunque modo aliquis alteretur, uel moueatur. 1ª. q. 14. 2. 2m. *q. 5. 2. c. *q. 7. 2. c. *q. 97. 2. *12æ. q. 22. 1. c. *q. 41. 1. c.

2 De ratione paſſionis proprie dictæ, eſt abiectio qualitatis naturalis, & impreſſio qualitatis extraneæ, & contrariæ. 12æ. q. q. 22. 1. c. *q. 31. 1. 3m. *q. 35. 1. c. *q. 41. 1. c.

3 Pati cum obiectione & tranſmutatione eſt proprium materiæ: ideo non inuenitur niſi in compoſitis ex materia & forma, 12æ. q. 22. 1. 1m.

4 Paſſio duplex, ſcilicet realis, & intentionalis ſeu ſpiritualis: ſecunda ſemper pertinet ad perfectionem patientis: ideo fuit in corpore Adæ ante peccatum, 1ª. quæſt. 95. 2. 2m. *quæſt. 97. 2. c. 12æ. quæſt. 22. 1. c. *q. 31. 1. 3m. *35. 1. c. *quæſt. 41. 1. c.

5 Paſſio duplex, ſcilicet corruptiua, & perfectiua, 1ª. q. 93. 2. 2m. *q. 97. 2. c.

6 Omne quod patitur & mouetur ab alio diſponitur per actum agentis, multiplicatum in qualitate, quæ habitus nominatur, 12æ. q. 51. 2. c.

7 Vt æqualitas cauſetur in paſſione: oportet quod actiuum totaliter uincat paſſiuum. 12æ. q. 51. 3. c.

8 Paſſio ad defectum pertinet: quia eſt rei ſecundum quod eſt in potentia, 1ª. q. 2. 2. c. 1m. *12æ. q. 22. 2m.

9 Paſſio in proprie dicta ſ. omnis receptio conuenit omni enti in potentia id eſt, cuilibet creaturæ. 12æ. q. 22. 1. 1m.

10 Magnitudo paſſionis non tantum dependet ex uirtute agentis ſed etiam ex paſſibilitate patientis, 12æ. quæſt 22. 3. 2m.

11 Paſſio ſumit ſpeciem ab actu, qui eſt terminus motus. 22æ. q. 2. 3. c.

12 Paſſio

12 Paſſio duplex.ſ.paſſio ſumata,& paſſio illata, 3ª.q.81.4.0

13 Paſſiones ſanctorum illatæ, proſunt eccleſiæ, per modum exhortationis & exempli:non autem per modum redemptionis, 3ª.q.48.5.3m

14 Paſſio proprie non conuenit animæ, niſi per accidens, ſed ſoli compoſito corruptibili conuenit per ſe: improprie uero conuenit omni enti in potentia, 12æ.q.22.1.0

15 Paſſio magis proprie eſt in parte appetitiua, quàm in parte apprehenſiua, 12æ.q.22.2.0.* q.41.1.c.* 3ª.q.15.4.c

16 Paſſio eſt magis proprie in appetitu ſenſitiuo, quam in appetitu intellectiuo, 1ª.q.20.1.1m.* 12æ.q.22.3.0.* q.41.1.c.* 22æ.q.58.9.c.* 3ª.q.15.4.c

17 Omnis motus appetitus ſenſitiui, dicitur paſſio:& præcipue ille qui in defectum ſonat, 12æ.q.35.1.c.* q.41.1.c

18 In paſſionibus animæ,eſt aliquid quaſi materiale.ſ.tranſmutatio corporis, & aliquid quaſi formale.ſ.ex parte appetitus, 1ª.q.20.1.2m.* q.75.3.3m.* 12æ.q.22.2.3m.* 37.4.c.* q.44.1.c.* q.45.3.c.* q.48.2.c

19 In omni paſſione animæ, aliquid additur, uel minuitur à naturali motu cordis, 12æ.q.24.2.2m

20 Paſſiones animæ tanto uehementius impellũt, quanto magis ſequuntur inclinationem naturæ, 22æ.q.1 5.2.c

21 *Nomina paſſionum animæ quandoque ſumũtur pro ſimplici operatione uoluntatis, 1ª.q.20.1.1m.* q.59.4.2m.* q.14.3.c.* q.81.5.1m.* 12æ.q.22.3.3m 22æ.q.18.1.c

22 Paſſio animæ,ut paſſio, habet principium ab exteriori:ſed ut eſt uoluntaria,habet principium ab interiori, 3ª.q.48.1.1m

23 Omnis paſſio animæ inclinat cum impetu in ſuum obiectum,22æ.q.27.1.c

24 Obiecta paſſionum animæ, ſe habent ad eam ut formæ, à quibus ſpecificantur: ideo quicquid eſt cauſa obiectorum, eſt & cauſa paſſionum, 12æ.q.44.1.c

25 Anima dupliciter dicitur tota pati ſcilicet ſecundum eſſentiam ſuam, ideſt, corpore patiente & diſpoſito ad ſeparationem ab anima:& ſecundum omnes eius potentias, 3ª.q.46.7 8.0

26 *Omnes paſſiones animæ reducuntur ad vndecim ſpecies ſcilicet ſex in concupiſcibili, ideſt, amor, odium, deſiderium ſeu concupiſcentia,fuga uel abominatio, delectatio uel gaudium,dolor uel triſtitia: ſed aliæ quinque ſunt in iraſcibili ſcilicet ſpes, deſperatio,timor,audacia,& ira,12æ q.23.4.0.* q.25.3.4.c

27 Paſſiones principales animæ ſunt quatuor: quarum duæ ſunt finales ſimpliciter, ſcilicet gaudium & triſtitia:& duæ finales in genere,ſcilicet ſpes & timor, 12æ. q.25.4.0.* q.84.4.1m.* 22æ.q.123.12.1m. *q.141.7.3m

28 Omnes paſſiones animæ, reducuntur ad has quatuor principales,ſicut ſpecies ad genus: uel imperfectum ad perfectum:uel ſicut effectus ad cauſam: & participans ad participatum, 12æ.q.25.4.c.&.

29 Paſſio animæ duplex ſcilicet perfecta & imperfecta: tunc dicitur eſſe paſſio perfecta, per quam anima perturbatur, quando paſſio ſenſitiuæ partis pertingit vſque ad immutandum rationem à rectitudine ſui actus ſcilicet,ut ſequatur paſſionem, & non habeat liberum arbitrium ſuper eam, 3ª.q.46.7.3m

30 Potentiæ animæ pati poſſunt dupliciter.ſ.paſſione propria ideſt,à ſuo obiecto & paſſione aliena, ideſt,ſui ſubiecti, 3ª. q.46.7.8.c

31 Cauſa paſſionum animę aſſignari poteſt dupliciter.ſ.ex parte obiecti,& ex parte ſubiecti, 12æ. q.43.1.2.c.* q.45.3.c.* q.46.5.c

32 Paſſiones animæ uincũt rationem tripliciter ſcilicet diſtrahendo,inclinando in contrarium rationi, & ligando uitã ratione corporali,ſicut ſomnus & ebrietas ligant eam,12æ q.77.2.0.* 6.c

33 Paſſio appetitus ſenſitiui, non poteſt directe trahere, uel mouere uoluntatem,ſed indirecte dupliciter.ſ.per abſtractionem:& ex parte obiecti impediendo, iudicium rationis per fortem imaginationem, 12æ. q. 77.1.c.* 22æ.q. 156. .c.* 3ª.q.46.7 3m

34 Paſſiones diuerſarum potentiarum, differunt genere:quæ autem ſunt diuerſorum obiectorum eiuſdem potentiæ differunt ſpecie tantum, 12æ.q.23.1.0.* q.54.1.0

35 *In paſſionibus animæ, eſt duplex contrarietas ſcilicet ſecundum diuerſitatem obiectorum, ideſt, boni & mali: & ſecundum acceſſum,& receſſum ab eodem termino: prima tantum eſt in paſſionibus concupiſcibilis,ſed utraque eſt in paſſionibus iraſcibilis,12æ.q.23.2.0.* q.40.4.0.* q.45 1. 2m

36 Omnis paſſio iraſcibilis,ſignificat motum tantum, ſed paſſionum concupiſcibilis, quædam ſignificant motum, & quædam quietem, 12æ.q.23.4.c.* q.25.1.0.* 3.c

37 Nomina omnium paſſionum animæ, poſſunt ſumi dupliciter,ſcilicet abſolute,& ut recedunt a ratione:primo modo ſunt paſſiones: ſecundo autem modo ſunt uitia, 12æ. q.45.1.1m.* q.59.1.2m.* 22æ.q.127.1.c.3m

38 Nomina paſſionum animæ, quarum obiectum eſt malum, aliquando ſignificant uitia,quorum obiectum eſt malum ut odium, ira, inuidia, & audacia quarum autem obiectum eſt bonum,ſignificant virtutes, ut ſpes,& amor.22æ. q.127.1.3m

39 Ordo omnium paſſionum animæ, 12æ.q.25.0

40 Omnis paſſio cuius obiectum eſt bonum, eſt naturaliter prior, paſſione ſibi oppoſita, cuius obiectum eſt malum, 1ª.q.20.1.c.* 12æ.q.25.2.3.c.* 22æ.q.14 3.1m

41 Omnis paſſio cuius obiectum eſt bonũ uel conueniens ſimpliciter,eſt in concupiſcibili: ſi autem obiectum eius eſt ut difficile uel arduum, ideſt, cum determinatione quantitatis,eſt in iraſcibili: ſimiliter & oppoſitæ harum, 12æ. q. 23.1.c.* q 25.1.c * q.40.1.c.* q.46.3.c

42 Paſſiones iraſcibilis, ſunt poſteriores paſſionibus concupiſcibilis,quæ ſignificant motum: ſed ſunt priores iis, quæ ſignificant quietem, 12æ.q.25.1.0.* q.40.1.c. * 22æ. q.141. 3. 1m

43 Omnis paſſio iraſcibilis,terminatur ad paſſiones concupiſcibilis:& incipit ab eis, 1ª.q.81.2 c.* 12æ.q.23.1.2m. * q.25. 1.0.* 3.c.* q.40.1.4.c.* q.41.2.3m.* q.46.3.2m. *q.65.1.3m * q.82.3.2m.* q.84.4.2m.* q.100.5.6m. * 22æ.q.41.2.1m.* q.118.6.c

44 Paſſionum animæ,quædam ſunt bonæ, & quædã ſunt malæ, ſecundum ſpeciem ſuam, in quantum ſunt in genere moris:non autem in quãtum ſunt in genere naturæ, 12æ. q.24.4.0.* 22æ.q.158.1.c

45 Paſſiones animæ,& motus membrorum, in quantum imperantur à uoluntate, uel non prohibentur, ſunt bonæ uel malæ moraliter:non autem ſecundum ſe, 12æ.q.24.1.0.* q.59.1.c.2m.* 22æ.q 35.1.1m.* q.158.2.c

46 Paſſiones ſecundum quod ordinantur à ratione, ſunt laudabiles,uel uituperabiles:non autem ſecundum ſe,12æ.q. 24.1.3m.* 2.0.* q.45.1.1m.* q.50.1.c.* 22æ.q.35.1.2m.* q. 123.1.0.* q.127.1.0.* 158.1.0.* 2.c.1m

47 Omnis paſſio animæ, ſecundum Stoicos eſt mala: non autem ſecundum Peripateticos,12æ.q.24.2.0 * q.59.2.3.0.* 22æ.q.123.10.c.* q. 58.1.1m.* 3ª.q.15.4.2m. * q.46. 6.1m

48 Omnis paſſio animæ ſecundum Stoicos. ſ. inordinata, tollit,uel diminuit bonitatem actus ſed ſecundum Peripateticos aliqua,ideſt,moderata,auget eam: ſicut etiam actus membrorum,12æ.q.24.3.0

49 Omnis paſſio animæ,præueniens iudicium rationis, diminuit bonitatem actus: ſed paſſio conſequens per redundantiam eſt ſignum melioris actus per electionem autem facit actum meliorem,12æ.q.24.3.1m.* q.77.6.2m.* q.59. 2.3m. *22æ.q.2.10.c

50 Paſſio præueniens iudicium rationis, diminuit peccatum: ſequens uero auget peccatum, uel ſignificat auctum, 12æ. q.24.3.3m.* q.47.2.c.* q.77.6.0

51 Paſſio totaliter tollens vſum rationis,totaliter excuſat à peccato:niſi fuerit uoluntaria in ſua cauſa, non autem alia, 12æ.q.77.7.0.* 8.3m

52 Nulla inclinatio paſſionis uel habitus, ita vehemens eſt, quod ei ratio non poſſit reſiſtere, ſi remaneat uſus rationis, 12æ.q.10.3 0.* q.77.8.c.* q.80.3.0.* 22æ.q.155. 3.3m. * q.166.1.c.* q.175.1.2m

53 Anima Chriſti fuit paſſibilis dupliciter ſcilicet paſſione corporali,& paſſione animali, ſicut & anima noſtra, 3ª. q.15. c * 10.c.3m

54 Tota anima Chriſti,ſecundum eſſentiam,& ſecundum omnes potentias eius, ſecundum quod ſunt in eſſentia animæ patiebantur:non autem ex parte obiecti,niſi potentię inferiores, 3ª.q.46.7.0

54 Paſſiones in anima Chriſti, non ferebantur ad illicita, nec præueniebãt actum rationis: nec impediebatur iudicium rationis,ſicut fit in nobis, 3ª.q.15.4.0.* 6.c. * q. 19. 2.c.&.* q.46.7.3m.* q 48.2.2m.* q.49.4.3m

55 Paſſio Chriſti fuit bona ſimpliciter, & mala ſecũdum quid, 3ª.q.22.2.2m.* q 47 2 3m.* 4 2m.* 6 3m

56 Acerbitas paſſionis Chriſti cauſabat in eo timorem, triſtitiam,& dolorem, 3ª.q 7.6.0.* q.15.7 0

57 Paſſio Chriſti fuit neceſſaria, non quidem abſolute,nec ex coactione,ſed ex ſuppoſitione fine ſcilicet liberationis noſtræ, exaltationis Chriſti, & præordinatione Dei, 3ª.q.46 1.0

58 Poſſibile fuit Deo,liberare hominem, ſine paſſione Chriſti:

ſi non præſupponatur præſcientia eius, 3a. q. 46. 2.0.° q. 56. 1.1m

59 Non fuit alius modus conuenientior redemptionis noſtræ, quam per paſſionem Chriſti, 3a.q.46.3.0

60 Liberatio hominis per paſſionem Chriſti, fuit maioris miſericordiæ & iuſtitiæ, quàm ſi Deus remiſiſſet peccata, ſine ſatisfactione, 3a.q.46.1.3m

61 Chriſtus fuit paſſus conuenienti tempore, ſ.luna quintadecima, hora ſexta, in iuuentute, 3a.q.46.9.0.° 10.c

62 Chriſtus paſſus eſt in loco conuenienti, ſcilicet in Hieruſalem, quadruplici ratione: ſcilicet quia primo Hieruſalem erat locus à Deo electus, ad ſacrificia ſibi offerenda, figurantia Chriſti paſſionem: ſecundo quia uirtus paſſionis Chriſti, ad totum mundum erat diffundenda, & Hieruſalem erat in medio terræ, vnde dicitur vmbilicus terræ: tertio quia hoc maxime conueniebat humilitati Chriſti, quod in loco tam celebri, confuſionem pati non recuſauit: quarto, ut oſtenderet à principibus populi exortam eſſe iniquitatem occidentium Chriſtum, qui principes in Hieruſalem morabantur. Et paſſus eſt extra portam, triplici ratione: ſcilicet primo ut ueritas reſponderet figuræ, qua vitulus & hircos pro peccato, extra caſtra comburebantur: ſecundo ut per hoc daret exemplum nobis, exeundi a mundana conuerſatione: tertio ne Iudæi ſubtraherent ſacrificii ſalutaris, nec putarent pro illa tantum plebe oblatum ſecundum Chryſ. nec in templo paſſus eſt, ſed in caluaria, 3a.q. 35.7.[illegible]m.° q 46.10.0. ° q.83.3.2m

63 Paſſio Chriſti conuenienter incepit à Iudæis, & finita eſt à gentilibus: ſicut etiam effectus eius, 3a.q.47.4.0

64 Paſſio Chriſti attribuitur ſuppoſito diuino, non quidem ratione naturæ diuinæ ſed naturæ humanæ, 3a.q.46.12.0

65 Chriſtus paſſus eſt non quidem ab intrinſeco, ſed ab extrinſeco, omnes paſſiones, non quidem omnes ſecundum ſpeciem ſed ſecundum genus tripliciter ſcilicet ab omni homine, in omni re, & ſecundum omnẽ ſenſum, 3a. q.46.5. 0.° q.48 1.c

66 Pater tradidit Chriſtum paſſioni ex charitate: ſimiliter ipſe Chriſtus ut Deus & ut homo: ſed Iudas ex cupiditate: Iudæi ex inuidia. Pilatus autẽ ex timore, 3a.q 47.3.0.° 6.2m

67 Paſſio Chriſti ut ſaluatiua, erat volita Deo & ſanctis: Iudæis autem, ut erat afflictiua Chriſti, 3a.q.18 5.c.° q.47. [illegible].3m

68 Paſſio Chriſti fuit ei uoluntaria, & ſubiecta ſuæ uoluntati, 3a.q. 66.9.c.° q 47. [illegible].0

69 Chriſtus & mater eius, & quilibet ſanctus, uolebat uoluntate deliberata paſſionem Chriſti licet uolũtas naturalis diſſentiret, 3a.q.156.4m ° q.18 5.c.° q.23 [illegible]m.° q.47.1.0.° 2. c.2m.° 6 3m

70 Omnes actiones, & paſſiones Chriſti, operabantur inſtrumentaliter, in virtute diuinitatis: ad ſalutem humanam, 3a q 48.6.c.° q.49 1.c.[illegible] ° [illegible].56.1.1m

71 Paſſio Chriſti, ratione diuinitatis eius, agit per modum efficientiæ, ratione uoluntatis animæ eius, per modum meriti: in carne Chriſti per modum ſatisfactionis, in quantum liberamur à reatu pœnæ, ut à ſeruitute culpæ: per modum redemptionis, & ut reconciliaus nos Deo, per modum [illegible], 3a.q.48.6 3m. ° q.62.5.c

72 Chriſtus per paſſionem ſuam meruit nobis ſalutem æternam, 3a.q.46.3.c.° q 48.1.c.° 6.3m.° q.49.1.c. ° q. 50. 6.c. ° [illegible].1.4m ° 2 4m.° 61 1 2m.° q.62.5.0

73 Per paſſionem Chriſti omnia impedimenta ſalutis ablata ſunt, & omnia bona ſunt nobis data, quoad meritum, 3a. q 48.1.2m

74 Paſſio Chriſti habuit aliquem effectum: quem non habuerunt præcedentia merita, propter genus operis: non autem propter maiorem charitatem, 3a.q.48.1.3m. ° q 4[illegible].6.2m

75 Chriſtus per paſſionem ſuam meruit exaltari quadrupliciter, ſcilicet per reſurrectionem, aſcenſionem, ſeſſionem ad dexteram patris & iudiciariam poteſtatem, 3a.q.49.6.0

76 Nullius peccati remiſſio, nec ſalus poteſt fieri, niſi per paſſionem Chriſti, 3a.q.69.1.2m. ° q.73.5.c

77 Vna minima paſſio Chriſti, ſufficeret pro omni peccato, 3a.q.46.5.3m.° 6 6m

78 Chriſtus ſua paſſione, nos à peccatis liberauit cauſaliter, id eſt, inſtituit cauſam qua poſſent quæcunque & quandocunque peccata remitti, 3a.q.49.1.5m

79 Paſſio Chriſti eſt cauſa uniuerſalis in remiſſione peccatorum: quam oportet ſingulis applicari, per baptiſmum, pœnitentiam, & alia ſacramenta, 3a. q. 4[illegible].1.4m.° q.52.1 3m.° 8.2m.° q.61.1.2m.° q.62 5.6 c. ° q [illegible] 9.1.3m

80 Paſſio Chriſti eſt propria cauſa remiſſionis peccati tripliciter. ſ. prouocando ad charitatem, redimendo, & inſtrumentaliter operando, 3a.q.56 2.4m.° q.79.3.c. ° 3a.q.49.1. 2.3.c. ° 4 c.2m. ° 5.c. ° q.52.5.c. ° q.56.2.4m. ° q.62.5.c. ° q.69.1.2m.° 5m.° q.79.3.c

81 Per paſſionem Chriſti liberati ſumus de poteſtate diaboli, victi per humilitatem, obedientiam, & pœnam Chriſti: & ſatiſfaciendo pro culpa, fecit nos coniunctos, domeſticos, & filios Dei: ideo paſſio eius dupliciter habet rationem redemptionis ſcilicet, quia in quantum nos à poteſtate diaboli eripuit, dicitur nos redemiſſe: ſicut rex regnum occupatum ab aduarſario per laborẽ certaminis: in quantum uero Deum nobis placuit, dicitur nos redemiſſe: ſicut pretium ſoluens ſatiſfactionis pro nobis, ut à pœna, & à peccato liberaremur. 3a q.48.4.0. ° 6.3m. ° q.52.1.c

82 Paſſio Chriſti, ex ſua uoluntate eius: fuit ſatiſfactio pro omni peccato etiam occidentium eum: non autem ut ab alio, ſecundum ſe, 3a.q.22.2.2m.° 3.c.° q.39.5.5m.° q.48.2.2m.° q.49.4.3m.° q.57.6.2m.° q.69.3.c.° 7.1m

83 Paſſio Chriſti fuit quaſi pretium, per quod liberati ſumus à ſeruitute diaboli, peccati, & pœnæ, 3a.q.48.4.c

84 Per paſſionem Chriſti, liberati ſumus à peccato communi totius naturæ, quoad culpam, quoad reatum pœnæ, & à propriis peccatis ſingulorum, 1a. q.49.5.c.° q.52 5.c.2m.° q.86.4.5m

85 Paſſio Chriſti ſufficienter abſtulit peccatum originale, quo ad perſona, & quoad naturam, 3a.q.49.5.c

86 Chriſtus patiendo, omnia præcepta ueteris legis moralia, ceremonialia, & iudicialia impleuit, 3a.q 47.2.1m

87 Nunquam ſine fide paſſionis Chriſti, potuit eſſe ſalus: ideo ſemper oportuit eſſe aliquod repræſentatiuum eius hominibus, 3a.q.73.5.c

88 Paſſio Chriſti efficienter operata eſt noſtram ſalutem, ut cauſa inſtrumentalis: ſed Deus ut cauſa principalis, 1a. q. 48 6.0.° q.49.1.c

89 Paſſio Chriſti, eſt cauſa ſalutis omniũ, ſed applicata eſt mortuis per deſcenſum Chriſti ad inferos: ſicut & uiuis per ſacramenta, 3a.q.12.1.2m

90 Paſſio Chriſti non ſaluat, niſi configuratos, 1.2æ.q.85.5.2m ° 3a.q.49.1.4m.° 3.2m.° 3m.5.c. ° q.11 1.2m. ° 7.8.c. ° q. 79.2.1m.° 7.2m

91 Per paſſionem Chriſti & per mortem eius, reconciliati ſumus Deo patri, 1a.q.48.4 1. ° q 49.2 c.° 4.0

92 Per paſſionem Chriſti, tripliciter ſumus liberati de poteſtate diaboli, ſcilicet quia in quantum paſſio Chriſti eſt cauſa remiſſionis peccatorum in quantum nos Deo reconciliauit: & in quantum in paſſione Chriſti diabolus excedit modum poteſtatis ſibi traditæ a Deo, machinando in mortem Chriſti, qui non habebat meritum mortis, cum eſſet abſque peccato, 3a.q.48.4.c.° q. 49.2 0

93 Per paſſionem Chriſti, dupliciter ſumus liberati à reatu pœnæ, ſcilicet uel directe, in quantum paſſio Chriſti fuit ſufficiens & ſuperabundans ſatiſfactio pro peccato humani generis, exhibita autem ſatiſfactione ſufficienti, tollitur reatus pœnæ, uel indirecte in quantum paſſio Chriſti, eſt cauſa remiſſionis peccati, in quo fundatur reatus pœnæ, 3a.q.22.3.c.° q.48. 6.3m.° q.49.3.0.° q. [illegible] 2.5 [illegible] ° quæſt 86. 4. 1m

94 Paſſio Chriſti operata eſt noſtram ſalutem proprie removendo mala, ſed reſurrectio [illegible] bona, & exemplariter, 3a. [illegible] 3 1 3m. ° q.56.1 4m. ° 2 4m. ° q.62. [illegible] 1m

95 Chriſtus per paſſionem ſuam, inſtituit ritum Chriſtianæ religionis, 3a.q.62 5.c. ° q.63.[illegible].c

96 Chriſtus per paſſionem ſuam, aperuit nobis ianuam cœli: ſed per aſcenſionem ſuam, introduxit nos in poſſeſſionem eius, 3a.q.49. [illegible].0.° q.79.2.c.1m

97 Chriſtus per paſſionem ſuam, conſecutus eſt gloriam reſurrectionis, non autem ex vi ſacrificii, quod offertur per modum ſatiſfactionis: ſed ex deuotione, qua ex charitate humiliter paſſionem ſuſtinuit, 3a.q 22.4 2m

98 Paſtor eccleſiæ & fundamentum eius, principaliter dicitur Chriſtus: ſecundario autem cæteri prælati, 3a.q.8.6.3m

1 PAter in diuinis prius dicitur de Deo, quam de creatura, 1a.q [illegible] 3.2.4m

2 Paternitas in Deo & creaturis, non eſt eiuſdem rationis vniuoce, ſed analogice, 1a.q.[illegible] 1.[illegible] 5m

3 Pater prius dicitur perſonaliter, quàm eſſentialiter, 1a. q. 33.3 0

4 In diuinis eſſentia eſt pater, ſi pater tenetur ſubſtãtiuè, non autem ſi tenetur adiectiue, 1a.q.3[illegible] 5m

5 Pater eſt magis proprium nomen perſonæ patris, quàm genitor uel generans, 2a.q.33.2.0. ° 40 2.c. ° 3a.q.60 [illegible]. 2m.° q.66 [illegible].7m

6 Pater cognõ, id eſt, paternitate, eſt quis, & pater, [illegible]a. q.40 3.2m

7 Pater-

7 Paternitas eſt in angelis, ſecundum actus hierarchicos: ſicut magiſter eſt pater diſcipuli, 1ª.q.45.5.1m
8 ¶Patres cõſcripti dicebantur olim conſiliarij, quia ſcribebantur, 1ª.q.24.1.c

1 Patientia dicitur dupliciter, ſcilicet habitus, & delectatio in actu eius: primo modo eſt uirtus, ſed ſecundo modo eſt fructus 12æ.q.116.1.3m
2 Patientia eſt uirtus, conſeruans bonum rationis contra triſtitiam, 12æ.q.66.4.2m.*22æ.quæſt.128.1.c.*quæſt.136.1.c.*5.c.
3 Pati triſtitia ad malum finem, non eſt propria patientia: ſed eſt duritia, 22æ.q.136.1.2m
4 Patientia nõ eſt potiſſima uirtus, ſed eſt inferior omni uirtute theologica & cardinali, 12æ.q.66.4.2m.*22æ.quæſt.136.2.c
5 Ad patientiam pertinet longanimitas & conſtantia: inquantum dilatio boni, quæ eſt longanimitatis, & labor in continua executione boni, habent rationem mali contriſtãtis, 22æ.q.136.5.c
6 Patientia eſt radix & cuſtos uirtutum, ſolum remouendo prohibens, 22æ.q.136.2.3m
6 Patientia, ut uirtus, non poteſt haberi ſine charitate & gratia 22æ.q.136.3.c
8 Patientia eſt in concupiſcibili ſubiectiue, 22æ.quæſtio.136.1.1m
9 Actus patientiæ in patria, non eſt ſuſtinere, ſicut eſt in uia: ſed eſt frui bonis acquiſitis per eam, 22æ.q.176.1.1m
1 ¶Paulus erat inſtructus in propria lingua, quo ad ſuperaddita per artem humanam ad ornatum & elegantiam locutionis: non autem in lingua aliena, 22æ q.176.1.1m
2 *Paulus in ſua conuerſione, habuit uoluntatem actualem contrariam gratiæ, ideo celebratur ut miraculoſa, 12æ.q.9.6.3m.ſi.*q.112.2.1m.*q.113.10.c
3 Paulus in ſua conuerſione, uidit Chriſtum corporaliter, 3ª.q.57.6.3m.
4 Paulus præfert ſe & alios apoſtolos, Moyſi, 22æ.quæſt.174.4.3m.
5 Paulus uere, ac iuſte reprehendit Petrum in obſeruatione legalium, quia cogebat gentes, nõ quidem imperio, ſed ſuæ conuerſationis exemplo iudaizare: quia ſecundũ quod Leo papa dicit, ualidiora ſunt exempla, quam uerba, 12æ.q.103.4.2m.*22æ.q.33.4.2m.*q.43.6.2m
6 Paulus allegat uerbũ Arati poetæ, ſcilicet genus Dei ſumus, & in ipſo uiuimus, mouemur, & ſumus, 1ª.q.1.8.2m
7 Epiſtolæ eius, & pſalmi Dauid, frequentantur in eccleſia, ad ſpem ueniæ: & quia continent quaſi totam theologiam, 3ª.q.83.4.c.prin.
1 Paupertas ſpiritus, includit duo, ſcilicet abdicationem temporalium rerum, quæ fit ſpiritu, ideſt, propria uoluntate, per inſtinctum ſpiritus ſancti (ut Ambroſius & Hieronymus exponunt) & conſtitionem ſuperbiæ, ſecundũ quod paupertas ſpiritu intelligi poteſt exinanitio inflati & ſuperbi ſpiritus (ut Auguſtinus exponit.) 22æ. quæſtiõ.19.12.c.
2 Paupertas uoluntaria commendatur, 3ª.q.40.3.c
3 Paupertas uolũtaria, eſt iudicium maximæ humilitatis, 22æ.q.19.12.c.*3ª.q.40.3.3m
4 Chriſtus uoluit eſſe pauper quadruplici ratione: primo quia paupertas uoluntaria conuenit prædicatori: ſecundo ne uideretur prædicare ex cupiditate: tertio ut nos faceret diuites ſpiritualiter: quarto ut uirtus Dei maior oſtenderetur, 3ª.q.35.7.c.*q.40.3.c

1 Pax eſt tranquillitas ordinis, maxime in uolũtate, 12æ.q.70.3.c.*22æ.q.29.c
2 Pax non eſt uirtus, ſed eſt affectus uirtutis, ſcilicet charitatis, 22æ q.29.3.4.c
3 De ratione pacis eſt duplex unio, ſcilicet diuerſorum appetẽtium: & appetituũ eiuſdem appetentis, & reſpectu eiuſdem appetibilis, 22æ.q.29.c
4 Pax includit concordiam, addens unionem eiuſdem appetentis, ultra unionem diuerſorum appetentium, quam dicit concordia, 22æ.q.29.1.c
5 Perfectio gaudij eſt pax quo ad duo importata per pacem, ſcilicet quo ad quietem à perturbantibus, & quo ad ſedationem a fluctuatione deſiderij, 12æ.q.70.3.c
6 Pax reipublicæ, eſt ſecundum ſe bona, & multo plura prohibet, ſcilicet homicidia, ſacrilegia, & huiuſmodi, quàm occaſionentur ex ea, & plures bene ea utuntur, 22æ.quæſt.123.5.3m
7 Paci opponuntur multa uitia, ſcilicet diſcordia in corde, contentio in ore, ſchiſma, rixa, & bellum in opere, 22æ.q.34.37.39.principio.
8 Chriſtus in ortu ſuo fecit pacem totius mundi: ut ſignificaret ueram pacem, 3ª.q.35.8.1m
9 Pax cauſatur ex iuſtitia, ſubtrahendo occaſiones litigiorum, & tumultuum, 22æ.q.29.3.3m.*q.180.2.2
10 Omnia appetunt pacem, 22æ.q.29.2.c
11 Pax perfecta eſt tantum in beatis: ſed pax imperfecta eſt in uiatoribus, 22æ.q.29.2.4m
12 Pax uera eſt tantum in bonis, & bonorum: apparens autem eſt in malis, 22æ.q.29.2.3m
13 Pax uera non eſt in nobis, ſine gratia gratum faciente, ſed tantum pax apparens, 22æ.q.29.3.1m.
1 ¶Peccare eſt uoluntate auerti à Deo, 1ª.q.94.1.c
1 ¶Peccatum dicitur dupliciter, ſcilicet propter peccatum præteritum, & propter propoſitum peccandi, 1ª.q.68.4.c
1 ¶Peccatum eſt actus deuians ab ordine debiti, finis, contra regulam naturæ, rationis, uel legis æternæ, 1ª.q.63.1.c.*12æ q.21.1.c.*2.2m.*q.71.6.c 1m.*3m.*q.62.1.c.2m.*22æ.q.162.1.c.*q.168.4.c
2 *Peccatum non eſt pura priuatio, 12æ.q.72.1.2m.*q.75.1.c.1m.*q.85.5.3m
3 Peccatum nihil aliud eſt, quàm deficere à bono, quod conuenit alicui, ſecundum naturam ſuam, 12æ.q.109.2.2m.*8.c.
4 Omnis defectus debiti actus habet rationem peccati, 22æ.q.64.1.c
5 Peccatum nihil aliud eſt, ſecundum Auguſtinum, quàm derelictis rebus æternis temporalia ſectari, 12æ.q.71.6ª.3.3m.*22æ.q.104.3.c
6 Peccatum nihil aliud eſt quàm utendis frui, & fruendis uti, ſecundum Auguſtinum, 12æ.q.71.6.a.1.3m
7 Peccatum eſt dictum, uel factum, uel concupitum, contra legem æternam, ſecundum Auguſtinum, 12æ.q.71.6.c.*q.76.2.1m
6 Omne quod eſt contra naturalem inclinationem, eſt peccatum: quia contrariatur legi naturæ, 22æ. q.133.1.c.*q.142.1.c
9 Peccatum eſt præuaricatio legis diuinæ, & cœleſtium inobedientia præceptorum ſecundum Ambroſium, 12æ.q.109.4.c.*22æ.q.79.2.2.1m
10 Peccatum eſt uoluntas retinendi, uel conſequendi, quod iuſtitia uetat, 12æ.q.71.6.2.2.
11 Omne peccatum eſt uoluntarium, 12æ.q.71.5.2.*6.c.2m.*q.73.6.c.*q.74.1.2.3.c.*q.76.1.c.2m.*4.c.2m.*q.77.6.c.*q.80.1.c.*q.8[illegible].*q.88.1.1m.*22æ.q.10.2.c.*q.34.2.4.c.*q.46.2.2m.*q.[illegible].8.c.*q.118.4.c
12 Ex hoc eſt aliquid peccatum, quia repugnat uirtuti, 22æ.q.107.1.c
13 In quolibet peccato, eſt aliquid uirtutis, quia non poſſunt ſimul corrumpi omnes circunſtantiæ uirtutis, 12æ.q.73.2.c.ſi.
14 Ratio formalis peccati duplex, ſ. ſecundum intentionem peccantis, ideſt illud, ad quod conuertitur, & ſecundum rationem mali, ideſt bonum a quo recedit: primum diuerſificat ſpeciem peccati, non autem ſecundum, 22æ q.10.5.1m
15 Peccatum non dicitur uniuoce, de omni peccato: ſed prius de actuali, quam de originali: & prius de mortali, quam de ueniali, 12æ.q.88.1.1m.*3.1m
16 Peccatum duplex, ſcilicet peccatum actuale, & peccatũ quaſi naturale, 3ª.q.8.5.1m
17 Peccare contingit aliquem dupliciter, ſcilicet uel in ſe quo ad actum peccati: uel in ſua cauſa, 22æ.q.30.1.c.*q.150.1.4.c.*q.154.5.c
18 *Peccatum duplex, ſcilicet occultum, & publicum: ſecundum eſt corrigendum publice, non autem primum, 3ª q.55.1.1m
19 Peccatum dupliciter contingit in actibus humanis, ſcilicet ex natura facti, ut in malis ex genere, & ex abuſu boni, 1ª.q.48.6.c
20 Peccatum triplex, ſcilicet contra Deum, contra ſe, & contra proximum, 12æ.q.72.4.c
21 Peccatum triplex, ſcilicet cordis, oris, & operis, 22æ.q.162.4.4m.
22 Peccatum dicitur ſpeciale dupliciter, uel quia eſt circa ſpecialem materiam, uel propter ſpecialitatem actus extendẽtis ſe ad omnem materiam, ut omnia uitia circa actum rationis, 12æ q.54.1.c.*q.99.2.c
23 Peccatum duplex, ſcilicet carnale, & ſpirituale: primum perficitur in delectatione naturali, ideſt, ſecundum tactum: ſecundum uero in delectatione animali, 12æ.q.72.2.c.*q.73.5.c.*22æ.q.118.6.c

24 Peccatum

24 Peccatum dicitur carnale dupliciter, ſcilicet ſecundum con ſummationem, & ſecundum originē: primo modo ſunt tantum gula & luxuria: ſecundo autem modo omnia, 12æ q.72.2.0

25 In peccato ſunt duo, ſcilicet prauitas, & motiuum: primum eſt plus in creatura ignobiliori: ſecundum autem in nobiliori, 1ª.q.63.7.c

26 In quolibet peccato ſunt duo, ſcilicet materiale, ideſt ſubſtātia actus, & formale, ideſt, inordinatio eius, 12æ.q.71.6.c. °q.72.1.8. °q.75.1.c.1m.°4.1m.°q.79.2.c.°queſ.87.4.3m. °2.c

27 In uno peccato, contingit eſſe multas deformitates, 22æ.q. 154.1.2m

28 In quolibet peccato, neceſſe eſt eſſe defectum circa aliquem actum rationis, 22æ.q.54.1.2m

29 Vna ſpecialis ratio peccati, poteſt eſſe in diuerſis generibus peccatorum: inquantum ordinantur ad finem unius peccati, 22æ.q.99.2.1m.°3.2m.°q.107.2.2m

30 In peccato ſunt duo, ſcilicet inordinatio actus iniuriās Deo & macula ſequens, 12æ.q 87.4.3m.°6.c

31 In quolibet peccato ſunt duo, ſcilicet macula culpæ, & reatus pœnæ, 3ª.q.22.3.c

32 Peccatum in ſpiritum ſanctum, eſt peccare ex electione mali, & tantum ex malitia, quæ eſt cum contemptu bonorū impedientium peccatum, 22æ. q. 14.1.3.4.c.°quæſt.185. 2. 2m

33 In omni peccato generaliter contemnitur Deus, in ſuis præceptis, ſed hoc peccatum, ut ſpeciale peccatum, eſt contemptus doni, quo homo retrahitur à peccato, non autem peccatum ſequens ex eo, 22æ.quæſt.118.5.3m.°3ª.q. 88.2.c.fi.

34 ° Illud peccatum dicitur generale, quod priuat conditionē requiſitam in qualibet uirtute, ſed hoc peccatum eſt ſpeciale, ratione ſpecialis contemptus, 22æ.q.14.1.3m

35 peccata differunt ſpecie, ſecundum obiecta: non autem ratione inordinationis, 12æ.q.72.1.0.°2.c.3.2.0°3.1m°8.c.° q.73.3.c.fi.°1m.°4.c.°q.79.2.3m.°22æ.principio,° quæſt. 34.2.c

36 ° peccata differunt ſpecie, ſecundum fines non autem ſecūdum cauſas agentes, 12æ.q.72.3.0.°22æ.principio.

37 In peccatis eſt duplex differentia, ſcilicet materialis, ideſt, ſecundum naturalem ſpeciem peccati. & formalis, ideſt, ſecundum ordinem ad unum finē proprium, 12æ q.72 6.c

38 ° Nullum quod eſt præter intentionem peccantis, dat ſpeciem peccato, 12æ q.72.18.c.°3ª.q.88.4.1m

39 ° Circumſtantiæ non poſſunt aggrauare peccatum in infinitum, 22æ.q.110.4.5m

40 Diuiſio peccati, in peccatum contra Deum. contra ſe, & contra proximum, eſt ſpecifica: quia eſt ſecundum obiecta, 12æ.q.72.4.0

41 ° Peccata cordis, oris, & operis, non differunt ſecundum ſpecies completas, ſed ſecundum gradus eiuſdem ſpeciei, 12æ q.72.7.0.°q.100.5.6.c.°22æ principio.

42 Peccata nō differunt ſpecie, ſecundum præcepta legis: quia non habent ſpeciem ex parte auerſionis, ſed ex parte conuerſionis, 12æ.q.72.6.2m.°9.1m.°.q.73 1.c.°.22æ.q.10. 5.1m.

43 Peccata differunt ſpecie, ſecundum ſuperabundantiam, & defectum propter diuerſa motiua, & ſunt contraria, 12æ. q.72.8.0

44 Differentia peccati, ſecundum mortale & ueniale, uel ſecundum alios reatus, non eſt ſpecifica, 12æ.q.72.5.0.°q.88. 1.2.0

45 Peccatum mortale differt à ueniali in infinitum, ex parte auerſionis, non autem ex parte conuerſionis, 12æ q.72.5. 1m.°q.87.5.1m

46 ° Omne peccatum eſt in uoluntate ut in ſubiecto, 12æ.q. 74.1.0

Subiectum peccati duplex, ſcilicet ſubiectum primum, & ſubiectum proximum uoluntas eſt ſubiectum primum omnis peccati: proximum uero ſunt diuerſæ potentiæ, 12æ.q. 10.2.c

47 Omnis potentia mobilis à uolūtate poteſt eſſe ſubiectum peccati: licet principaliter ſit in uoluntate, 12æ.q.74.2.0.°.3.c. °q.83.1.c

48 Peccatum eſt in uoluntate ut in cauſa, 12æ.q.84.1.2.0°q.75. 3.c.°q 80.1.c

49 Voluntas eſt per ſe cauſa actus peccati, ſed per accidens cauſat eius inordinationem: præter intentionem, 12æ.quæſt. 75.2.0

50 In quolibet uolente ſub Deo, poteſt eſſe peccatum uoluntatis, ſi in ſua natura conſideretur, 1ª.q.63.1.c

51 Peccatum non poteſt eſſe in uoluntate, niſi cum ignorantia intellectus, 1ª.q.63.1.4m.°12æ.q.58.2.c.°q.77.2.c.°22æ.q. 20.2.0.°q.51.3.2m.°q.53 2.c

52 Peccatum in actu liberi arbitrij, contingit dupliciter, ſcilicet eligendo malum ex ignorantia, uel eligendo inordinate bonum ex in conſideratione, 1ª.q.63.1.4m

53 Peccatum eſſentialiter conſiſtit in actu liberi arbitrij, 12æ. q.77.6.0.

54 Peccatum eſt in rōne dupliciter, ſcilicet errando circa illud quod poteſt & debet ſcire facta promulgatione, uel nō regendo potentias inferiores, 12æ.q.74.5.6.0.°quæſt.90.4. 2m.° 3m

55 Peccatum mortale & ueniale, poſſunt eſſe in ratione dupliciter, ſcilicet ſecundum ſe, & ſecundum quod regit potentias inferiores, 12æ.q.74 9.10.0.

56 Peccatum moroſæ delectationis, eſt in ratione dupliciter, uel deficiendo in directione interiorū paſſionum animi, uel in directione exteriorum actuum. Deficit autem in directione paſſionum dupliciter: primo imperando illicitas paſſiones, alio modo non reprimendo motus paſſionum illicitos, 12æ.q.73.8.c.°q.74.6.0

57 Peccatum ipſius conſenſus in actum eſt tantum in ratione ſuperiori, ſed conſenſus in delectationem poteſt eſſe in ratione ſuperiori, & inferiori, 12æ.q.15. 4.0.°q.74.1.0.°8.1m

58 Non omnis motus ſenſualitatis primus, ideſt naturalis: eſt peccatum, 12æ.q.74.3.0.

59 Senſualitas tenet locum ſerpentis, quia inclinat ad peccatū, 1ª.q 81.1.3m.°3.1m.°12æ.q.74.3.2.2.°22æ.q.165.2.b.° 3ª. q.18.2.3m

60 In ſenſualitate poteſt eſſe peccatum ſubiectiue, 12æ. quæſt 74.3.0.

61 In ſenſualitate poteſt eſſe peccatum ueniale, non autē mortale, 12æ.q.74.3.4m.°4.0.°q.85.1.c.

62 Obedire imperio rationis, & eſſe ſubiectum peccati, conuenit ſenſualitati hominis, nō autem ſenſualitati bruti, 12æ. q.74.3.3m

63 Peccatum actuale eſt in generatiua, nō ſicut in ſubiecto, ſed materialiter: inquantum concupiſcibilis, motum eius imperat. 1ª.q.17.8.3m.

64 Peccatum actuale, non poteſt eſſe in parte non obediente rationi, ſed bene infectio naturæ. 12æ.q 83.1 c.°.4.2m.

65 ° Omnis uoluntas ſub Deo, poteſt ſecundum ſe habere peccatum, 1ª q.63.1.c

66 Chriſtus nullum habuit peccatum, 3ª.q.24.3.0.°q.15.1.0.° 5.1m.°2m.°q.23.4.1m

67 Peccatum, ut eſt actus, habet cauſam per ſe: ſed rōne inordinationis, habet cauſam per accidens tantum. 12æ.q.75.1. 0.° 2.4.c.°1m.q.77.2 c

68 Non omne peccatum fit ex contemptu, ſed quandoque ex ignorantia uel infirmitate. 22æ.q.162.2.c.1m.°2m.°q.186 9.13m.°3ª.q.88.4.c

69 Cauſa primi peccati non eſt malum, ſed bonum, ſ. uoluntas cum abſentia alterius boni. ſ. regulæ rationis, uel legis diuinæ, 1ª. q.41.1.1m.° 3m.°q.63.1.4m.°12æ.q.75.1.c.°3m.° 22æ.q.163.1.2.c

70 Non omne peccatum fit ex contemptu, ſed quandoque ex ignorantia uel infirmitate, ſed peccandi conſuetudo implicat Dei contemptum. 12æ.q.103.2.9m.°22æ.q.162.2.c. 1m.° 2m.

71 Quod aliquis non poſſit uitare peccatum, poteſt intelligi dupliciter, ſcilicet uel quia confirmatus eſt in malo, uel quia diu perſiſtere non poteſt quin uitet peccatum, 12æ.q. 109 8 0

72 principium peccati duplex. ſ. primū & uniuerſale, ideſt uoluntas, & principium proprium & proximum, ſcilicet aliæ potentiæ, 22æ.q.10.2.c

73 Voluntas eſt cauſa alicuius dupliciter, ſcilicet per ſe, ideſt, imperando: & per acc ſicut peccati, ideſt non impediendo, uel non reprimendo cum poſſit & ſic eſt cauſa peccati primorum motuum. 22æ.q.154.5.c.princ.

74 Propria & per ſe cauſa peccati, eſt uoluntas: aliæ uero cauſæ, ſunt quaſi exteriores & remotæ. 12æ.q.73.6.c.°.q.80. 1.c.3m.

75 Nihil exterius eſt cauſa ſufficiens peccati: ſed tantum ſuadens, uel mouens appetitum ſenſitiuum. 1ª. q. 115 4.c.°. 12æ.q.73.8.3m.°.q.75.3.0.°.q.80.1.3.0. °.22æ.q.43.1 3m. °.q.73 .2m.°.q.115.2.1m.°.2m.

76 Aliquis poteſt ſufficienter impelli à dæmone in actum peccati, non autem in peccatum. 1.12æ.q 80.3.0.

77 Aliquis quandoque committit aliquid peccatum ſecundū effectum, & non ſecundum affectum. 22æ. 162.2.2m

78 Cauſa interior peccati duplex. ſ. proxima. ſ. ratio, & uoluntas,

tas,& cauſa remota .ſ. imaginatio, & appetitus ſenſitiuus, [illegible] o °.3.c.°.12æ.quæſt.10.2.0.

79 [illegible] conſiderando in particulari vel in actu, [illegible] eriali uel in habitu, unde dicitur quis ex certa [illegible] uel ex induſtria peccare, quaſi ſcienter malũ [illegible], 12æ q. 78.1.c.ſi.

80 [illegible] triplex .ſ. motiuum .ſ. bonum apparens, defectus regulæ, & perficiens: primum pertinet ad ſenſus, & ad appetitum ſenſitiuum: ſecundum ad rationem: tertiũ autem ad uoluntatem, 12æ. q. 7 [illegible] .3.c

81 Cauſa efficaciſſima peccati duplex .ſ. amor bonorum temporalium, & timor pœnæ, 12æ.q.77.4.c.3m.

82 °Propria & per ſe cauſa peccati, eſt ex parte conuerſionis ad commutabile bonum, 12æ.q 75.1.c°.q.77.4.c°6.1m°8.2m° q.84 1.1m.

83 Cauſa peccati triplex .ſ. paſſio, habitus uitioſus, & falſa æſtimatio de particulari eligibili, ex paſſione, habitu, uel ignorantia, 12æ.q.14.1 c ſi.

84 Inclinans ad peccatum eſt duplex .ſ. per ſe, ut habitus & diſpoſitio ex peccato, & per accidens .ſ. remouendo originalem iuſtitiam, id eſt peccatum originale. ° Nec tamen debet dici, quòd peccatum originale ſit habitus infuſus, aut acquiſitus per actum, niſi primi parentis, nõ autem huius perſonæ: ſed per uitiatam originem trahatur, 12æ.q. 82.1. 3m.° 2.2m.

85 Omne peccatum contingit ex defectu ſcientiæ in uniuerſali, uel in particulari, uel in habitu uel in actu, ex intentione, uel occupatione, uel infirmitate, uel paſſione, 12æ.q. 77.2.c.

86 Origo peccatorum, attenditur ſecundum inclinationem ad finem, quæ eſt ex parte conuerſionis, 12æ. quæſt.0.73.3.3m.

87 Vnum peccatum eſt cauſa alterius peccati, in quadruplici genere cauſarum .ſ. in genere cauſæ efficientis, materialis, finalis, & formalis, 12æ.q.75.4.0°84.0.

88 Vnum peccatum poteſt oriri ex diuerſis peccatis, ſed principalis, ex quo ſæpius conſueuit, propter propinquitatem ad finem eius, 12æ.q.22.1.c

89 Ex minori uitio poteſt oriri maius peccatũ, ſicut ex ira homicidium & blaſphemia, 12æ.q.73.3.3m

90 Homo non debet facere unum peccatum, ut uitet aliud peccatum, 12æ q.115.1.3m

91 Quia per operationes ſenſus homo peruenit ad actus rationis, ideo plures ſequuntur inclinationes naturæ ſenſitiuæ, quàm ordinem rationis: plures enim ſunt qui aſſequuntur principium rei, quàm, qui ad conſummationem perueniunt, ex hoc autem uitia & peccata in hominib. proueniunt, quod ſequuntur inclinationem naturæ ſenſitiuæ, contra ordinem rationis, 1a.q.49.3.5m.°. q.115.4.c. °. 12æ. q.71.2.3m.

92 Natura humana, magis corrupta eſt per peccatum, quoad appetitum boni, quàm quoad cognitionem ueri, 12æ. q. 109.2.3m.

93 °Peccata hominum, ſunt impedimenta humani boni, 1a.q. 53 2.1m.ſi.

94 Peccatum cedit in bonum hominis, non quidem ſecundum ſe, ſed quia homo fit humilior, & cautior ex peccato ſuo, & aliorum, 12æ.q.87.2.1m°2m

95 Priuatio modi, ſpeciei, & ordinis, ut ſunt in bono uirtutis & gratiæ, ſunt effectus peccati, non autem in illis, 12æ.quæſt. 85.4.0.

96 Homo peccando recedit ab ordine rationis: ideo perdit dignitatem humanã, & incidit in ſeruitutem beſtiarum, 22æ. q.64 2.3m

97 In quolibet peccato eſt aliquid uirtutis, quia non poteſt corrumpere omnes circunſtantias uirtutis, 12æ. quæſtio. 73.2 c.ſi.

98 Peccatum ſingularis perſonæ, non nocet, niſi ſibi, 3a.q.19.4. 3m°q.82.6.3m

99 Peccatum non nocet Deo, licet ſit contra Deum, 12æ. q.21.4 1m°q.47.1.1m°q.73.7.2m°22æ.q 88.2.c.

100 Peccatum tranſit actu, & manet effectu .ſ. reatus maculæ, & offenſæ Dei, 12æ.q.109.2 c.°q.113.2.3m°3a.q.62.2.2m° 3.c °q.89.4.3m

101 Vulnus quadruplex cauſatur in anima: primo ex peccato Adæ, ſed conſequenter ex aliis peccatis .ſ. infirmitas in iraſcibili, concupiſcentia in concupiſcibili ignorantia in ratione, & malitia in uoluntate, ad quæ ſequũtur alia duo .ſ. dolor & mors, 12æ.q.85.3.0°5.c

102 Peccatum dupliciter deprimit [illegible] premendo ne uideãtur ſuperiora, ſed infima, & humiliando, 12æ.q.87.2.2m

103 °Homo per peccatum incurrit triplex detrimentum .ſ. deordinationem mentis, reatum pœnæ, & debilitatem boni naturalis, 12æ.q.109 7.c.°3a.q.12.3.c.

104 Obligatio duplex cauſatur ex peccato .ſ. ſeruitus diaboli, & reatus pœnæ, 3a.q.48.4 c 3m

105 Grauitas peccati, principaliter eſt ex obiecto, ſeu fine, 12æ. q 73.3.0°q 2.5 3.c°q.72.9 c°12æ.q.74.2.2m.

106 Grauitas & ſpecies peccati, magis attenditur ex fine, quàm ex materiali obiecto, 22æ.q 74 2.1m.

107 Ratio principalis grauitatis peccati, eſt ex auerſione a Deo, 12æ.q.73.°.3.c.°q.77.6.1m.

108 Quantitas peccati non menſuratur ex nocumento facto, ſed ex uoluntate contra charitatem agentis, 22æ. quæſtio. 43.3.1m.

109 Grauitas peccati duplex .ſ. ex parte peccati, & ex parte peccantis ex maiori contemptu, 22æ.q.94.3.c°q.116.2.2m°q.142 3.c°3a.q.80 5.c

110 Grauitas peccati duplex .ſ. ſecundũ ſpeciem, quæ eſt ex obiecto, & ſecundum circunſtantiam, 22æ.q.103.3.1m°q.39.2 c.°q.110, 3.4.c°3a.q.80.5.c

111 Defectus debitæ circunſtantiæ, aggrauat peccatum, & appoſitio eius, alleuiat ipſum, 12æ.q 73 7.0.

112 Peccata uerborum maxime ex affectu, & intentione loquentis, penſanda ſunt, 12æ.q.72.2.c.3m°q.73.2.c.°q.73.1.c.°q. 76 3.c.ſi.

113 Grauitas peccati triplex .ſ. ex materia uel obiecto ex parte peccantis, & ex affectu conſequente, 22æ q.148.3.0

114 Grauitas peccati magis attenditur in abuſu rei, quàm in omiſſione debiti uſus, 1a.q.48.6.c.°22æ.q.155.12.4m.

115 Grauitas peccatorum in proximum, eſt per ſe ex maiori nocumento, ſcilicet contra maius bonum, ſed per accidẽs ex deliberatione, 22æ.q.34.4.0°q.73.3.4.°q.74.2.c.°. quæſtio. 154.3.0.

116 Non omnia peccata ſunt æqualia in grauitate, 12æ. quæſt. 73.2.0.

117 Gradus quadruplex grauitatis peccati, ſcilicet per paſſionem, ignorantiam, malitiam, & contumaciam, 12æ.q.105. 2.9m.°22æ.q.162.2.c.1m.°.2m.°.quæſtio.186.9.3m.°.3a.q. 88.4.c.

118 Peccata quæ conſiſtunt in actuali contemptu Dei, ſunt grauiora peccatis in quibus non eſt contemptus Dei, niſi ex conſequenti, & quaſi interpretatiue, 12æ.q.73.8.2m.

119 Peccatum in quo Deus in ſeipſo contemnitur eſt grauiſſimum: poſt in quo contemnitur in ſacramentis, præcipue in euchariſtia: tertio in membris ſuis: quarto in præceptis ſuis, quod commune eſt omni peccato mortali, 22æ.q.20 3.0.°q.21.1.1m°q.39.2.c.°q.110.2.c°q.148.3.c.°q.150.3.c.° q.154.3.c.3m°3a.q.80.5.c

120 Peccatum in ſpiritum ſanctum eſt grauiſſimum, 22æ. q.14. 3.0.°q.21.1.4.0°q 130.2.0°q.133.1.c.

121 Peccata oppoſita uirtutibus theologicis, ſunt cæteris grauiora, ſecundum genus ſuum, 22æ.q.20 3.0

122 Peccatum quanto plus repugnat oppoſitæ uirtuti, tanto eſt grauius, 22æ.q 116.2.c.°q.119.3.c

123 °Maximum peccatum, opponitur maxime uirtuti principaliter & directe: ſed minimum extenſiue, 12æ.q.73.4.0

124 Omne peccatum opponitur prudentiæ, ſed non eſt grauiſſimum, niſi opponatur in aliquo maximo, 22æ.q.53.2.3m° q.119.1.3m.

125 Peccata contra præcepta primæ tabulæ, ſunt cæteris grauiora, 12æ.q. 100 6.c.

126 Quanto uoluntas eſt maior, uel finis peior, tanto peccatũ eſt grauius: in aliis autem cauſis peccati eſt oppoſitum, 12æ q.73.6.0.

127 Grauitas peccati, eſt maior de maiori bono, quod corrumpitur, uel contemnitur: minor autẽ de maiori bono quod amatur, 12æ.q.100.6.c.°.22æ.q.39.2.c.°q.105.2.c.°q.113.3. c.1m°q.150.3.c.

128 In quolibet genere peccati, grauius eſt quod fit ex habitu, quia fit ex maiori libidine, 22æ.q.156 3 c

129 Peccata carnalia ſunt minus grauia licet turpiora, quàm ſpiritualia, 12æ.q 73.5.0.°22æ.q 116.2.2m.°q.142.4.1m°q. q.142.2 4m°q.154 3.0°q.1 2.6.3m.

130 Grauius eſt peccare opere quàm ore, & ore quàm corde, 12æ.q.100.6 c.ſi.

131 Nocere ſibi eſt grauius peccatum quàm nocere proximis, in re non ſubiecta uoluntati .ſ. in naturalibus uel ſpiritualib. in aliis autem econuerſo, q.73 9 2m

132 Nocumentum intentum uel præuiſum, vel per ſe conſequens peccatum, aggrauat illud directe, non autem ſi per accidens conſequatur, ſed imputatur ei ad pœnam, ſi dabat operam rei illicitæ, propter negligentiam conſiderandi, 12æ.q.73.8.0.

133 Peccatum

133 Peccatum aggrauatur ex conditione perſonæ, cõtra quam peccatur tripliciter: primo ſi ſit coniuncta Deo, uirtute, uel officio: ſecundo ſi ſit ſibi coniuncta natura, uel beneficio, uel aliter: tertio ſi ſit coniuncta proximo, tãgendo plures, ut perſona publica, uel famoſa, 12æ. q. 73. 9. 10. 22æ. q. 58. 10. 3m. q. 62. 2. 3m. 8. c. q. 63. 4. 2m. quæſt. 65. 4. 0. 3a. q. 80. 5. c

134 Dignitas perſonæ peccantis, nõ transfert peccatum in aliã ſpeciem, niſi ratione inobedientiæ, uel uoti, & huiuſmodi 12æ. q. 89. 3. c. q. 110. 4. 5m

135 Excellentia perſonæ peccantis aggrauat peccatum ex deliberatione, ſed alleuiat peccatum ex ſurreptione, 12æ. q. 73. 10. 0. q. 89. 3. 5. c. q. 102. 3. 11m. 22æ. q. 100. 1. 7m

136 Omne peccatum contra proximum, eſt etiam contra Deũ, 12æ. q. 72. 4. 0. 22æ. q. 105. 1. c

137 Homo grauius peccat poſt dationẽ legis Moyſi, quàm ante, 12æ. q. 98. 2m.

138 Homo grauius peccat ĩ noua lege, quàm in lege ueteri, 12æ. q. 106. 1. 2m

139 Baptizatus grauius peccat quàm non baptizatus, cæteris paribus, 12æ. q. 106. 2. 2m. 22æ. q. 10. 3. 3m

140 Clericus in ſacris plus peccat in eodem genere peccati, quàm religioſus non in ſacris, 22æ. q. 184. 8. c. fi.

141 Peccatum religioſi, grauius eſt peccato ſecularis, tripliciter, ſcilicet: ratione uoti, ratione contemptus, & ratione ſcãdali: in aliis autem eſt econuerſo, 22æ. q. 186. 10. 0.

142 Religioſus peccans ex contemptu, fit peſſimus, & maxime incorrigibilis, 22æ. q. 186. 10. 3m

143 Delere peccatum formaliter, cõuenit gratiæ, effectiue principaliter ſoli Deo. diſpoſitiue inſufficiẽter puro homini, ſufficienter Chriſto, inſtrumentaliter ſacramentis, 3a. q. 16. 11. 3m.

144 Solus Deus remittit peccata per auctoritatem, homines autem per miniſterium, 3a. q. 84. 3. 3m

145 Deus poteſt remittere peccata ſine pœna, 22æ. q. 67. 4. 2m. 3a. q. 36. 2. 3m

146 Homo peccando obligatus erat ad pœnam Deo, ſicut ſummo iudici, ſed diabolo tanquam tortori: ideo debuit redimi Deo, & non diabolo, 3a. q. 18. 4. 2m. 3m

147 Omnia peccata in hac uita ſunt remiſſibilia, 1a. quæſtio. 69. 2. c.

148 Peccatum quodlibet dicitur remitti quo ad duo. ſ. quo ad culpam, & quo ad reatum: & ſecunda remiſſio poteſt eſſe ſine prima, 3a. q. 22. 3. c

149 Per charitatem conſequimur ueniam peccatorum, 3a. q. 49. 1. c.

150 Ad remiſſionem cuiuslibet peccati requiritur, quòd totaliter dimittatur affectus eius. Exigitur autem ad remiſſionem peccati mortalis perfectior poenitentia: ut ſcilicet homo actualiter, peccatum mortale commiſſum deteſtetur, quãtum in ipſo eſt, ut ſ. diligentiam adhibeat ad rememorandum ſingula peccata mortalia, ut ſingula deteſtetur. Sed ad remiſſionem cuiuslibet peccati uenialis, requiritur quędam actualis diſplicentia, 3a. q. 87. 1. c

151 Peccatum originale eſt habitus. ſ. languor naturæ. i. inordinata diſpoſitio ex diſſolutione harmoniæ originalis iuſtitiæ, 12æ. q. 82. 1. 0

152 Peccatum originale eſt habitus corruptus, non pura priuatio, quia dicit priuationem originalis iuſtitiæ, & inordinatam diſpoſitionem partium animæ, 12æ. q. 82. 1. 1m

153 Peccatum originale eſt habitus, quia eſt inordinatio naturæ, non actuale peccatum, quia eſt inordinatio actus, 12æ. q. 82. 1. 2m

154 Peccatum originale eſt peccatum naturæ, ſed peccatum actuale eſt peccatum perſonæ. 1a. quæſtio. 100. 1. c. 12æ. q. 74. 3. 2m. quæſtio. 80. 1. c. quæſtio. 81. 1. 0. q. 82. 1. 2m. 3a q. 8. 1m

155 Formale eius eſt priuatio originalis iuſtitiæ: materiale uero, eſt concupiſcentia. i. inordinatio partium animæ, 12æ. q. 82. 3. 0.

156 Si homo formaretur ex digito uel aliter, ſine ſemine uiri, haberet omnes defectus naturæ ſicut alij: ſed non haberet rationem culpæ, uel pœnæ. 12æ. q. 81. 4. 0

157 Peccatum originale eſt uoluntarium, per uoluntatẽ Adæ tantum, 12æ. q. 80. 1. c. q. 82. 1. 2m. 22æ. q. 108. 4. c. 3a. q. 84. 2. 3m.

158 Peccatum originale habet nouem nomina, ſcilicet originale, fomes peccati, concupiſcentia, concupiſcibilitas, languor, tyrannus, lex peccati, lex carnis, & lex membrorum, 3a. q. 15. 1. c.

159 Et eſt multiplex in uirtute, quia uirtualiter cõtinet omnia peccata, 12æ. q. 82. 2. 1m.

160 Et eſt unum numero in uno homine, ſed in omnibus eſt unum ſpecie, 12æ. q. 181. 2. 0

161 Peccatum originale eſt æqualiter in omnibus hominibus, ſicut & relatio ad peccatum Adæ, & priuatio iuſtitiæ originalis, 12æ. q. 82. 4. 0

162 Et fuit in Adam ut in cauſa principali, in ſemine uero inſtrumentaliter: ſed in anima ſubiectiue: in carne autem, ut pœna, non ut culpa, 12æ. q. 83. 1. 0.

163 Peccatũ originale prius eſt in eſſentia animæ, quàm in potentiis eius, 12æ. q. 82. 2. 0. 3. c.

164 Et prius eſt ordine naturæ in anima quàm in carne: ſed ordine generationis, & temporis, eſt econuerſo, 12æ. q. 83. 2. 3m. 3. 3m

165 Et contrahitur in infuſione animæ rationalis, 12æ. q. 83. 1. 2m. 3a. q. 17. 1. 4m

166 Et prius inficit uoluntatem, quàm alias potentias, 12æ. q. 83. 3. 0. 4. 1m.

167 Omnes defectus uirtutum poſſunt reduci ad peccatum originale, inquantum includuntur in carentia originalis iuſtitiæ, quæ totam animam perficiebat, 22æ. quæſtio. 55. 1. 2m.

168 Omnes potentiæ animæ ſunt corruptæ per illud: ſed quæ concurrunt ad generationem dicuntur etiam infectæ. ſ. concupiſcibilis, generatiua & tactus, 12æ. q. 83. 4. 0

169 Et traducitur ad omnes qui fuerunt in Adam, ſecundum rationem ſeminalem, non autem ad alios, 1a. quæſt. 100. 1. c. 12æ. quæſt. 81. 3. 4. 0. 3a. q. 15. 1. 2m. q. 31. 1. 3m. 6. 1m

170 Caro Chriſti in patribus, fuit obnoxia peccato originali, 3a. q. 31. 1. 3m. 7. 0. 8. 3m.

171 Secundum fidem catholicam eſt tenendum, quod primum peccatum primi hominis. ſ. peccatum originale, originaliter tranſit in poſteros: contrarium autem eſt hæreſis Pelagiana, ut patet per Auguſtinum in plurimis ſuis libris, 12æ. q. 81. 1. c. princ. 3. c.

172 Secundum fidem catholicam firmiter eſt tenendum, quod omnes homines præter ſolum Chriſtum, ex Adam deriuati, peccatum originale ex Adam contrahunt. Alioquin nõ omnes indigerent redemptione, quæ eſt per Chriſtũ, quod eſt erroneum. 12æ. q. 81. 3. c. princ.

173 Ideo non ſecundum fidem catholicam, ſed erroneum eſt dicere quod aliquis præter ſolum Chriſtũ, fuerit ſine peccato originali, 12æ. q. 81. 3. c. 3a. q. 27. 2. c. 2m.

174 Nec poteſt eſſe in aliquo cum ueniali, ſine peccato mortali, 12æ. q. 89. 6. 0. 3a. q. 90. 4. 3m

175 Infectio eius nullomodo cauſatur a Deo, ſed ex ſolo peccato Adæ, per carnalem generationem, 12æ. q. 83. 1. 4m

176 Peccatum originale quo ad culpam, eſt a patre: ſed quo ad pœnalitates, eſt a matre, 3a. q. 70. 2. 4m

177 Peccatum originale habet duplicem proceſſum. ſ. a carne ad animam, ſecundum ordinem generationis: & ab eſſentia animæ ad potentias eius, ſecundum ordinem naturæ, 12æ. q. 83. 3. 2m.

178 Cauſa peccati originalis eſt tantum una, ſ. priuatio originalis iuſtitiæ, 12æ. q. 82. 2. c.

179 Libido habitualis, ſcilicet fomes, eſt cauſa peccati originalis: non autem libido actualis, ſed eſt ſignum habitualis, 12æ. q. 82. 4. 3m.

180 Perſona primo, id eſt in Adam, infecit naturam peccato originali: ſed in aliis hominibus eſt econuerſo, 3a. quæſt. 8. 5. 1m.

181 Perſona primo infecit naturam per peccatum originale. Secundo, natura infecit perſonam. Sed Chriſtus primo reparat perſonam: ſecundo naturam, 3a. q. 69. 3. 3.

182 Peccatum originale corrumpit naturam, quantum ad id quod naturæ eſt: alia uero peccata, quantum ad id ſolum quod perſonæ eſt, 12æ. q. 81. 2. c. 3m.

183 Peccatum originale adueniente gratia, tranſit reatu, & manet actuque ad fomitem, 12æ. q. 74. 3. 2m. q. 81. 3. 2m.

184 Peccatum originale eſt minus uoluntarium quocunq; peccato actuali, 3a q. 1. 4. c

185 Peccatũ originale reſpectu naturæ, eſt grauius ueniali, ſed reſpectu perſonæ, eſt econuerſo, 3a. q. 1. 4. c. 1m

186 Peccatum ueniale dicitur tripliciter. ſ. ex cauſa, euentu, & genere, 12æ. q. 77. 8. 1m. q. 88. 2. 0

187 Peccatum dicitur ueniale ex cauſa ſecundum quod priuat, uel diminuit uoluntarium per ignorantiam uel impotentiam, 12æ. q. 77. 8. 1m. q. 88. 2. c.

188 Peccatum ueniale non habet ſimpliciter, & perfecte rationem peccati, ſed eſt quaſi diſpoſitio ad illud, 12æ. quæſt. 88. 1. 1m.

189 Et contingit ex corruptione fomitis, 12æ. q. 89. 3. c

190 Et con-

190 Et contingit ſemper uel propter imperfectionem actus uel propter inordinationem circa, ea quæ ſunt ad finem, & nunquam propter defectum ordinis, 12æ.q.72.5.c.°q.87.2.5.n.°q.88.2.c.°q.89.3.c

191 Peccatum ueniale nullam proprie maculam cauſat in anima, ſed impedit actus uirtutũ, 12æ.q.89.1.0.°3a.q.87.1.3m

192 Homo poteſt quãdoq; eſſe ſine peccato ueniali in hac uita ſed non diu, 3a.q.79.4.2m

193 Peccatum ueniale non poteſt eſſe in non habente uſum liberi arbitrij, 3a.q.87.2.c

194 Peccãs uenia iter. recidiuat & ſimulat idest fictus diſpoſitione & imperfecte: non autem ſimpliciter, 22æ.q.75.2.2m

195 Peccatum ueniale non poteſt admitti, quandiu uoluntas ad illud manet. 3a.q.87.1.c.1m.°2m.°3.2m

196 Vnus actus charitatis poteſt delere oia uenialia ſine actuali cogitatione eorum, 3a.q.87.2.0

197 Aliquid cauſat remiſſionem uenialium tripliciter, ſcilicet cauſando gratiam, ut omnia ſacramenta nouæ legis: uel deteſtando peccata, ut confeſſio generalis, & oratio dominica. uel reuerendo diuina, ut benedictiu epiſcopalis, quælibet unctio ſacramentalis, & huiuſmodi, 3a.q.87.3.0

198 Ingreſſus eccleſiæ conſecratæ, delet peccata uenialia, 3a.q.83.3.3m.°q.87.3.c

199 In quolibet genere peccati mortalis, ſunt quædam peccata uenialia propter impefectionem actus, 22æ.q.36.3.c.°q.162.5.c

200 Peccatum ueniale diſponit ad mortale per ſe, & per accidens, quia frequens uenialium iteratio diſponit ad illam placentiam uenialium, in qua conſiſtit peccatum mortale: eo quod ſecundum quod habitus ex conſuetudine generatur, & augetur, ſecũdum hoc delectio & pronitas creſcit, 12æ.q.74.4.3m.q.88.3.4.0.° 22æ.q.24.10.c.fi.°12.1m.q.43.7.3m.°q.132.4.3m.°b.186.9.c

201 Peccatum ueniale comparatur ægritudini: mortale uero morti, 12æ.q.72.5.c

202 Licet uirtus ſecundum habitum non corrumpatur niſi per peccatum mortale: tamen actus eius corrumpitur & impeditur etiam per ueniale, 22æ.quæſt.89.1.c.°12æ.quæſtio.133.1.2m

203 Peccatum mortale eſt contra præceptum Dei non autem ueniale, ſed eſt præter præceptum, 12æ.q.74.9.c.°q.88.1.1m°22æ.q.105.1.1m

204 °Peccatum ueniale, & mortale, differunt genere, 12æ.q.88.2.c

205 °Peccatum ueniale ex genere, poteſt fieri mortale ex intẽtione, non idem numero, nec multa ſimul, 12æ.q.88.2.c.°4.0.°6.c.1m

206 Conſenſus in ueniali ex genere eſt ueniale. Sed conſenſus in ueniali propter impefectionem actus, facit mortale. 12æ q.74 8.2m.°9.c.3m.q.88 °5.1m

207 Peccatum ueniale poteſt fieri mortale per ſubtractionem, propter imperfectionem actus, non autem propter additionem, 12æ.q.88.2.c.°6.0

208 °Peccatum ueniale & mortale differunt, ſicut reparabile & irreparabile, 12æ.q.72.5.c

209 Per peccatum mortale omnino mens auertitur à Deo, ſed per ueniale retardatur affectus hominis, ne prompte feratur in Deum, 1a.q.87.1.2.c

210 Per quodlibet peccatum ueniale uel mortale, deordinatur uoluntas hominis, per immoderatam conuerſionem ad bonum creatum, 3a.q 87.1.c.°2.3m

211 Vnum peccatum mortale poteſt oriri ex ueniali, 22æ.q.13 4.3m.°q.10 .1.2m

212 Ante baptiſmum non poſſunt eſſe uenialia, ſine mortalib. 12æ.q.89.3.6.0.°3a.q.90.4.3m

213 In ratione ſuperiori dupliciter poteſt eſſe peccatum ueniale, ſcilicet quando conſentit in ueniale ex genere, uel quãdo habet ſubitum motum infidelitatis ſine conſenſu, 12æ q.74.10.0

214 Ratio ſuperior, circa obiectũ potentiæ inferioris, ut ſenſualitatis, ſicut in delectionibus ſecundum carnem, non habet motum niſi deliberatum: ideo ſemper eſt mortale, ſi ſit de mortali: non autem ſi ſit de ueniali, 12æ.q.74.10.0

215 Nullus debet peccare uenialiter. ne alius peccet mortaliter 22æ.q.26.4.c.2m.°q 43.7.3m.°.q.110.3.4m

216 Quilibet debet potius mori, & præeligere omnem pœnam in generali, quam peccare non ſolum mortaliter. ſed etiã uenialiter, 22æ.q.110.3.4m

217 Peccatũ ueniale poteſt remitti ſine alio ueniali, nõ autem ſine quolibet mortali, 3a.q.87.4.0.°q.90.4.3m

218 Peccatum ueniale remittitur poſt mortem in purgatorio, quo ad culpam & pœnam, nõ autem mortale, 1a.q.64.2.c

219 Quicquid fit in contemptum Dei, & quicquid in ſui ratione importat contemptum Dei, eſt peccatum mortale, 22æ q.18.3.c.°q.68.3.c

220 Nullus actus ſine conſenſu rationis, eſt peccatum mortale 12æ.q.15.0.°q.74.5.1m.°22æ.q.35.3.c

221 Omnis actus humanus non relatus in Deum, actu uel habitu ex parte agentis. eſt peccatũ mortale, nõ autem ex parte actus, 12æ.q 88.1.2m

222 Intendens peccare mortaliter, ſemper peccat mortaliter, 22æ.q.110.4.c

223 Actus peccati mortalis, poteſt aliquando eſſe figura alicuius boni, 22æ.q.88. 2.2m

224 Cuicunque peccato mortali homo vult adhærere ſumens baptiſmum dicitur fictus fictione includente omne peccatum, 3a.q.69 9.3m

225 Omne quod fit propter mortale, eſt mortale, 12æ.q.88.2.4 6.c.°22æ.q.110 4.c.°q.154.4.c

226 Omne quod eſt contra præceptum Dei eſt peccatum mortale, niſi forte propter impefectionem actus, 12æ.quæſt.74 10.0.

227 Omne peccatum mortale eſt contra præceptum Dei, 22æ. q.68.3.c.fi.°q.98.3.b.

228 Aliquid dicitur peccatum mortale dupliciter, ſcilicet ſecũdum ſpeciem ſuam, & ex ſua cauſa, 22æ.q.154.4.c.princi.

229 Non omne peccatum mortale directe contrariatur præceptis decalogi, ſed tantum uirtualiter continent, 22æ.q.148.2.1m

230 Quilibet agens contra debitum iuſtitiæ, peccat mortaliter, 22æ.q.69.1.c.°q.70.4.c

231 Qui eſt in peccato mortali, diligit habitualiter aliquid ſupra Deum, 22æ.q.68.3.c

232 Omne peccatum mortale contrariatur charitati, non autem ſpei, uel fidei, 12æ.q.71.4.c.°22æ.q.24.10.c.°12.c.1m.°3a.q.87.1.c

233 Omnis actus contra charitatem, eſt peccatum mortale, 12æ q.87.3.c.°q.88.2.c.°22æ.q.13.2.c.°q.35.3.c

234 Quælibet uirtus, ut eſt informata charitate, expellitur per quolibet mortale, non autem inquantum eſt habitus, 12æ.q.63.2.2m.°2.q.65.3.c.°q.71.4.0.°q.73.1.2m

235 Per quodlibet peccatum mortale deperit quicquid uirtuti debebatur: & omnia merita mortificantur, 22æ. q. 132.3. 1m.°3a.q.89.4.0

236 °Peccatum mortale quantum ad aliquid eſt ſimile ægritudini, & quantum ad aliquid eſſe ſimile morti, & hoc eſt inquantum ſeparat à Deo, qui uita eſt animæ: ægritudo autem inquantum habitudo reuocationis ad uitam & ſanitatem remanet in peccante, licet talis ægritudo, idest peccatum de ſe inducat damnationem æternam, 12æ q.72.5.c

237 °Nullũ mortale poteſt remitti ſine alio, quia omnia mortalia ſunt connexa in auerſione, non autem in conuerſione, 12æ.q 73.1.0°3a.q.86.3.0

¶Pecunia. °. intelligitur omne illud, cuius pretium æſtimari põt pecunia, 22æ.q.78.2.c.°q.100.2.5.c.°q.117.2m.°q.118.2.1m

Pecunia non poteſt uendi in mutuo pro pecunia ampliori quam ſit quãtitas pecuniæ mutuatæ, quæ reſtituenda eſt, 22æ.q.78 2.4m.princip.

1 Pœna duplex, ſcilicet pœna ſenſus, idest afflictiua & pœna damni, idest carentia diuinæ uiſionis, 12æ.q.87.4.c.b.°22æ.q.79.4.4m.°3a.q.46.6.3m.°q.32.2.2m

2 Pœna ſenſus, debetur culpæ ratione inordinatæ conuerſionis, ſed pœna damni ratione auerſionis, 12æ.q.87.4.0.°22æ q.79 4.4m

3 Pœna peccati duplex. ſcilicet per inflictionem contrarij, & per ſubtractionem boni conuenientis: prima eſt à Deo agente: ſecunda uero à Deo non agente, 12æ.q.19.1.3m

4 Pœna peccati duplex, ſcilicet pœna taxata, & pœna cõſequẽs prima commenſuratur culpæ non autem ſecunda, 22æ. q.164.1.4m

5 Pœna conſequens peccatum duplex, ſcilicet per ſe, & per accidens, 12æ.q.73.8.0

6 Vnius peccati eſt tantum una pœna adæquata, & plures partiales multipliciter, 22æ.q.39.4.3m.°q.99 4.2m

7 Omnis pœna eſt medicina, ſed non ſemper reſpectu peccantis, 12æ.q.87.2.1m.°3.2m.°22æ.q.39.2.1m.°4 3m.°q.66.6.2m.°q.86.1.c.°q.108.3.2m.°4.c

8 Omnis pœna eſt corruptio agentis, & omnis culpa eſt corruptio actionis, 1a.q 48.5.6.0°12æ.q.21.1.3m

9 De ratione pœnæ eſt, qđ ſit contraria uoluntati, 1a.q.8.5.c.°q.64.3.c°12æ.q.87 2.6.c.°12æ.q.18.3.c

10 De rõne pœnæ ſunt tria, ſ. quod ſit contra uoluntatem pro culpam,

ij

culpam.& paſſio ab extrinſeco, 12æ.q.46.6.2m
11 Nulla pœna eſt uolita abſolute,ſed ex conditione dupliciter ſcilicet qua acquiritur bonum,ut ſatisfactio & martyriũ & ſine qua non,ut mors naturalis & purgatio,ſine quibus ad bonum optatum peruenire non poteſt, 12æ. quæſtio. 87.6.c
12 Pœna eſt bona ſimpliciter,& mala ſecundũ quid ideſt huic, 22æ.q.19.1.c
13 Peccatum non eſt pœna,niſi per accidens, & hoc dupliciter, ſcilicet ratione antecedentis,quia deſeritur à Deo, & ratione conſequentis,quia perditur melius, 12æ.q.87.2.0.° 22æ q.36.2.4m
14 Puniri non eſt culpa, ſed fieri reum pęna, 12æ,quæſtio.87. 1. 2m.
15 Pœna peccato proportionatur ſecundum acerbitatem, in iudicio,diuino,& humano,12æ.q.87.3.c.°4.c.3m
16 Ratio omnium pęnarum ueteris legis exponitur,12æ.q.105 a.9m.°.10m.°11m°12m
17 Pęna non debetur iuſte,niſi propter culpam, 12æ. quæſtio. 87.7.0
18 Omnis pęna ut pęna,infligitur tantum pro culpa propia & præterita:ſed ut ſatisfactio uel ut medicina infligitur etiã pro culpa aliena. 12æ.q.87.7.8.0.° 22æ.q.108.4.0.° 3a.q. 14.1.3m
19 Nullus punitur pęna animæ,niſi pro culpa propria,quia pęna animæ non eſt medicina, 12æ.q.87.8.°22æ.quæſt.108. 4 c.1m
20 Filius punitur pęna corporali pro culpa parentum, & ſerui pro dominis,inquantum ſunt aliquid eorum, nõ autem pęna ſpirituali:niſi culpa aliorum habeat propria ratione conſenſus uel imitatiuus,uel conſultationis,uel diſſimulationis, 12æ.q 81.1.1m.°2.1m.°q.87.8.0.° 22æ.q.108.4.1m. °3m.°q.164.1.4m.°3a.q.82 6.3m
21 Pęnam ſemper præcedit peccatum in natura,ſed non ſemp in perſona puniti. 22æ.q. 87.7.0
22 Qui eſt in peccato non habet guſtum ſanum, eſt affectum infectum amore ſui inordinato:ideo reuocatur à peccato per pęnas contrarias ſuæ naturæ & ſuæ uoluntati, & non dulcedine diuinæ bonitatis,22æ.q.108.3.0
23 In iudicio humano nullus debet puniri pęna perſonali,niſi pro culpa ſua.ſed tantum pœna damni, triplici ratione, ſcilicet uel ex hoc quod aliquis ineptus redditur ſine ſua culpa,ad aliquod bonum habendum uel conſequendum uel quia bonum in quo damnificatur, non eſt proprium bonum ſed commune, uel quia bonum unius dependet ex bono alterius,22æ.q.108.4.2m
24 Non omnes pęnæ ſunt æquales, nec pręmia ſunt ęqualia, 12æ.q.73.2.c
25 Maxima pęna eſt,ſeparari à Deo, 12æ.q.88.6.c.fi.
26 Grauior pęna imponitur quadupliciter .ſ. propter grauius peccatum,conſuetudinem,pronitatem,& nocumentum, 12æ.q.105.2.9m.°22æ.q.39.2.1m
27 Lex uetus,pęna mortis,punit peccata contra Deum,homicidium,irreuerentiam ad parentes,adulterium: inceſtum, & furtum hominum. Aliarum autem rerum,pœna damni,12æ.q.105.2. 10m.°12æ.q.66.6.2m
28 Pęnam talionis in percuſſoris mutilationibus,& falſo teſtimonio,lex uetus infligit:in aliis uero flagella uel ignominiam, Ibidem.
29 Pœna poſt remiſſionem culpæ, Imponitur duplici de cauſa ſ.ad ſoluendum debitum,& ad remedium:quo ad primum, debet imponi ſecundum quantitatem culpæ: ſed quo ad ſecundum,pro minori culpa imponitur maior pęna,triplici ratione,ſcilicet difficultatis,periculi, & multitudinis, 12æ.q.105.2.9m
30 Chriſtus ex auctoritate poterat totam pœnam, uel partem dimittere ſicut uolebat,non autem alij, 22æ. quæſt. 83. 4.2m
31 Deus tardat pęnas pro peccatis duplici ratione, ſcilicet ut prædeſtinati conuertantur,& ut iudicia eius appareant iuſta, 22æ.q.10.11.c.fi.
32 Poſt hanc uitam nullus habebit pęnam corporalem nec ſpiritualem,niſi pro culpa ſua,22æ.q.108.4.c
33 Minima pęna purgatorij, eſt maior quã maxima pęna hic, 3a.q.46.6.3m
34 Morrui cum ſolo peccato originali, non puniuntur pœna ſenſus,3a.q.1.4.2m
35 Pęna æterna debetur peccato originali,non ratione grauitatis,ſed ratione ſubiecti priuati gratia.12æ.q.87.5. 2m
36 pęna duplex debetur peccato originali.ſ. carẽtia diuinæ uiſionis,inquantum inficit perſonam:mors,rebellio, & huiuſmodi,inquantum,inficit naturam,3a.q.52.5.c
37 Omnes pœnæ pro peccato primorum parentum,declarantur,22æ.q.164.2.0
38 Minor pęna debetur peccato originali,quàm ueniali,3a.q. 1.4.2.1
39 Peccatum ueniale ſine gratia, ideſt cum originali uel mortali,punitur æternaliter pęna ſenſus in inferno,12æ.quæſ. 87 5.3m
40 Pœna temporalis debetur peccato ueniali,ęterna uero mortali, 12æ.q.72.5.c.°q.87.2.5.0.°q.88.2.4.c°q.109.7.c°3a.q. 89.4.0
41 Omnis pœna præeligenda eſt non ſolum peccato mortali, ſed etiam peccato ueniali, tamen nullus tenet ſe nec aliñ in ſpeciali de hoc,propter periculum.quia deſcendere in talibus ad ſingula,eſt inducere hominem intentationem, & præbere occaſionem peccandi.22æ.q.100.3.4m
42 Remiſſa per pœnitentiam, culpa mortali & pœna æterna, quandoque remanet pœna temporalis,12æ.q.87.6.0.°3a. q.86.4.c
¶Pœnala eſt aliquid,inquantum eſt contra uoluntatem, 1a. q.48.5.1.°quæſt.64.3.c.°12æ.quæſt.87.2.6.c.° 22æ.quæſt. 18.3.c

1 Pœnitentia ut eſt dolor uoluntaris, cum electione recta, eſt uirtus uel actus eius non autem ut paſſio, 3a. quæſt. 85.1.0
2 Pœnitentia eſt uirtus ſpecialis,quia habet materiam generalem ſub ratione ſpeciali, ſ. oĩa peccata, ut emendabilia per actum hominis,3a.q.85.2.0
3 Pœnitentia eſt uirtus moralis & non theologica, quia obiectum eius eſt peccatum,non autem Deus,ſed eſt finis eius 3a.q.85.3.1m
4° Pœnitentia eſt ſpecies iuſtitiæ commutatiuæ.licet cõtineat aliquid de qualibet uirtute,3a.q.85.3. 0.°4.c
5 Pœnitentia & uindicatiua, continentur ſub iuſtitia commutatiua,3a.q.85.3.3m
6 Pœnitentia ſecundum quod eſt uirtus,importat deteſtationem peccati, cum propoſito abolendi illud ſecundum cõditionem ſtatus peccantis,3a.q 85.2 1m.°3.c.
7 Pœnitentia ponit medium inquantum infert debitam pœnam pro qualibet culpa, ſecundum acceptationem Dei, 3a.q.85.3.2m
8 °Pœnitentiam ordine naturæ,ſimpliciter præcedunt uirtutes theologicæ,3a.q.85.6 0
9 Pœnitentia eſt dolor de peccato præterito, ſed uerecũdia eſt timor,de turpi futuro,3a.q.85.1.2m
10 Pęnitentia eſt in reo,ſecundum uoluntatem eius,pro offenſa Dei:ſed iuſtitiæ uindicatiuæ, eſt in iudice,contra uoluntatem rei,& pro offenſa in communi,3a.q.85.3.0.°quæſ. 90.2.c
11 Pœnitentia ſecundum quod eſt actus uirtutis,requiritur ante baptiſmum,quę ſit prior baptiſmo,tempore uel natura non autem ut ſacramentum,3a.q.6.0.°q.84.2.2m.°6.2m °q.90.4.1m
12 Pœnitentia eſt poſterior natura & tempore, fide,ſpe, & timore ſeruili:ſed eſt prior charitate & cæteris uirtutibus, 3a.q.85.6.0
13 Pœnitentia utitur temperantia ad finem ſuum, 3a. quæſt. 85. 3.4m
14 Deteſtatio uel diſplicentia peccati abſolute,eſt actus cuiuſlibet uirtutis:ſed ut expiabile per eam,quo ad culpam, & reatum.eſt actus pœnitentię uirtutis,3a.q.85.2.1m° 3.c
15 Primus actus pœnitentiæ,ſcilicet contritio,ſe habet ut ultima diſpoſitio ad gratiam conſequendam,alij uero actus pęnitentia procedunt cauſa ex gratia. & uirtutibus, 3a. quæſt.89.1 2m.° 2.c
16 Pœnitentia,& gaudium circa idem,ſcilicet de peccatis, contrariantur,non autem gaudium de pœnitentia,uel de uenia ſperata,3a.q.64.9.2m
17 Pœnitentia non fuit in Chriſto,actu nec potentia,ſicut nec materia eius,ſcilicet peccatum,1a.q.84.7.4m
18 Pœnitentia ut uirtus eſt ſubiectiue in uoluntate,ſed ut paſſio eſt in concupiſcibili,3a.q.85.4.
19 pœnitentia eſt in innocentibus ſecundum habitum, nõ autem ſecundum actum,1a.q.95.3.c
20 Pęnitens recurrit ad Deum,ſicut ſeruus,filijs,& vxor,ad dominum, patrem,& uiram:ad ſacerdotem autem,ſicut ad uicarium Dei,3a.q 85.3 c
21 Eſau non uerè pęnituit, quia non doluit de peccato,ſed de damno.3a.q 86.1.1m
22 Habens ueram pœnitentiam poteſt eam deſerere: tamen pœnitentia requirit propoſitum perſeuerandi, 1a. quæſt. 84.10.0

23 Vera pœnitentia poteſt amitti per quodlibet peccatum mortale ſequens, propter flexibilitatem liberi arbitrij, 3^{a}.quæſt. 84.10.c.

24 Pœnitentia debet eſſe continua ſecundum habitum, non autem ſecundum actum, quia non poteſt, 3^{a}.q.84.9.c.

25 Pœnitentia interior debet durare uſque in finem uitæ, nõ autem exterior, 3^{a}.q.84.8.o.°9.1^{m}

26 Pœnitentia eſt poſſibilis in hac uitæ, quandiu durat liberum arbitrium: ſed eſt difficilis & rara, $22^{æ}$. quæſtio. 14. 3.3^{m}.

27 Exercitia militiæ, negociationis & publicanorũ, poſſunt haberi a pœnitentibus licet laudabilius euitentur ab eis, $22^{æ}$. q.188.3.4^{m}

28 Militia ſecularis, interdicitur pœnitentibus, ſed quæ eſt propter Deum, imponitur eis quandoque, $22^{æ}$.quæſtio. 188. 3.3^{m}.

29 Pœnitentia quo ad habitum eſt tantum a Deo, ſed diſpoſitiue eſt a nobis per timorem ſeruilem ut plurimum: licet in aliquibus inchoetur ex amore, 3^{a}.q.85.5.o

30 Actus pœnitentiæ eſt a timore ſeruili, ut à primo motiuo affectus, à timore filiali uero, ut a principio immediato & proximo, 3^{a}.q.85.5 c.

31 Sex actus per ordinem, concurrunt ad cauſandum in nobis pœnitentiæ actus, ſcilicet operatio Dei conuertentis cor, motus fidei, ſpei, charitatis, timoris ſeruilis, & filialis, 3^{a}.q. 85.5.o.

32 Chriſtus ſacramento pœnitentiæ non eſt uſus ad ſe, nec ad alios, quia ut ſacramentorum dominus, effectum ſacramenti ſine ſacramentalibus præbebat, 3^{a}.quæſt.84. 5.3^{m}. 7.° 4^{m}.

33 Pœnitentia figurabatur in ueteri lege per diuerſos ritus expiationum, $1^{æ}$.q 102.5.1^{m}

34 Pœnitentia in generali eſt à natura, ſed cum aliqua determinatione, eſt a lege ueteri: à noua uero, ut ſacramentum nouæ legis, 3^{a}.q.87.7.o°q.86.6.4^{m}

35 Pœnitentia eſt ſacramentum, 3^{a}.q.84.1.o

36 Et fuit inſtitutum a Chriſto dando claues, ſed oſtendit efficaciam eius poſt reſurrectionem, 3^{a}.q.84.7.o

37 Et neceſſarium eſt ſolis habentibus peccatum, 3^{a}.q. 65.1.c.° 2.4^{m}°4.c°q.85.5.o°6.c

38 Sacramentum pœnitentiæ poteſt & debet iterari, 3^{a}.quæſt. 84.10.o

39 Sacramentum pœnitentiæ non requirit impoſitionem manus, nec ſignum crucis, 3^{a}.q.84.4.o

40 Remiſſio peccatorum, eſt res tantum in ſacramento pœnitẽtiæ: actus uero exteriores pœnitentis & abſoluentis, ſunt ſacramentum tantum: ſed pœnitentia interior eſt ſacramẽtum & res ſacramenti, & ſecundum totum ſimul, eſt cauſa tertij: ſed & ſecundum tertium, eſt cauſa primi, 3^{a}.q. 84.1.3^{m}.

41 Hoc ſacramentum non conſiſtit in conſecratione materiæ, nec in uſu materiæ conſecratæ, ſicut alia ſacramenta, ſed in remotione materiæ, ſ. peccati, 3^{a}.q.84.3.c

42 In ſacramento pœnitentiæ & matrimonij, non eſt materia corporalis, ſicut in alijs ſacramentis, ſed actus humani ſenſibiles, ſunt ibi loco materiæ, 3^{a}.quæſt.48.1.1^{m}.°2^{m}.°4.3^{m} °.7.c.°q.85.2.1^{m}°q.86.4.3^{m}°6.c.°q.89.1.2^{m}.°q 90.10 o. °.2.c.

43 Materia uel obiectum pœnitentiæ duplex. ſ. proxima. ſ. actus pœnitentis: & remota, ſcilicet peccata, 3^{a}.q.84.2.o.° quæſt. 90.1.3^{m}

44 Materia pœnitentiæ adhibetur a Deo interius inſpirante, non autem à miniſtro, ſicut in alijs ſacramentis, ſed tantum complet abſoluendo, 3^{a}.q.84.1.2^{m}°3.c.°4 4^{m}

45 Potentia eſt aliquo modo de quolibet genere peccatorum, ſed eſt de peccato mortali proprie & principaliter: de ueniali proprie & nõ principaliter: de originali uero, improprie, 3^{a}.q.84.2.2^{m}°7.3^{m}.

46 Nullus tenetur ad pœnitentiam de peccato ueniali, quia ſine ea remittitur: licet non in hac uita, 3^{a}. quæſt.87.1.o.°. c.2^{m}.

47 Quæ ſunt ex parte pœnitentis. ſ. uerba & facta ſunt materia huius ſacramenti, quæ uero ſunt ex parte ſacerdotis, ſe habent per modum formæ, 3^{a}.q.84.3.c. 1^{m}.°4.3^{m}.°7.c.°q. 86.6.c.°q.89.1.2^{m}

48 Forma huius ſacramenti eſt hæc abſoluo te, ſed alia. ſ. in nomine patris, &c. & omnia alia quæ in abſolutione dicuntur, ſunt ad bene eſſe, 3^{a}.q.84.3.o.

49 Sacramentum pœnitentiæ habet partes, non autem ut uirtus nec alia ſacramenta, 3^{a}.q.90.1.o.

50 Partes eius materiales ſunt tres. ſ. contritio, confeſſio, & ſatisfactio. ſed partes eius eſſentiales & cuiuslibet ſacramenti, ſunt materia & forma, 3^{a}.q.90.1.o

51 Hæ partes pœnitentiæ, ſunt partes eius eſſentiales, non autẽ ſubiectiuæ, nec potentiales, 3^{a}.q.90.3.o

52 Contritio confeſſio, & ſatisfactio, ſunt actus pœnitentiæ uirtutis, & non partes eius, 3^{a}.q.90 1.2^{m}

53 Ordo uirtutis & temporis, eſt inter partes pœnitentiæ integrales, 3^{a}.q.90.3.3^{m}

54 Pœnitentia ante baptiſmum pœnitentia peccatorum mortalium, & pœnitentia uenialium, ſunt partes, ideſt, ſpecies uirtutis pœnitentiæ, non autem ſacramenti pœnitentiæ, 3^{a} q.90.4.o.

55 Satisfactio dicitur fructus pœnitentiæ, quia eſt ultima pars eius, 3^{a}.q.90.2.3^{m}

46 Pœnitentia ſolemnis, non debet iterari triplici ratione. ſ. ne ex iteratione pœnitentia uileſcat, & propter ſignificationẽ: & quia ſolemnizatio eſt quaſi quædam profeſſio perpetuo pœnitentiam conſeruandi, 3^{a}.q.84.10.2^{m}

57 Pœnitens ſolemniter non debet ordinari quadruplici ratione. ſ. propter dignitatem ordinum iſtorum, propter timorem recidiui, propter ſcandalum uitandum, quod poſſet in populo oriri ex memoria præcedentium peccatorum, & quia non haberet frontem alios corrigendi, cum peccatum eius foret publicum, & ordinans debet priuari poteſtate hac, niſi in neceſſitate, uel conſuetudine, ad ordines minores tantum, 3^{a}.q.89.3.3^{m}.

58 Pœnitentia reuocat omnes defectus reſtituẽdo in priſtinam grauam, 3^{a}.q.89 2.1^{m}

59 In ſacramento pœnitentiæ, gratia infunditur, per quam fit remiſſio peccatorum, 3^{a}.q.89.1.c

60 Pœnitentia ex prima ſui inſtitutione, reſpicit futurum: & ſimiliter ſatisfactio, 3^{a}.q.84.8.1^{m}

61 Dignitas amiſſa per peccatum, eſt triplex. ſ. filiatio Dei per gratiam, innocentia & dignitas eccleſiaſtica: prima reſtauratur per pœnitentiam, non autem ſecunda: ſed aliquid minus quandoque: nec tertia, quadrupliciter. ſ. ſi uere non pœniteat, uel negligenter, uel propter irregularitatem, uel propter ſcandalum, 3^{a}.q 89 3.o.

62 In pœnitentia non quæritur ſola reintegratio æqualitatis iuſtitiæ, ſicut in iuſtitia uindicatiua, ſed magis reconciliatio amicitiæ, 3^{a}.q.90.3.c.

63 Pœnitentia expellit effectiue quodlibet peccatum: formaliter uero, ſuum oppoſitum tantum. ſ. impœnitentiam, 3^{a}. q.85.2.1^{m}°3^{m}

64 Omnis uirtus expellit formaliter. i. per actum primum, peccatum ſibi oppoſitum, ſed tantum pœnitentia, expellit effectiue, ideſt per actum ſecundum omne peccatum, 3^{a}.q. 85.2.3^{m}.

65 Homo in primo inſtanti ſui pœnitentiæ, conſequitur remiſſionem peccatorum, 3^{a}.q.84.8.1^{m}

66 Merces pœnitentiæ eſt plena remiſſio peccatorum, quo ad culpam, & pœnam, 3^{a}.q.84.9.1^{m}°q.89.1.c

67 Per pœnitentiam liberamur a peccato, & reſtituimur in ſtatum priſtinum, ſed per eam non exhibetur aliquid de nouo, pertinens ad cultum Dei, 3^{a}.q.63.6.c

68 °Omne peccatum uiatoris, deleri poteſt per pœnitentiã, non autem damnatorum, 3^{a}.q.86.1.o°q.87.1.o

69 Remiſſio culpæ eſt effectus pœnitentiæ uirtutis, ſed principalius pœnitentiæ ſacramenti: & principalius gratiæ quàm ſacramenti & principalius charitatis & fidei, quàm pœnitẽtiæ uirtutis, 3^{a}.q 86.6.o

70 Remiſſio culpæ eſt effectus pœnitentiæ, principaliter ex ui clauium in miniſtris: ſecundario ex ui actiua ipſius pœnitentis, 3^{a}.q.86.6.c.°q.89.1.2^{m}

71 Peccatum mortale poteſt remitti ſine ſacramento pœnitentiæ, non autem ſine uirtute pœnitentiæ, 3^{a}.q.86.2.q°3.c.° q.87.1.c

72 Peccatum ueniale poteſt remitti ſine ſacramento pœnitentiæ, non autem ſine aliquali actu uirtutis pœnitentiæ, explicito uel implicito, 3^{a}.q.87.1.o°2.2^{m}°3^{m}.°3.c

73 Pœnitentia tollit totam culpam, ſed non ſemper totum reatum. i. debitum totius pœnæ, 3^{a}.q.67.3.3^{m}.°.q.69.10.3^{m}.° q.86 4.o.

74 Pœnitentia non tollit omnes reliquias peccati actualis. i. defectus conſecutos, niſi pœnitentia ſit perfecta, ſecũdum omnes eius partes, 3^{a}.q.86.4.3^{m}°5.o.

75 Sacramentum pœnitentiæ habet efficaciam ad remiſſionẽ peccatorum ex uirtute nominis Chriſti, patientis & reſurgentis, 3^{a}.quæſtio.84.4.c.°.5.3^{m}.°.7.c.°.quæſtio.86.1.c.ibi. °.6.3^{m}.

76 Remota per pœnitentiam auerſione, remanet inordinata cõuerſio ad bonum creatum, 3^{a}.q.86 4.1^{m}.° 5.c

77 Omnes uirtutes & gratiæ reſtaurantur per ſacramentum pœniten-

pœnitentiæ, non autem per uirtutem pœnitentiæ, 12ª.q. 152.3.3m°3ª.q.89.1.c.
78 Nec reſtaurantur ſemper in gradu priori, ſed in maiori vel minori, ſecundum gradum motus pœnitentiæ, 3ª.q.89.2.o.°.5.3m.
79 In innocentibus poteſt eſſe pœnitentia non actu, ſed potentia, Suppl.q.16.1.o
80 Sicut virtutes cardinales remanebunt in patria, ita etiam pœnitentiam, quæ eſt pars iuſtitiæ, quæ eſt uirtus cardinalis, habebunt ſancti, qui ſunt in gloria, Suppl.q.16.2.c.
81 Non poteſt pœnitentia eſſe in malis angelis, quum peccatũ illorum ſit irremiſſibile, Suppl.q.16.3.o
82 Iniungenda nonnunquam eſt enormibus ac publicis criminibus obnoxiis publica & ſolemnis pœnitentia, ad ipſorũ ſalutem & aliorum exemplum, Supp.q.28.1.o
83 Si quis poſt ſolemnem actam pœnitentiam rurſus peccauerit, non clauditur ei locus pœnitentiæ, ſed pœnitentia ſolemnis ei rurſus iniungenda non eſt, Suppl.q.28.2.c
84 Publica ac ſolemnis pœnitentia uiris ac mulieribus ſemel tantum iniungi poteſt, non tamen clericis. publica autẽ & nõ ſolemnis, etiã clericis imponi pluries poteſt, ſicut & aliis. Supp q.28.3.o
¶ Pentecoſtes erat feſtum pro beneficio datæ legis, ſignificans aduentum ſpiritusſancti, cuius feſtum ſuccedit ei, 12ᵉ.q. 102.4.10.°q.103.3.4m

1 Per ſignificat aliquam cauſam operationis, in ſuo caſuali dupliciter. ſ. ut exit ab agente, & ut terminatur ad operationem, 1ª.q.36.3.c
2 Cum dicitur aliquis per aliquem operari, hæc prępoſitio, per ſemper deſignat in ſuo caſuali aliquam cauſam, uel principium actus, 1ª.q.36.3.c.prin.
3 Per ſignificat cauſam mediam, ſed aliquando habitudinem formæ, per quam agens operatur, 1ª.quæſtio.39.8. c. °.q. 45.6.2m
4 Hæc præpoſitio, per, ſolet denotare cauſam mediã, uel principium de principio, 1ª.q.4 .6.2m
5 Per ſignificat auctoritatem in recto, & aliquando in obliquo 1ª.q.36.3.c
6 Pater operatur per filium, & non econuerſo, 1ª.q.36.3.c.4m. °q 45.6.2m
¶ Perceptio, experimentalem quandam notitiam ſignificat, 1ª q.43.5.2m

1 Perfectio dicitur dupliciter. ſ. proprie, & tranſumptiue, ſicut dicitur quandoque perfectus latro, non quidem proprie, & ſimpliciter, ſed quaſi tranſumptiue, & ſecundum quid, 12ᵉ.q.55.3.1m°q.92.1.c.fi.°22ᵉ.q.14.4.1m.°.q.45.4. 1m°q.47.13.c.°q.92.1.1m°q.116.1.c.3m
2 Perfectio duplex, ſcilicet prima. i. forma ſubſtantialis, & ſecunda idelt forma accidentalis, 1ª.quæſt.73.1.c. °.12ᵉ.q. 4.2.1m
3 Perfectio duplex. ſ. prima, ideſt ſubſtãtia rei, & ſecunda, ideſt finis, ſiue operatio, & prima eſt cauſa ſecundæ, 1ª. quæſt. 73.3.1.c
4 Perfectio uniuerſi duplex. ſ. ſecundum ſtatum præſentem, & futuræ nouitatis, 1ª.q.73.1.c
5 Perfectio duplex. ſ. totalitatis & finis: prima cõuenit diei ſextę, in primis operibus Dei. ſed ſecunda diei ſeptimæ, 1ª.q. 73.1.c.2m.°3ª.q.29.2.c
6 Perfectio dicitur tripliciter. ſ. ſimpliciter, ſecundum naturam, & ſecundum tempus, 12ᵉ. q.98.2.2m.°.22ᵉ.quæſtio. 161.1.4m.
7 Perfectio triplex, ſ. ſecundum eſſe, ſecundum accidentia, & ſecundum finem, 1ª.q.6.3.c
8 Perfectio triplex, ſcilicet diſpoſitionis, formæ, & finis, 3ª.q. 27. .1m
9 Perfectio triplex naturæ, gratiæ & gloriæ, 1ª.q.73.1.1m
10 Gradus perfectionis quintuplex, ſcilicet quia ſupremum in entibus, eſt, quod habet perfectum bonum ſine operatione ut Deus: ſecundum eſt, quod habet perfectum bonum per unum, uel per paucos motus, ut angelus: tertium eſt, quod acquirit perfectum bonum, per multas operationes, ut homo: quartum eſt, quod non poteſt acquirere perfectum bonum ullo modo, ſed acquirit ad minimum per paucos motus, ut bruta perfecta: uel per unum tantum, ut bruta imperfecta, & infimum eſt quod nihil bonum poteſt acquirere, & propter hoc non habet participatum aliquem motum, ut plantæ, 1ª.q.77.2.c°12ᵉ.q.5.2. 4m q.5.7.c
11 Omnia creatura, ſecundum quod eſt perpetua, eſt de eſſentia perfectione uniuerſi, de accidentali uero, ſicut dũ quod eſt corruptibilis, 1ª.q.23.7.c
12 Vltima perfectio rei, eſt in conſecutione finis, 1ª.q.103.1.c.° 22ᵉ.q 55.c.°22ᵉ.q.184.1.c
13 Prima perfectio. i. forma rei, ſe habet ad ſecundum, ideſt ad operationem in duplici ordine, quia terminat & elicit eã. 3ª.q.29.2.c
14 In omnibus naturis ordinatis, duo concurrunt ad perfectionem naturæ inferioris. ſ. aliquid ſecundum motũ proprium, & aliquid ſecundum motum naturæ ſuperioris, 22ᵉ.q.2.3.c.
15 Vnumquodque ſecundum quod eſt perfectum, eſt bonum, & in actu, 1ª.quæſt.4.princ.°.1.c. °.quæſt.5.1.3.c.°. 12ᵉ.q. 3.2.c.
16 Primum principium in genere cauſæ efficientis oportet eſſe perfectiſſimum, nam perfectum dicitur, cui nihil deeſt, ſecundum modum ſuæ perfectionis, 1ª.q.4.1.c.fi.
17 Vltima perfectio cuiuslibet rei, eſt operatio eius, 12ᵉ. quæſt. 3.2.c.
18 °Perfectum eſt prius imperfecto, ordine naturę & perfectionis, ſed econuerſo ordine temporis, & generationis, 1ª.q. 81.3.2m°3ª.q.1.5.3m°6.c.
19 Semper imperfectum eſt propter perfectum, 1ª. quæſtio. 105.5.c.
20 Perfecta bonitas eſt in iis quæ ſunt ad finem, ſi per ſe ſufficiunt inducere ad finem, imperfecta uero, ſi tantum aliquid cooperati poſſunt, 12ᵉ.q.98.1.c
21 Adueniente perfecto, non manet imperfectum, quando imperfectio eſt de ratione eius, 12ᵉ.quæſt.67.3.6.c.°. 22ᵉ.q. 4.4.1m.
22 Vel aliquando ſunt oppoſita, 1ª.q.58.7.3m°q.62.7.1m.12ᵉ. q.67.3.c.°5.2m°6 c.°3ª.q.9.3.1m
23 Aliquis dicitur perfectus dupliciter. ſ. habendo perfectionẽ, & ſtatum eius. 22ᵉ.q.184.4.c.
24 Ad ſtatum perfectionis requiritur obligatio perpetua ad ſeruitutem Dei, cum aliqua ſolemnitate, 22ᵉ.q.184.4.5.6.c. °.8 5m.
25 In ſtatu perfectionis ſunt ſoli profeſſi ſolemniter religioſi, & epiſcopi, 22ᵉ.q.184.4. 5.6
26 Status epiſcoporum eſt perfectior ſtatu religioſorum, quia epiſcopi ſunt perfectores, hi autem perfecti, 22ᵉ. q.184.5 2m°7 o°q.181.8.c°q 186.3.5m°q.188.1.3m
27 Status religioſorum eſt perfectior ſtatu curatorum & archidiaconorum, 22ᵉ.q.184.8.o
28 Perfectio hominis eſt, ut contemptis temporalibus, ſpiritualibus inhæreat, 12ᵉ.q.99.6.c.fi.
29 Perfectio charitatis triplex. ſ. ex parte diligibilis, diligentis, & per excluſionem repugnantis: prima conuenit ſoli Deo: ſecunda beatis: tertia uiatoribus, 22ᵉ.q.24.8.o° q.44.4.2m.° 3m°q.184.2.o
30 Perfectio charitatis ex parte diligentis triplex. ſ. ſecundum actum, ſtudium, & habitum: prima conuenit ſolis beatis: ſecunda perfectis uiatoribus tertia omnibus habentibus charitatem, & ad eam omnes tenentur, 22ᵉ.q.24.4.o.°.q. 44 4.2m°3m°q.184.2.o.
31 Ad perfectionem aliquid pertinet tripliciter. ſ. eſſentialiter, ut obſeruantia præceptorum charitatis: conſequenter, ut conſilia, & inſtrumentaliter, ut paupertas, continentia & huiuſmodi, 22ᵉ.q.184.3.c.
32 Paupertas uoluntaria non eſt perfectio, ſed inſtrumentum eius, 22ᵉ.q.19.12.1m°q.184.7 1m°q.184.6.1m°q.186.1.3m °.2.c.°.3.c.fi.°q.188.7.c.1m.°8.c
33 Paupertas uoluntaria eſt efficax exercitium perueniendi ad perfectionem charitatis, 22ᵉ.q.186.3.4m
34 Perfectio uitæ Chriſtianæ, ſimpliciter attenditur ſecundum charitatem, ſed ſecundum quid, ſecundum alias uirtutes, 22ᵉ.q.184.1.o°2.3.c°q.189 1.1m°3ª.q 46.3.c
35 Perfectio uitæ eſſentialiter conſiſtit in præceptis, ſed inſtrumentaliter in conſiliis, 22ᵉ.q.184.3.o.
36 Perfectio uitæ, principaliter & per ſe conſiſtit in interioribus, pręcipue in charitate, ſed ſecundario, & per accidens, in exterioribus, ut in uirginitate, & paupertate, & hoc tripliciter ſcilicet remouendo impedimenta, uel ut effectus charitatis, & ut perfectio pœnitentiæ, 22ᵉ quæſt.81.7.c.°quæſt. 186 7.1m
37 Quilibet tenetur tendere ad perfectionem ex præcepto, nõ autem tenetur eſſe perfectus, 22ᵉ.q.186.2.2m.
38 Habens perfectam charitatem, uel exiſtens in ſtatu perfectionis, non tenetur plus aliis ad opera perfectionis, niſi ex uoto, uel cura, 22ᵉ q.110.4.5.
39 Qui non eſt perfectus in uirtutib. moralibus indigne ſumit officium prælationis, uel prædicationis, 3ª. quæſtio 41. 3.1m.

40 Perfecti debent tollerare iniurias proprias, ſecundum præparationem animi, non autem communes Dei, proximi, vel ſtatus, 22æ.q.108.1.2m.°4m°q.188.3.1m

41 Perfecti debent reſiſtere detractoribus ſuis, 22æ.q.72.3.o.

42 Perfectis licet ſua repetere, uel non dare, ſicut etiam imperfectis, 22æ.q.43.8.o

1 PEriculum ex ipſo facto naſcens, facit illud factum nó expedire, non autem periculum naſcens ex defectu noſtro, 22æ.q.88.4.2m

2 Expediens eſt aſcendere equum, quamuis periculum immineat cadendi de equo: alioquin oporteret ab omnib. bonis ceſſare, quæ etiam per accidens ex aliquo euentu, poſſunt eſſe periculoſa, 22æ q.88.4.2m

3 Quaſcunque res magnas aggredi, uidetur periculoſum eſſe, quia in iis deficere, eſt ualde nociuum, 22æ.q.128.3m

4 Periculis rerum humanarum eſt obuiandum per res humanas, non autem per hoc, quod res diuinæ conuertantur in uſum humanum per diſpenſationem indebitam, 22æ.q.88.11.1m.

5 Periculum eſt in mora quandoque, 12æ.q.96.6.c.ſi.

6 Si ſit ſubditum periculum, non patiens tantam moram, ut ad ſuperiorem recurri poſſit: ipſa neceſſitas diſpenſationem habet annexam, quia neceſſitas non ſubditur legi. ibidem.

1 ¶Periurium habet principaliter nomen & ſpeciem a falſitate: ſecundario a defectu iuſtitiæ: tertio, à defectu iudicij, 22æ.q.98.1.o°q.123.3.3m

2 Periurium, omne ſemper eſt peccatum, contrarium religioni, 22æ.q.98.2.o.

3 Periurium ſemper eſt peccatum mortale: licet ex loco ſit, uel ex lapſu linguæ, ſi perpendit qui iurat, 22æ.q.70.4.c.°.q.98.2.3.o.

4 Iurans uerum quod putat eſſe falſum, uel iurans falſum, qđ putat eſſe uerum eſt periurus, 22æ.q.98.1.3m.

5 Periurium promiſſorium, eſt infame ipſo iure, aſſertorium uero, per ſententiam tantum, 22æ.q.98.3.2m

¶Permittere lex humana dicitur aliquid, nó quaſi ea approbans, ſed quaſi ea dirigere non potens, 12æ.q.93.3.3m

¶Permutatio beneficij eccleſiaſtici, propter commodum ſpirituale eſt licita de licentia epiſcopi, non autem propter commodum temporale, quia eſt ſimonia, 22æ. quæſt.100.1.5m.

1 ¶Perplexus aliquis eſſe poteſt ex ſuppoſitione, non autem ſimpliciter, 12æ.quæſt.19.6.3m.°3ª.q.64.6.3m.°.quęſ.82.10.2m.

1 ¶Per ſe quod conuenit alicui, non poteſt ſeparari ab eo, 1ª.q.50.2.c.

2 Formæ conuenit eſſe per ſe, non autem materiæ, uel compoſito, ſed per formam, 1ª.quæſt.50.5.c.°.quæſt.75.6.c.°.q.90 2.c.

3 °Omne quod ineſt nó per ſe, reducitur ad aliquid, quod ineſt per ſe, 12æ.q.10.1.c.

4 In moralibus interdum dicitur per ſe, & quod eſt præter intentionem, dicitur per accidens, 22æ.q 37.1.c.°.q.39.1.c.°.q.43.3.c.°q.59.2.c°q.64.7.c°q.150.2.c

1 ¶Perſeuerantia eſt in ratione bene conſiderata, ſtabilis, & perpetua permanſio, ſecundum Andronicum, 22æ.quæſt.128.c.

2 °perſeuerantia eſt uirtus ſpecialis habens ſpeciale obiectũ, ſ. opus laborioſum, ut tolerabile diuturnitatis, 22æ.q.137.1.o.°2.c.1m°2m.°q.138.1.c.

3 perſeuerantia ut eſt uirtus, moderatur aliquas paſſiones. ſ. timorem fatigationis, aut defectus, propter diuturnitatem, non autem perſeuerantia, de qua loquitur philoſophus, 12æ.q.117.2.2m

4 perſeuerantia dicitur tripliciter. ſ. habitus mentis quo firmiter ſtatur contra triſtitias, habitus propoſito perſeuerandi, & continuatio boni, uſque ad finem uitæ. primo & ſecundo modo, eſt uirtus infuſa, non autem tertio modo, 1ª.q.9..3.4m°12æ.q.109.10.c°22æ.q.128.5m°q.137.1.o.°2 2m.°4.c.

5 perſeuerantia primo & ſecundo modo fuit in Adam, non autem tertio modo, 1ª.q.95.3.4m.°12æ.q.109.10.3m.°22æ.q.138.4.2m

6 perſiſtere in bono uſque in finem, ex propria intentione finis, eſt proprium perſeuerantiæ, ſed conuenit cuilibet uirtuti, inquantum eſt habitus, 22æ.quæſt.137.1.3m.°.quæſt.138.2.3m

7 perſeuerantia eſt pars potentialis, annexa fortitudini, 22æ.q.128.c.5m°6m°q.137.3.o

8 perſeuerantia conuenit cum temperantia in materia, ſ. circa delectationes tactus, ſed magis conuenit cum fortitudine, & principalius in modo, inquantum firmat contra difficultatem diuturnitatis, 22æ.q.137.2.1m

9 perſeuerantia non eſt in appetitu ſenſitiuo, ſed in ratione, 12æ.q.58.3.2m°22æ.q.53.5.3m

1 PErſona dicitur a perſonando in theatris, cum laruis, 1ª.q.29.3.2m

2 perſona non eſt nomen intentionis, ſed rei, 1ª.q.30.4.c

3 Nomen perſonæ non eſt impoſitum ad ſignificandum indiuiduum, ex parte naturæ, ſicut aliquis homo: ſed rem ſubſiſtentem in rationali natura, 1ª.q.30.4.c.

4 perſona ſignificat id quod perfectiſſimum eſt in tota natura, ſcilicet ſubſiſtens in rationali natura, 1ª.q.29.3.o

5 perſona ſignificat ſubſtantiam particularem, ad dignitatem pertinentem: ideo eſt tantum in natura intellectuali, 1ª.q.29.3.2m.

6 perſona eſt rationalis naturæ, indiuidua ſubſtantia, ſecundum Boetium, 1ª.q.29.1.o.°1.c.2m.°4m.

7 Subſiſtentia in diffinitione perſonæ, accipitur in communi ſecundum quod diuiditur in ſubſtantiam primam & ſecundam, 1ª.q.29.1. 2m

8 perſona eſt hypoſtaſis diſtincta proprietate, ad dignitatem pertinente, ſecundum magiſtrum, 1ª.quæſtio.29.3.2m.°.4m

9 Forma ſignificata per nomen perſonæ, non eſt eſſentia, uel natura, ſed eſt perſonalitas, 1ª.q.39.3.4m.

10 perſona eſt communicabilis multis naturis, non autem multis ſuppoſitis, 3ª.q.3.1.2m

11 Illud quod non exiſtit per ſe, non eſt perſona, ut accidentia, partes & humanitas Chriſti, 1ª.q.22.1.2m.°5m.q.75.4.2m.°3ªq.2.2.3m°q.16.12.2m

12 Vnitas perſonæ requirit unitatem eſſe completi, & perſonalis, quia eſt de conſtitutione eius, non autem operatio, 3ª.q.19.1.4m.

13 perſona proprie conuenit Deo, & nobilius quàm creaturis, 1ª.q 29.3.o

14 perſona prædicatur analogice de Deo & creaturis, 1ª.q.29.4.4m.

15 perſona in diuinis, eſt diuinæ naturæ incómunicabilis exiſtentia, ſecundum Ricardum de ſancto Victore, 1ª.quæſt.29.3.4m.

16 perſona in diuinis ſignificat relationem per modum ſubſtantiæ, 1ª.q 28.4.o°q.30.1.c°q.33.2.1m

17 perſona etiam in diuinis dicitur ad ſe, & non ad alterum, propter modum ſignificandi, 1ª.q.29.4.1m

18 Trinitas, eſſentia, & quælibet res demonſtrabilis, eſt perſona ſecundum grammaticos, 1ª.q.39.8.ſi.

19 In diuinis perſona & eſſentia ſunt idem re, & differunt ratione, 1ª.q.3.3.o°q.39.1.o°q.40.1.c

20 perſona addit ſupra eſſentiam Dei ſecundum intellectum, quia eſſentia poteſt intelligi ſine perſona, non auté è conuerſo, 3ª.q.33.3m

21 Cognitio perſonarum diuinarum, eſt nobis neceſſaria, ad recte ſentiendum de creatione, ſed principalius de ſalute noſtra, 1ª.q.32.1.3m

22 In diuinis eſſentialia poſſunt abſtrahi a perſonis, cognitione imperfecta: non autem cognitione beata, 3ª.q.3.3.o

23 In diuinis eſt pluralitas perſonarum, 1ª.q.30.1.o.

24 perſona in diuinis, prędicatur pluraliter, de plurib. perſonis, 1ª.q.30.1.o°q.39.3.4m

25 Communitas huius nominis, perſona, non eſt realis, nec intentionis, nec negationis: ſed rationis, 1ª.q.30.4.o

26 In diuinis ſunt tantum tres perſonæ, 1ª.q.30.2.o.°q.32.1.o.°q.41.6.o

27 Tres perſonæ, ſunt unus Deus, & Deus eſt tres perſonæ, & eſt trinitas, 1ª.q.39.3.6.o

28 Tres perſonas dicimus eſſe unam eſſentiam, non autem ex uel de eadem eſſentia, 1ª.q.39.2.o°q.41.3.3m

29 Hæc non conceditur, tres perſonæ ſunt eſſentiæ, quia forma non deſignatur, niſi per duos genitiuos, uel per unum genitiuum habentem uim duorum, 1ª.q.39.1.c.4m.

30 Hæc eſt uera, tres perſonę ſunt unius eſſentię, & genitiuus cóſtituitur in habitudine cauſæ formalis, 1ª.q.39.2.o

31 Hęc conceditur, eſſentia eſt trium perſonarum, non autem hęc: Deus eſt triũ perſonarum, nec tres perſonę ſunt unius Dei, 1ª.q.39.2.c.

32 perſonę diuinę, ſunt plures res, 1ª.q.30.1.c°q.39.3.3m.

1 PErtinax ſecundum Iſidorum, eſt qui tenet impudenter ſuum propoſitum, quaſi omnino tenax, 22æ.quæſtio.138.2.c.

1 Pertinax aſſimilatur incontinenti & molli, quia nimis appetit aliquam delectationem, & fugit triſtitiam, 22æ. quæſt. 138. 2. 3m

3 Pertinacia opponitur perſeuerantiæ ſecundum exceſſum, mollities autem ſecundum defectum, 22æ. q. 138. 2. o

Pertinax eſt idem quod peruicax, qui in ſuo propoſito ad uictoriam perſeuerat, 22æ. q. 138. 2. c.

1 * Peſſimum non oportet quod opponatur optimo, 12æ. q. 39. 4. 1m. *q. 84. 4. 1m

Petra in deſerto, fuit aliquid materiale: ſignificans Chriſtū, 1ª. q. 102. 1. 4m.

Petrus negando Chriſtum, peccauit mortaliter, 22æ. q. 24. 12. 2m

Philotimia eſt uirtus in concupiſcibili, circa honores abſolute, innominata ratione, 12æ. quæſt. 60. 5. c. * 22æ. quæſt. 129. 2. c.

1 Pythones ſunt arreptitij, dicti à Pythone, id eſt Appolline, auctore diuinationis, 22æ. q. 95. 3. c.

2 Samuel (ſecundum Auguſtinum) uere apparuit Pythoniſſæ, diſpenſatione Dei, uel Diabolus in ſimilitudine eius, 1ª. q. 89. 8. 2m. *22æ. q. 95. 4. 2m. *q. 174. 5. 4m

Pietas à vulgo ſumitur pro actibus miſericordiæ, quia Deus teſtatur, hos actus ſibi fieri: & ex hoc Deus dicitur pius. 22æ q. 101. 1. 2m

2 Pietas eſt ſpecialis uirtus, 22æ. q. 101. 3. o.

3 Pietas principaliter eſt ad parentes, & ad patriam, in quibus includuntur omnes conſanguinei, ciues, & amici, & patria, 22æ. q. 80. 1. c. *q. 181. 1. o. *2. 3m. *3. c

4 Religio exhibet cultum Deo, pietas autem parentibus & patriæ, quia eis homo maxime debitor eſt poſt Deum, 12æ. q. 60. 3. c. *22æ. q. 101. 1. c. *3. 1m. *2m. *q. 102. 1. 3m. *q. 106. 1. c. *q. 122. 5. c.

5 Pietas debetur Deo, quia cultus parentum includitur in cultu Dei, ſicut minus in maiori, 22æ. q. 101. 1. 1m. *q. 102. 1. 1m * q. 103. 3. 1m. *q. 106. 1. c. 1m

6 * Opera pietatis non debet prætermitti propter religionem, niſi impediant eam, quia iā non eſſent opera pietatis, 22æ. q. 101. 4. o.

7 Donum pietatis eſt habitualis diſpoſitio animæ, qua prompte mobilis eſt à ſpiritu ſancto, ad habendum filialem affectum ad Deum, ut ad patrem, 22æ. q. 121. 1. c

8 Pietas donum colit patrem Deum, ſed ut uirtus, colit patrē carnalem. 22æ. q. 121. 1. o

9 Donum pietatis colit Deum, & conſequenter quæ Dei ſunt ſcilicet ſanctos, ſacram ſcripturam, & pauperes, 22æ. q. 121. 1. 3m.

10 Donum quo aliquis propter reuerentiam Dei operatur bonum ad omnes, perficiens uim appetitiuam, in iis quæ ad alterum ſunt, conuenienter pietas nominatur, 12æ. q. 68. 4. c. fi. *2m

11 Donum pietatis eſt unus habitus, dirigens in omni communicatione ad alterum, propter unam menſuram, 12æ. q. 68. 4. c. fi.

12 Religio eſt prior uirtute pietatis, ſed eſt inferior dono pietatis, 22æ. q. 121. 1. 2m

13 Pietas & timor Dei, manifeſtant fidem & ſapientiam, 22æ. q. 45. 1. 3m

14 Actus doni pietatis in patria, eſt honor Dei, & honor ſanctorum adinuicem, 22æ. q. 121. 1. 3m

1 ¶ Pignus ſicut ſpero habendi rem, & tantum & ualet, 12æ. q. 112. 5. 3m

1 ¶ Piſces carent memoria, ſecundum Baſilium, non autem ſecūdum Auguſtinum: & communiter ſunt animalia imperfectiora terreſtribus animalibus, 1ª. q. 72. 1m

2 Piſces non offerebantur in templo, quia ſunt magis alieni à conuerſatione hominum, quàm alia animalia, & etiam moriuntur quando ſunt extra aquam, 12æ. q. 102. 3. 3m

6 Vt includantur omnia huiuſmodi quæ habent aliquod ſpeciale inter piſces ſubiungit ſcriptura: creauit Deus cete grandia, 1ª. q. 70. 4m

1 Pythagoras noluit profiteri ſe eſſe ſapientem, ſed amatorem ſapientiæ, 22æ. q. 186. 2. 1m

2 Placere hominibus propter fauorem humanum, eſt peccatū non autem ſi hoc fit ad gloriam Dei, 22æ. q. 115. 1. 1m

3 ¶ Plagium eſt furtum hominis & punitur in ueteri lege, pœna mortis. 12æ. q. 105. 2. 10m

¶ Planetæ. Candelabrum habens ſeptem lucernas, in ſeptem calamis, in auſtrali parte templi ſignificat ſeptem planetas illuminantes totum mundum, quorum curſus eſt nobis in auſtrali parte, 22æ. q. 102. 4. 6m. col. 2.

1 ¶ Plantæ. Productio plantarum tertia die, pertinet ad opus diſtinctionis, non autem ad opus ornatus, 1ª. quæſtio. 69. 2. 1m.

2 ¶ Plantæ ſecundum Auguſtinum, productæ ſunt die tertia, cauſaliter tantum: ſecundum alios autem productæ ſunt in actu, 1ª. q. 69. 2. o. *q. 70. 1. c. fi. *q. 71. 2. fi. *q. 72. c. 1m. *q. 74. 2. c. *q. 102. 1. 1m

3 Plantæ habent ſimul potentiam generationis, actiuam & paſſiuam, ſed abſolute, dicuntur mares uel fœminæ, à prædominio, 1ª. q. 92. 1. c. *3ª. q. 31. 4. c

1 ¶ Plato, ſolus amore ueritatis contemplādæ, abſtinuit ab omni delectatione uenerea, pro quo ſacrificauit, non quaſi reputans hoc peccatum, ſed cedēs errori ciuium, 22æ. quæſt. 152. 2. 3m

2 Plato uidit librum Geneſis, & expoſuit aliquid eius, 1ª. q. 66. 1. 5m. *q. 74. 1. 4m

3 Plato poſuit ideam ſeparatam entis, & unius, & boni, ſummum Deum. 1ª. q. 6. 4. c

¶ Pluralitas materialis, à nullo agente eſt intenta ut finis: quia tendit in infinitum quod repugnat fini, 1ª. q. 47. 1. 2m. *fi. *q. 50. 4. 4m

¶ Paluuiales aquæ cauſantur ex uaporibus aqueis, & parum ex uaporibus miſtorum, qui ex ui naturæ, reſoluuntur in ueras aquas: ideo in eis poteſt eſſe baptiſmus, 3ª. quæſt. 66. 4. 5m

¶ Poetica utitur metaphoris, propter defectū rei, de qua eſt: theologia uero, propter exceſſum, 1ª. q. 1. 9. 1m. *22æ. q. 101. 2. 2m

1 Pollutio nocturna, magis iudicatur quo ad rationem meriti uel ſecundum principium, quod eſt in dormiendo, quam ſecundum terminum, qui eſt in uigilando, nec reputatur quis euigilaſſe, quouſque perfecte uſum liberi arbitrij recuperauerit, 1ª. q. 94. 4. 4m

2 Nō omnis emiſſio humoris carnalis, eſt proprie pollutio, ſcilicet quando in uigilia ex infirmitate uel absque ulla cōmotione carnis, & abſque cogitatione immunda, & ſine delectatione, & quaſi inſenſibiliter, humor carnalis egreditur, 22æ. q. 154. 5. 4m.

¶ De pomis collium æternorum, 1ª. q. 10. 3. c.

¶ Populus eſt multitudo hominum, iuris conſenſu, & utilitate communicans ſociata, 1ª. quæſt. 3. 1. 2m. *12æ. quæſt. 105. 2. c.

¶ Porphyrio habet unum pedem latum ad natandum, & alium fiſſum ad ambulandum, ſolo mortuis cibatur, omnē cibum aqua tingens: ideo ſignificat inobedientes 12æ. q. 102. 6. 1m. fi.

¶ Poſitio duplex. ſ. prædicamentum, id eſt ordo partium in loco, & differentia quantitatis, 12æ. q. 19. 1. 3m

1 ¶ Non intelligitur aliquis poſſe facere, quod non licite facere poteſt, 22æ. q. 1. 7. 3. c.

2 Hoc uerbum poteſt, habet uim ampliatiuam, 1ª. quæſtio. 25. 5. 2m.

3 Illud poſſumus, quod de iure poſſumus: unde dicitur illud eſſe non poſſe, quod conuenienter eſſe nō poteſt, ideo exponitur non poteſt, id eſt non debes, 3ª. q. 74. 7. 1m

4 Dicitur ille aliquid non poſſe, qui non poteſt illud de facili, 3ª. q. 86. 1. 2m. fi.

1 Poſſeſſio rerum exteriorum, quo ad uſum, eſt homini naturalis, non autem quo ad naturam earum, 22æ. quæſt. 66. 1. o.

2 Poſſidere aliquid quaſi proprium, eſt licitum & neceſſariū, triplici ratione, ſcilicet ſolicitudinis, ordinis, & pacis, 22æ. q. 66. 2. o.

1 Communitas poſſeſſionum dicitur eſſe de iure naturali, quia diuiſio earum eſt ſecundum ius humanum tantum, 12æ. q. 94. 5. 3m. 22æ. q. 66. 2. 1m. *7. c.

4 Poſſeſſiones Iudæorum non poterant uendi ne ſortes confunderentur præter domos urbanas, quia non erant ſortes diuiſæ, 12æ. q. 105. c. 3m.

5 Optimum eſt, quod poſſeſſiones ſunt diſtinctæ, ſed uſus ſit partim communis, & partim per uoluntatem poſſeſſorum communicetur, ſicut ſtatutum eſt in lege ueteri, 22æ. q. 105. 2. c. *22æ. q. 66. 2. c

6 Propter irregularitatem poſſeſſionum, plures ciuitates, deſtruuntur, ut philoſophus dicit, ad quod lex uetus triplex appoſuit remedium, ſcilicet uel ut ſecundum numerum hominum poſſeſſiones æqualiter diuiderentur, uel ut poſſeſſiones non in perpetuum alienentur: ſed certo tempore ad ſuos poſſeſſores reuertantur, ut ne confunderentur ſortes poſſeſſionum, uel ut ad huiuſmodi confuſionem tollendam proximi ſuccedant morientibus, 12æ. quæſt. 105. 2. 3m.

a ¶ Poſſibile

1 Poſſibile ſumitur dupliciter. ſ. ut diuiditur contra neceſſe, & ut commune ad neceſſe & ad contingens, 1ª.q.41.4.2m.
2 Poſſibile, uel impoſſibile duplex. ſ. ſimpliciter & abſolute, & ex ſuppoſitione, 3ª.q.46.2.c
3 Poſſibile uel impoſſibile abſolute, dicitur per conuenientiã uel repugnantiam terminorum, non autem poſſibile ſecũdum aliquam potentiam, 1ª.q.25.3.c.4m.*q.46.1.1m.
4 Poſſibile & impoſſibile abſolute dr̃ tripliciter, ſ. ſecundũ potentiam actiuam uel paſſiuam: * in eo quod aliquid facere poſſe dicitur, uel fieri alio modo non ſecundum aliquam potentiam, ſed ſecundum ſeipſum, ſicut per repugnantiam terminorum uel conuenientiam, poſſibile, uel impoſſibile aliquid dicitur eſſe: tertio dicitur, ſecundũ potentiam mathematicam, ut in geometricis, 1ª.q.25.3.c.4m.*q.46.1.1m.
5 Poſſibile uel impoſſibile ſecundum potentiam, iudicatur ſecundum cauſas inferiores tantum, 1ª.q.25.3.4m.
6 Poſſibilia contentum ſub neceſſario, conuenit Deo, non autem oppoſitum ei, quia ſequitur potentiam paſſiuam, 1ª.q.41.4.2m
¶Poſterius.* Aliquem effectum contingit eſſe poſteriorẽ ſuo principio dupliciter, ſ. ex parte agẽtis, & ex parte actionis, 1ª.q.42.2.c.
¶Poſt prædicamentum eſt, quod conſequitur diuerſa genera, 12æ.q.49.1.c.

1 Potentia ſignificat id quod eſt principium, non autem relationem, 1ª.q.41.5.1m
2 *Potentia creaturę duplex. ſ. ad eſſe & ad agere. Prima ſe tenet ex parte materię: ſecunda uero, ex parte formæ, 12æ.q.55.2.c.
3 Potentia duplex. ſ. potentia abſoluta, & potentia ordinata, 1ª q.9.2.c.*q.25.5.1m
4 Potentia creaturæ duplex. ſ. naturalis & obedientialis, 1ª.q.115.2.4m*3ª.q.1.3.3m*q.11.1.c
5 Potentiæ naturales non habent habitum, nec aliquid ſuperadditum, quia operantur circa aliqua determinata, 12æ, q.49.1.2m
6 Potentia duplex. ſ. imperans & exequens, 1ª.q.115.2.4m
7 Potentia duplex, ſ. rationalis, & irrationalis. Dico autem potentiam rationalem ſiue humanam ipſam rationem, uel quæ rationi obediat, 12æ.q.8.1.2m
8 Potentiæ rationales ſunt ad oppoſita, reſpectu eorum tantum, quæ ſunt ſub conuenienti obiecto earum, 12æ.quæſ. 8.1.2m.
9 Potentiæ rationales ſunt ad oppoſita, reſpectu earum tãtum, ad quæ non naturaliter inclinantur, ſ. non reſpectu finis, 1ª.q 62.8.2m
10 *Oppoſitorum eadem eſt potentia, 12æ.q.8.1.1m
11 Non eſt poſſibile quod eadem potentia ſit actiua & paſſiua, 1ª.q.79.10.c.
12 Potentia immaterialis quanto plus recipit de bonitate, tanto fit capacior in infinitum, non autem potentia materialis, 22æ.q.24.7.c
13 Potentia actiua cuiuslibet rei ſequitur formam eius, quæ eſt principium agendi & naturam eius, 3ª.q.15.1.c
14 Quælibet potentia actiua, quantumcunque imperfecta, poteſt in aliquam operationem, 22æ.q 129.2.c
15 Potentiæ actiuæ, artes, & habitus, qui ſunt circa finem, imperant ijs quę ſunt circa ea quæ ſunt ad finem, 1ª. q.82.4.c.* 12æ.q.9.1.c.*22æ.q.81.1.1m*5.1m
16 In omnibus potentiis actiuis ordinatis, illa potentia quæ reſpicit finem uniuerſalem, mouet potentias, quæ reſpiciũt fines particulares, 1ª.q.82.4.c*22æ.q.9.1.c.*q.65.3.1m.*q. 114.4.1m.
17 Quanto potentia eſt altior uel ſuperior, tanto ad plura ſe extendit, 1ª.q.65.5.c
18 In potentiis ordinatis, quicquid poteſt potentia inferior, poteſt & ſuperior, niſi ſit ad defectum, 1ª.q.57.2.c.*.q.86.1. 4m*q.110.2.2m*12æ.q.74.7 c.fi.
19 In omnibus potentijs, & habitibus ordinatis, ultima perfectio reſeruatur ſupremæ in genere illo, 12æ q.5.6.1m.*q. 15.4.c.1m*q.57 6.c.*q 74.7.c.*q.98.3.c.*22æ.q.47.11.3m.* 3ª.q.12.11.a
20 *Ad ea quæ ſunt diuerſa genere, ex equo ſe habentia, ordinantur diuerſæ potentiæ animæ, non autem aliter, 12æ.q. 8.2.2m.

1 Poteſtas excellentiæ humanitatis Chriſti in Sacramentis, conſiſtit in quatuor principaliter. ſ. in hoc quod meritũ, & uirtus paſſionis eius operatur in ſacramentis, & in eius nomine, ſacramenta ſanctificantur, & ex eius inſtitutione, ſacramenta uirtutem obtinent, & ipſe effectum ſacramenti uirtutem obtineat, & ipſe effectum ſacramentorũ ſine exteriori ſacramento potuit conferre, 3ª.q.64.3.4.c.* q.84.c.5m.*7.4m
2 Chriſtus potuit hanc poteſtatem alijs communicare, 3ª.q. 64.4.c.
3 Hæc poteſtas nulli pure creaturæ communicata eſt, 3ª.q. 64.4 1m*5m.q.72.1.1m.
4 Propria poteſtas Chriſti in baptiſmo duplex. ſ. diuina, & excellentia ſecundum humanitatem, ſecundam communicare potuit, non autem primam, 3ª.q.64.4.c.
5 Bonus uſus poteſtatis ad regendum alios, eſt optimus, & abuſus eius eſt peſſimus, 12æ.quæſt.2.4.2m.*.22æ.quæſt. 65. 1 1m.
6 Abutens poteſtate ſibi data, meretur eam amittere, 12æ.q.2.4 2m*22æ.q.65.5.1m.
7 Officium poteſtatum cœleſtium, eſt arcere Dæmones, 1ª.q. 108.6.c.fi.*q.110.1.2m.fi.*q.113.3.c.
¶Potus moderatus uini, multum confert, & modicus exceſſus multum lædit, etiã plus quàm exceſſus cibi, *cũ uſum rationis impediat: uinum enim multum temporum irritationem & iram, & ruinas multas inducit. 22æ. quæſtio. 149.1.c.
1 ¶Præceptum importat applicationem legis ad ea quæ ex lege regulantur, 12æ.q.90.2.1m
2 De ratione pręcepti eſt, quod importet ordinem ad finem, in quantum præcipitur id quod eſt neceſſariũ, uel expediens ad finem, 12æ.q.99.1.c
3 Præceptum proprie, importat rationem debiti, 12æ.q.99. 1. 5.c.*q.100.5.1m*9.c*22æ.q.44.1.c.
4 In quolibet præcepto ſunt conſideranda, duo, ſ. finis, & poſſibilitas, 12æ.q.13.3.3m
5 Non omnia poſita in lege, ſunt ſub præcepto, 22æ.quæſt. 186 9.2m.
6 Illud tantum cadit ſub præcepto legis proprie, pro quo pœna legis infligitur. 12æ.q.100.9 c.
7 Multi errores phariſęorum de pręceptis diuinis, 12æ.q.108.1. 2m*4m.
8 Præceptum duplex, ſ. obligans ſingulos de communitate, uel communitatem tantum, 22æ.q.152.2.1m
9 Præcepta affirmatiua, non diſtinguuntur a negatiuis, quando ſe includunt, 12æ.q.100.4.2m*22æ.q.22.2.3m
10 Præcepta negatiua legis, prohibent actus peccatorum, q ſunt ſecundum ſe mali, nec unquam ullo modo, aliquo tempore, uel loco, poſſunt benè fieri: affirmatiua uero, ſunt de actibus uirtutum, 22æ.q.33.2.c.
11 Præceptorum diuerſitas, non ſignificat diuerſitatem habitus, ſed diuerſitatem actus, quia non dantur de habitib. uirtutum, ſed de actibus earum, 22æ.q.51.4.1m*q.44.2.1m.
12 Præcepta affirmatiua obligant ſemper, ſed non ad ſemp. negatiua uero obligant utroque modo, 12æ.q 71.5.3m*q.88. 1.2m*q.100.10.c.2m*22æ.q.5 3.c
13 Omne præceptum affirmatiuum, habet annexum præceptum negatiuum, 22æ q.44.5.3m.
14 Præceptum dupliciter amittit obligationem, ſ. ratione impoſſibilis, uel ſi finis eius ſine eo haberi poteſt, 12æ.q.13.3.a 5.*5m*22æ.q.64.6.5m
15 Præcepta nouæ legis, ſunt maiora quàm ueteris, quo ad explicationem, & manifeſtationem, non autem quo ad ſubſtantiam, 12æ.q.107.3.2m.
16 Præcepta Dei ſunt de eo, quod eſt de neceſſitate ſalutis, ſecũdum ſe: ideo quolibet caſu, obſeruari illa oportet, non autem præcepta eccleſiæ, 22æ.q.147.4.1m
17 Præcepta decalogi, ſunt quaſi prima, & communia legis principia, per ſe nota, 12æ.q.100.3.3m*5.6m*22æ.q 122.5.4m.* 4.c.*5.1m.*2m*5m*6.1m.*.2m.*q.140.1.3m.*q.170.1.3m.* 2.1m.
18 Præcepta decalogi ſunt, quæ ſtatim ex primis principiis, uel ex fide innoteſcunt hominibus, 12æ.q.100.3.c.*5.1m.*.6. 11.c.*22æ.q.122.1.c.
19 Inter præcepta decalogi, non numerantur prima communiſſima præcepta legis naturæ, nec ea quæ diligenti inquiſitione indigent, 12æ.q.100.5.c.*.5.1m.*.11.c.*.22æ.quæſt. 56.1.c.
20 Præcepta decalogi, ſunt immediatè a Deo, alia uero p Moyſen, uel per alios, 12æ.q.100.5.c.1m*6.b.*1.2.c.
21 Præcepta decalogi, ſunt ſcripta, quadruplici ratione, ſ. primo quia per contrariam conſuetudinem qua multi in peccato præcipitabantur, iam apud multos ratio naturalis obtenebrata erat: ſecundo quia etiã in aliquibus uigebat ratio, tamen amor boni in eis deficiebat: unde per quandã coactionem legis obligatoriæ, ad bonum inducendi erãt: terti-

ſio ut ad opera uirtutis non ſolum natura inclinaret, ſed etiam reuerentia diuini imperij: quarto ut magis memoriæ tenerentur, & frequentius in cogitatione uerſarentur. ª.q.24.1.c.

22 præcepta decalogi, diuerſimode à diuerſis numerantur, & diſtinguuntur. 12ª.q.100.4.5.0.

23 Sufficientia decem præceptorum decalogi. 12ª.q.100.7.0.

24 Præcepta decalogi, conuenienti modo traduntur: quia in eis maxima ſapientia continetur 12ª.q.100.6.0.

25 præcepta decalogi, conuenienter ordinantur. 12ª. quæſt. 100.6 0.

26 Omnia quæ ſunt in doctrina ueteris teſtamenti, ordinantur ad præcepta decalogi, uſque ad finem. 22ª. quæſt. 56. 1.3m.

27 Omnia alia præcepta moralia ueteris legis, reducuntur ad præcepta decalogi 12ª. quæſt. 100.3.11.0.° 22ª. quæſt. 122. 6.2m.

28 Omnia præcepta moralia legis diuinæ, continentur in præceptis decalogi. 12ª.q.100.3.0.

29 Singula præcepta decalogi, declarantur. 22.q.122.0.

30 Ratio tantum in primo & tertio præcepto redditur quia alia ſunt pure moralia, & ſine determinatione. 12ª. quæſt 100. 7.2m.

31 Periurium ponitur tantum in primo & quarto præcepto, quia uidebatur inutile pœna uero, ponitur tantum in primo & ſecundo, ratione pronitatis: erant autem homines proni ad idololatriam, propter generalem conſuetudinem gentium: & ſunt proni ad periurium, propter frequentiam iuramenti. 22ª.q.100.7.3m.°.4m.

32 Peccatum falſæ doctrinæ. prohibetur ſecundo præcepto decalogi. 12ª.q.100.5.3m.°.11.c

33 In ſolo tertio præcepto, ponitur, memento, ratione beneficij præteriti, uel propter determinationem eius. 12ª. q. 100.7 5m.

34 præceptum tertium myſtice, quo ad ceſſationem à peccatis, & quietem mentis in Deum, eſt generale: ſed ut per ipſum prohibetur ad literam opera ſeruorum, id eſt, opera mechanica, eſt præceptum ſpeciale, ſub opere autem manuali, intelliguntur omnia humana officia, ex quibus homines licite uictum lucrantur, ſiue manib. ſiue pedib. ſiue lingua fiant. 12ª.q.122.4.1m.°.q.187 3.c.

35 Et erat partim morale, & partim cerimoniale. 12ª.q.100.3. 2m.°.7.2m.°.5m.22ª.q.122.4.1m.

36 præceptum tertio, ut eſt morale, præcipitur quies mentis in Deo, cui contrariatur triſtitia mentis de bono diuino, 12ª. q.100.5.c.h.°.22ª.q.35.3.1m.

37 Omnia præcepta decalogi, præter tertium & quartum, ſunt negatiua: quia negatio eſt communior affirmatione. 12ª. q.100.7.1m.

38 Tria prima præcepta decalogi, ſunt de actionibus religionis, quartum eſt de pietate. reliqua de iuſtitia communiter dicta. 22ª.q.122.1.c.°.2.c.1m.°.3.4.5.6.c.

39 Inter præcepta decalogi, non dantur præcepta de prudentia: ſed tantum in propheticis, & in noua lege. 22ª. quæſt. 56.1.0.

40 Intellectus & ſcientia fidelium, ſunt in præceptis legis Dei: ideo non dantur de eis præcepta in decalogi, ſed in ſequentib. 22ª.q.16.2.1m.

41 In decalogo, ponitur præceptum de paſſionib. ipſius concupiſcibilis, non autem iraſcibilis: quia præcepta decalogi ſunt prima. 12ª.q.100.5.6m.

42 præcepta quæ inducunt, ad obſeruantiam legis, præſupponunt legem: ideo non poſſunt eſſe prima, nec ponuntur in decalogo. 22ª.q.170.2.2m.

43 præcepta quæ prohibent concupiſcentiam, ſunt duo ſecundum rationes ſpeciales: unum uero, ſecundum rationem communem. 12ª.q.100.4.3m.

44 Omnia præcepta moralia, pertinent ad legem naturæ, ſed diuerſimode. 12ª.q.49.3.2m.°.4.c.°.quæſt.100.1.0. °.quæſt. 104.1.c.

45 præcepta moralia, ſeruari debent ſemper ab omnib. quia ſunt de lege naturali. 12ª.q.98.5.c.

46 In iis ad quæ hō tenetur ex ratione, ſufficit præceptū de faciendo: in quib. etiam intelligitur prohibitio uitandorū. 22ª.q.22.1.3m.

47 præcepta legis cuiuſcunque, dantur de actib. uirtutum, 12ª.q 107.1.2m.

48 præcepta Dei ſunt lucida, quod tamen non eſſet: niſi haberent rationabilem cauſam. 12ª.q.102.1.b.

49 præcepta moralia & nouæ legis, habent rationabilem cauſam ſecūdū ſuā naturā. non autem ueteris, ſed ſtatū in ordine ad aliud ſignificandū, uel excludēdū. 12ª.q.102.1.0.

50 Operari manib. licita & neceſſaria uictus eſt in præcepto de iure naturali: ſed ceſſare ab opere manuali licito & neceſſario: eſt facere aliter, quam naturæ ordo exigit 22ª.q. 187.3.c.1m.fi.

51 Labor manualis, eſt in præcepto communitatis, non autem ſingulis, niſi quando quis ſine eo non poteſt licite uiuere. 22ª.q.187.3.c.1m.

52 °Operari ſine triſtitia, & delectabiliter rōne finis, cadit ſub præcepto legis Dei, non autem ex habitu. 12ª. quæſt. 100. 9.3m.

53 Lex uetus, continet præcepta moralia, id eſt, de actibus uirtutum. 12ª.q.98.5.c.°.q.99.2.0.°.3.2m.°4.c.

54 Lex diuina, dat præcepta moralia, de actib. omnium uirtutum, obligando, uel conſulendo, non autem lex humana. 12ª.q.100.2.0.

55 Omnia præcepta legis, ſunt unū, ratione finis: ſed ſunt multa ſecundum diuerſitatem rerum ad finem 12ª. quæſt. 99.1.0.

56 ° Modus uirtutis triplex. ſ. ſcienter, uoluntarie, & ex habitu: primus eſt de præcepto legis diuinæ, & humanæ: ſecundus diuinæ tantum, tertius nullius, 12ª.q.96.3. 2m.°. q.180.9. 0.°.22ª.q.44.1.2m.°.4.1m.°.8.c.

57 Maximum præceptum, datur de charitate. 22ª.q.44.1.0.

58 præceptum de dilectione Dei, exponitur. 22.q.44.4.5.0.

59 præcepta charitatis, non numerantur inter præcepta decalogi, quia omnia alia in eis includuntur, & ad hoc ordinantur. 12ª.q.100.3.1m.°.11.c.°.22ª.q.22.2.1m.°.q.23. 4.3m.°.q.44.1.3m.°.q.110.4.2m.°.5.c.°.q.122.1.4m.

60 Tota lex in præcepto charitatis impletur. 12ª.q.99.1. 2m.°. q.105.2.1m.

61 ° præceptum de dilectione Dei, perfecte impletur in patria tantum: ſed imperfecte in uia. 22.q.44.6.0.

62 præcepta charitatis, ſunt tantum duo ſcilicet de dilectione Dei, & proximi. 12ª.q.99.1.3m.°.22ª.q.44.1.3.0.

63 præcepta charitatis, ſunt duo explicite, & unum implicite, quia unum includitur in alio. 12ª.q.90.1.2m.°.22ª.q.44. 2.c.°.q.58.1.1m.

64 præcepta de dilectione Dei & proximi, ſunt prima, & primo intenta: alia uero ſecunda, & finis ſecundarius. 12ª.q. 100 3.1m.°.11.c.°.22ª.q.44.1.c.°.q.189.1.5m.

65 Dilectio proximi, & omnia ſine quibus ipſa non ſeruatur, cadunt ſub præcepto. 22ª.q 32.5.c.

66 præceptum de dilectione proximi, conuenienter traditur: quia tangit rationem dilectionis, & modum non quidem equalitatis, ſed ſimilitudinis tripliciter, ſcilicet ſecundum finem, regulam, & propter ſe. 22.q.4 .7.0.

67 Dilectio proximi ex præcepto debet eſſe uera, recta, ſancta, & efficax. 22ª.q.44.7 c

68 præcepta legis data ſunt, ut homines iſt enantur ad dilectionem Dei & proximi 12ª.q 99.1.2m.°.3m.

69 Nullum præceptum datur de dilectione ſui, uel corporis proprij, quia hæc ſemper manent, & includuntur in dilectione Dei & proximi. 12.q.100.5.2m.°.4m.°.22ª. quæſt. 44.3.1m.

90 ° Modus uirtutis, ſcilicet operari ex charitate, eſt de præcepto ſpeciali charitatis, non autem de alijs præceptis, nec modus aliarum uirtutum. 12ª.q.100.9.10.0.°.22ª.q.44.2. 1m.°.4.1m.°.8.c

71 ° Homo in ſtatu innocentiæ, poterat ſine gratia ſeruare omnia præcepta Dei quo ad ſubſtantiam actus, non autem quo ad modum eis ſcilicet quod fiat ex charitate: ſed poſt peccatum, neutro modo. 12ª.q.109.4.0.°.5.2m.

72 præcepta ſpecialia, dātur de effectibus charitatis ſcilicet de gaudio, pace, & beneficentia, propter tardiores: licet includantur in præceptis charitatis. ſimiliter contra oppoſita charitatis ſcilicet contra odium, acediam, inuidiam, diſcordiam, & ſcandalum. 22ª. quæſt. 44.3. 2m. °.3m.

73 In lege diuina, non datur præceptum de fide ſimpliciter, ſed de quibuſdam credendis, quia fides præcedit præcepta. 12ª.q.100.4.2m.°.22ª.q.16.1.0.°.q.22.1.c.

74 In lege diuina, datur præceptum, de confeſſione fidei, & de doctrina eius. 22ª.q.16.1.4m.

75 In lege diuina, dantur præcepta, contra corrumpentia fidē. 22ª.q.16.1.3m.

76 Inter præcepta legis diuinæ, quædam ſunt præambula legis ſicut præcepta de fide & ſpe, quædam de ſubſtantia legis. 12ª.q.22.1.c.

77 Præcepta de ſpe, non potuerunt primo dari, niſi per modum promiſſionis: ſed poſtea præcipiendo 22ª. quæſt. 22. 2.0.°.2.c

78 In lege Dei, non datur præceptum cōtra deſperationē, quia intelligi

intelligitur in præcepto ſpei, ſicut de honoratio parẽtum, intelligitur in quarto præcepto, 12æ.q.22.1.3m.°2.3m.
79 In lege Dei, dantur conuenienter præcepta, de intellectu, & ſcientia quo ad doctrinam, diſciplinam, uſum, & memoriam, 22æ.q.16.1.0.°q.46.2.3m.°q.49.1.2m
80 In lege Dei, dantur præcepta de timore filiali. non autem de ſeruili, ſed tantum ponuntur comminationes, 22æ.quæſt. 22.2.0
81 Timor filialis, eſt quaſi genus ad dilectionem Dei, & principium omnium quæ pro Dei reuerentia obſeruantur: ideo ſimul dantur præcepta, de timore filiali, & de dilectione Dei, quia utrunq; eſt præambulum ad exteriores actus, q præcipiuntur in lege, ad quos pertinent præcepta decalogi, 22æ q.22.2.0
82 Timor filialis, eſt, præambulum ad legem, non ſicut extraneum, uel extrinſecum, ſed ſicut principium legis, ſicut & dilectio: ideo de utroq; dantur præcepta: quaſi principia communia totius legis, 22æ.q.22.2.1m
83 Omnia præcepta decalogi, pertinent ad prudentiam, inquantum eſt directiua omnium actuum uirtuoſorum, 22æ.q. 56.1.c.°2.3m
84 In lege Dei, dantur præcepta, contra uitia prudentiæ, inquantum ſunt contra iuſtitiam, ſcilicet aſtutia, fraus, & dolus, 22æ.q.56.2.0
85 Moralia in tantum ſunt determinabilia lege, id eſt, in præcepto, inquantum pertinent ad iuſtitiam, 12æ. quæſtio.99. 5.1m.
86 Præcepta legis, maxime & principaliter, ſunt de iuſtitia, quia ipſa principaliter attendit rationem debiti, 12æ.q.99.5.1m °q.100.2.c.°3.3m.°22æ.q.56.1.1m.°2.0. 122.1.0.°q.140.1. 3m.°q.148.2.1m
87 In lege Dei, dantur præcepta de fortitudine, & de partibus eius, 12æ.q.100.11.4m.°22æ.q.170.0
88 Præcepta legis diuinæ, dantur de fortitudine, & de alijs uirtutibus ſecundum quod conuenit ordinationi mentis in Deum, 22æ.q.140.1.c
89 In lege Dei, dantur conuenienter præcepta negatiua, contra uitia oppoſita temperantiæ, & partibus eius, 12æ.q.100.11. 3m.°22æ.q.170.0
90 In lege Dei, dantur præcepta de perſeuerantia, & patientia. non autem de magnanimitate & magnificentia, ſed dantur conſilia, 22æ.q.140.2.1m
91 In lege Dei non datur præceptum contra præſumptionem, quæ opponitur magnanimitati, quia intelligitur in præcepto timoris, 22æ.q.22.2.3m
92 Omnes uirtutes, de quantum actibus dantur præcepta, ordinantur ad purificandum cor. uel ad bonam conſcientiam uel ad rectam fidem, q̃ requiruntur ad diligendum Deũ, 22æ.q.44.1.c
93 Quædam cerimonialia erant ante legem, non quidem ex præcepto legis Dei, ſed ex ratione humana per inſtinctum Dei, 12æ.q.103.1.0
94 Lex uetus continet præcepta cerimonialia, id eſt, quæ ſpecialiter pertinent ad cultum Dei, 12æ.q.99.3.0.°4.5.c.°q.101. 1.2.4.c.°q.103.1.c.3m.°q.104.1.0.°q.104.1.0.° q.108.2.c.° 22æ.q.122.1.2m
95 Omnia præcepta cerimonialia, habebant cauſam rationabilem, ſcilicet literalem & figuralem, 12æ.q.102.0
96 Præcepta cerimonialia, erant figura Chriſti, eccleſiæ, & patriæ cœleſtis: ſed lex noua eſt tantum figura patriæ, 12æ.q.101.2 0.°q.103.1.c
97 Præcepta cerimonialia erant figuralia, primo & per ſe: iudicialia uero erant ex conſequenti tantum, 12æ.q.104.2.0.° 3.c.°22æ.q.87.1.c
98 Præcepta ceremonialia legis, fuerunt uiua, uſq; ad paſſionẽ Chriſti, ſed mortua deinceps, mortifera uero poſt diuulgationem euangelij, 12æ.q.103.4.0.°q.104.3.c.°.22æ.q.86.4. 1m.°q.87.1.c.h.°q.93.1.0.°q.94 3.5m
99 Præcepta cerimonialia & iudicialia, ſunt determinationes moralum, & & præcepta decalogi, ſed non ponuntur in decalogo, 12æ.q.122.1.2m
100 In lege ueteri ſunt plura præcepta cerimonialia, quam iudicialia, & plura præcepta moralia reſpectu proximi, q̃ reſpectu Dei, 12æ.q.104.1.3m
101 Præcepta cerimonialia, & iudicialia, ſunt determinatiua præceptorum decalogi, ex ui inſtitutionis tantum, ſed moralia, ex ui naturalis inſtinctus, 12æ.q.100.11.2m
102 Lex uetus, non continet alia præcepta, niſi moralia, cerimonialia & iudicialia, 12æ.q.99.4.c.°5.0
103 Colere Deum, eſt actus uirtutis, ideo pertinet ad præceptũ morale, ſed determinatio eius ad cerimoniale, 12æ.quæſt. 99.3.2m
104 In ijs quæ ordinant ad Deum, quædam ſunt moralia, quæ ipſa ratio fide formalis dictat, ſicut Deum eſſe amandum quædam uero cerimonialia, quæ non habent uim obligationis, niſi ex inſtitutione diuina, 12æ.q.104.1.c
105 Præcepta ceremonialia & iudicialia, obligant ex lege tantũ moralia uero etiam ſecundum ſe, ex dictamine rationis, 12æ.q.100.11.c.2m.°q.104.1.c.°4.2m
106 Lex uetus continet præcepta iudicialia, id eſt, determinationes iuſtitiæ ſeruandæ inter homines, 12æ.q.99.4.0.°5.c.°q. 101.1.c.°q.103.1.c.°q.104.1.0.°quæſt..108.2.c.° quæſt.122. 1.2m.
107 Præceptum iudiciale quadruplex, ſcilicet reſpectu principũ officialium, domeſticorum, & extraneorum, 12æ.q.104.4.0
108 Præcepta iudicialia, optime tradita ſunt, de principibus, & regibus Iudæorum. 12æ.q.105.1.0
109 Similiter de domeſticis, id eſt, de coniugibus & filijs, & ſeruis, 12æ.q.105.4.0
110 Similiter de conuictu popularium, & de poſſeſſionibus Iudæorum, ſtatuendo iudices, ordinem iudicij, numerum teſtium, & pœnas, 12æ.q.105.2.0
111 Similiter de extraneis, id eſt, de peregrinis, aduenis, uicinis & hoſtibus, 12æ.q.105.3.0
112 In lege ueteri, duplex erat præceptum, de prole nata. ſ. generale quo ad omnes filios & filias, id eſt, ſacrificiũ ad expiationem peccati originalis, & holocauſtum, ad conſecrationem prolis, & ſpeciale, de primogenitis, & utrumque ſeruatum fuit circa Chriſtum infantem, 3a.q.37.3.c
113 Non ſunt aliqua præcepta iudicialia, ordinantia hominem in ſeipſo, ſed omnia talia ſunt moralia, 12æ.q.104.1.3m
114 Circa iudicialia præcepta dupliciter Scribæ & Phariſæi errabant, ſcilicet primo quidem, quia quædã quæ in lege Moyſi erant tradita, tanquam permiſſiones, æſtimabant eſſe per ſe iuſta, ſcilicet repudium uxoris, & uſuras accipere ab extraneis, & ideo Dominus prohibuit uxoris repudium, & uſurarum acceptionem, alio modo errabant, credentes quędam quę lex uetus inſtituerat facienda propter iuſtitiam eſſe exequenda ex appetitu uindictæ, uel ex cupiditate temporalium rerum, uel ex odio inimicorum, quorum oppoſita Dominus docet, 12æ.q.108.3.2m
115 Præcepta iudicialia poſt Chriſtum non obligant, nec ſeruãs ea, peccat, niſi ſeruet, ut obligatus ex lege, 12æ.q.104.3.0.° q.108.1.c.°2.c.°4m.°22æ.q.62.3.1m.°q.87.1.c
116 Intentio legiſlatoris duplex, ſcilicet præcepti, & finis eius, prima obligat, non autem ſecunda 12æ. q 100.9.2m
117 Præcepta iuris poſitiui, non ſe extendunt ultra intentionẽ percipientis, ° quę eſt finis præcepti, hæc autem eſt charitas, 12æ.q 96.6.c
118 Præceptum legiſlatoris nunc ſolum non obligat, quando obſeruatio præcepti intentionem eius euacuat uel impedit, 12æ.q.69.6.c
119 Præcepta communis ſtatuti, nõ eodem modo obligant omnes ſed ſecundum quod requiritur ad finem, quem intendit legiſlator, 12æ.q.9.6.c°22æ.q.147.3.2m
120 Nullus ligatur præcepto, niſi mediante notitia eius, ideo nullus ignorãs, tenetur ad aliquod præceptum, niſi teneatur, uel potuerit ſcire illud inquantum in eius notitiam, illud præceptum deuenit per alios, uel deuenire poteſt promulgatione facta, 12æ.q.90.4.c.2m
121 Legiſlator non poteſt aliquod præceptum ponere, quod non oportet in aliquo caſu prætermitti, 12æ.q.96.6.c.°22æ q.147.3.2m.°4.c
122 Tranſgrediens præcepta, cõtemnendo auctoritatem legiſlatoris, uel ſic quod impediatur finis quẽ intendit, peccat mortaliter, non autem ſi ex rationabili cauſa, præcipue in caſu, quo legiſlator decerneret non eſſe ſeruandum, 12æ. q.96.6.c.°22æ.q.147.3.2m.°4.c
123 Ad principes ſeculares pertinet dare præcepta, ad utilitatẽ communem in temporalibus, ad prælatos autem eccleſiaſticos in ſpiritualibus, 22æ.q.147.3.c
124 Prælati debent abſtinere à multitudine præceptorum, 12æ. q 107.4.c.°22æ.q.105.1.3m
125 Prælatus non eſt dominus, ſed diſpenſator, non in deſtructionem, ſed in ædificationem, ideo, non poteſt præcipere peccata, nec prohibere opera uirtutum, 22æ.quæſtio.88. 12.2m
126 Legis humanæ, diuerſificantur, ſecundum diuerſitatem communitatum, 12æ.q.100.2.c.°q.101.3.2m.°q.107.1.c.°22æ.q. 140.1.c
127 Quando prælati religioſorum præcipiunt, uel communiter omnibus uel alicui ſpecialiter, ut ſi quis ſit corrigendus ei dicatur, & tunc intelligendum eſt præceptum ſane, ſaluo ordine fraternæ correctionis, 22æ.q.33.7.2.5.°3m

128 Prælatum religioſorum, non habet poteſtatem præcipiendi aliquid ſuper occultis, niſi inquantum per aliqua indicia manifeſtantur puta per infamiam, uel per aliquas ſuſpiciones, in quibus caſibus poteſt prælatus præcipere, eodem modo ſicut & iudex ſecularis, uel eccleſiaſticus poteſt exigere iuramentum de ueritate dicenda, 22æ.q.33.7.5m

1 ¶Preces pro indigno, ſunt ſimoniacæ, & ſunt minus à lingua, non autem pro digno, 22æ.q.100.5.3m

1 ¶Præcipere eſt actus rationis, quia importat motionem, cũ quadam ordinatione, 22æ.q.47.8.3m

2 Recte præcipere, & ratione uti, ſemper ſed concomitantur, quia ad præceptum rationis, ſequitur obedientia uirium inferiorum, quod pertinet ad uſum, 22æ.q.48.4m

1 Præcipitatio eſt operatio per impetum uoluntatis, uel impaſſionis, ſine prudentia, & partibus eius, 22æ.q.8.6.1m.* q.53.3.c.*5.c.q.127.1.2m

2 Præcipitatio eſt ſpeciale peccatum, propter ſpecialem actum rationis, qui præteritur, ſcilicet conſilium licet poſſit inueniri in quolibet genere peccatorum, 22æ.quæſt. 54.1.2m

3 Præcipitatio contrariatur donu conſilij, & prudentiæ, 22æ.q.53.3.1m*q.127.1.2m

¶Pretium rerum uenalium, non eſt ſemper determinatum punctualiter ſed in æſtimatione, 22æ.q.77.1.1m

¶* Præda licite capitur ab hoſtibus, uel malefactoribus, *in iis quæ ipſi iniuſte abſtulerant, 22æ.q.66.8.0

1 Prædeſtinatio eſt quædam præordinatio Dei ab æterno, de iis quæ per gratiam Dei fienda ſunt in tempore, 3a.q.24.1.c

2 Prædeſtinatio eſt ratio tranſmiſſionis creaturæ rationalis, ad uitam æternam, in mente Dei, 1a.q.23.1.2.c.*3a.queſt. 24.1.c

3 Prædeſtinatio eſt præſcientia, & præparatio gratiæ in præſenti, & gloriæ in futuro, 1a.quæſt.23.2.3m.*4m.*22æ.quæſt. 174.1.c

4 Gratia ponitur in diffinitione eius, non quia ſit eſſentia eius ſed quia importat reſpectum ad gratiam, 1a.quæſt. 23.2.4m

5 Prædeſtinatio eſt pars prouidentiæ, 1a.quæſtio.23.1.2.3.4.6.8.c

6 Prædeſtinatio nihil ponit in prædeſtinato, niſi effectũ eius, 1a.q.23.2.0

7 Differentia ſcientiæ, ſapientiæ, præſcientiæ, præuidentiæ, diſpoſitionis, prouidentiæ, & prædeſtinationis, 1a.quæſtio. 23.3.c

8 Prædeſtinatio proprie, eſt tantum de bonis: præſcientia uero, eſt etiam de peccatis 22æ.q.174.1.c

9 Prædeſtinatio eſt cauſa gratiæ, & gloriæ: ſed reprobatio eſt cauſa dereſictionis, & pœnæ æternæ, non autem culpæ, 1a. q.23.3.2m

10 Prædeſtinatio eſt tantum entium aliquando, 1a.q.23.2.2m *4.2m

11 Prædeſtinatio conuenit angelis, ſicut & hominibus: licet nõ fuerint miſeri, 1a.q.23.1.3m

12 Prædeſtinatio non conuenit creaturæ irrationali, niſi abuſiue, 1a.q.23.1.2m

13 Conueniens eſt Deo, homines prædeſtinare, 1a.q.23.1.0

14 Prædeſtinatio certiſſime, & infallibiliter conſequitur ſuũ effectum, 1a.q.23.3.1m.*6.0.*8.1m

15 Prædeſtinatio non poteſt impediri, 1a.q.23.8.1m

16 Prædeſtinatio iuuatur precibus ſanctorum, & ſuis, & alijs bonis operibus, ex parte effectus eius, non autem ex parte ordinationis diuinæ, 1a.q.23.8.0

17 Præſcientia meritorum, non eſt cauſa prædeſtinationis vniuerſaliter: tamen unus effectus eius, eſt ratio finalis alterius effectus eius prioris, & cauſa meritoria effectus poſterioris, 1a.q.23.5.0

18 Voluntas Dei eſt cauſa efficiens, & finis prædeſtinationis, ex parte totius effectus eius, 1a.q.23.5.0

19 Error multiplex circa effectum prædeſtinationis, 1a. q. 23.5.8.c

20 Prædeſtinatio eſt æterna, 3a.q.24.1.2.c*3.0.*4.c.1m

21 Præſcientia, prouidentia, prædeſtinatio, & huiuſmodi, non imponunt neceſſitatem omnibus rebus: ſicut aliqui poſuerunt coniungentes ea Deo, 1a.q.22.4.0.*q.23.1.1m.*3.3m.*6.c.*22æ. q.171.6.1m

22 Prædeſtinati nõ ſunt certi communiter de ſua prædeſtinatione, 1a.q.23.1.4m

23 Licet aliquibus ex ſpeciali priuilegio, ſua prędeſtinatio reuelatur, non tamen ſonuenit, ut reueletur omnibus: quia ſic illi qui non ſunt prædeſtinati deſperarent: & ſecuritas in prædeſtinatis negligentiam pareret, 1a.q.23.1.4m

24 Reuelat Deus hoc aliquando aliquibus, ex ſpeciali priuilegio: ut ſecuritatis gaudiũ etiam in hac uita in eis incipiat & confidentius & fortius magnifica opera proſequantur & mala præſentis uitæ ſuſtineant, 22æ.q.117.5.c

25 Numerus prædeſtinatorum eſt certus, & determinatus formaliter, & materialiter Deo, non autem nobis, 1a.quæſt. 23.7.0

26 Prædeſtinatio conuenit Chriſto, & perſonæ Chriſti inquantum ſubſiſtit in natura humana, non autem ut ſubſiſtit in natura diuina: nec ſecundum ſe, nec conuenit naturæ humanæ, nec naturæ diuinæ, 3a.q.24.1.0

27 Prædeſtinatio Chriſti, eſt cauſa efficiens, formalis, exemplaris & finalis prædeſtinationis noſtræ, ratione effectus, nõ autem ratione operationis Dei, 3a.q.24.3.4.0

28 Chriſtus prędeſtinatus eſt eſſe filius Dei, nõ autem proprie factus eſt filius Dei, 3a.q.24.1.2m

29 Chriſtus ſecundum quod homo, prędeſtinatus eſt eſſe filius Dei, quia prædeſtinatio quoad præceſſionem, & effectum idest gratiam, conuenit Chriſto, ratione humanę naturæ tantum, 3a.q.24.2.0

30 Chriſtus ſecundum quod filius Dei, prædeſtinatus eſt eſſe homo, tamen magis proprie dicitur econuerſo, 3a.quæſt. 24.2.1m

31 Homo prædeſtinatus eſt, eſſe filius Dei, & econuerſo, 3a.q. 24.2.3m

¶Prædicamentum quodlibet accidentium dicit imperfectionem, ſecundum propriam rationem generis, præter relationem: ideo in diuinis ſunt tantum duo modi prædicandi, ſcilicet ſubſtantiæ, & relationis, 1a.q.28.1.c.*2.0

1 Prædicare ideſt euangelium recitare in eccleſia, quod eſt linguis loqui, pertinet ad diaconum: ad ſacerdotes autẽ pertinet exponere, & exhortari, quod eſt propheta re, 3a. q.67.1.1m

2 Prædicare, eſt principaliſſimus, & proprius actus epiſcopi, & dignior quam baptizare, 3a.quæſt.67.1.1m*2.1m.*q.ueſt. 71.4.1m

3 Periculum de prædicatione omiſſa, non imminet, niſi iis quibus commiſſum eſt officium prædicandi, 22æ.quæ.10. 12.5m.

4 Prædicans poteſt uiuere de eleemoſynis ſponte oblatis, non autem de dans coactis, niſi ſit prælatus, 22æ. quæſt.188. 4.4m

5 Chriſtus non debuit prætermittere prædicationem, propter ſcandalum Iudæorum, 3a.q.42.2.0

6 Chriſtus & Apoſtoli, à principio prædicauerũt Iudęis tantũ, quadruplici ratione, ſcilicet ut oſtenderet per ſuum aduentum impleri promiſſiones antiquitus factas Iudæis, non autem gentilibus: ut eius aduentus oſtenderetur eſſe à Deo: ut Iudæis auferret calumniandi materiam, & quia per crucis uictoriam meruit poteſtatem & dominium ſuper gentes, 3a.q.42.1.0

7 Chriſtus prædicauit annis tribus & quaſi menſibus tribus & uixit annis triginta tribus, & menſibus tribus 3aq.39.3.0. *q.40.3.c

1 ¶Prædicati Quicquid prædicatur de aliquo, ſicut uniuerſale de particulari, poteſt ſupponere pro eo non autem in alia 1a.q.30.5.4m

2 Homo prædicatur per ſe de Socrate, quia ſi Socrates diffiniretur: poneretur homo in eius diffinitione, 1a.quæſt.76.4. c.co.1.

3 Totum uniuerſale, adeſt cuilibet parti eius, & ſecundum eſſe & ſecundum perfectionem, & proprie prædicatur de Parte ſua, non autem totum integrale: totum autem potentiale, aliquo modo, 1a.q.77.1.1m

4 Pars ſubiectiua, eſt de qua prædicatur eſſentialiter totum, ſecundum unam rationem, uel ſecundum prius & poſterius & eſt in minus, 22æ.q.120.2.c

5 Totum integrale, prædicatur aliquo modo, de omnibus partibus ſuis ſimul ſumptis, licet improprie: ſed nullo modo de ſingulis, ſimpliciter & proprie, 1a.q.77.1.1m

6 Nulla pars integralis prædicatur de ſuo toto, 1a.q.77.1.1m

7 Nullum per accidens, prædicatur uniuerſaliter: ſed tantum quæ per ſe prædicantur, 1a.q.51.1.2

8 Inferius non pdicatur de ſuperiori, niſi per accidẽs, 1a.q.39 6.2.2

9 Subiectum non reſtringitur per prædicatum, ratione ſignificationis: ſed tantum ratione temporis conſignificati, 1a. q.39.4.2.2

10 * Terminus in ſubiecto poſitus, tenetur materialiter .i. pro ſuppoſito

ſuppoſito: ſed in prædicato tenetur formaliter, id eſt pro natura, 1ª.q.13.12.c.°q.51.3.2m.° 3ª.q.16.7.4m°9.c.3m°10.c.2m°q.17.1.3m

21 In diuinis, perſona prædicatur de eſſentia, & econuerſo, 1ª.q.39.6.0.

22 Relatio ſecundum propriam rationem, i. ſecũdum quod refertur ad aliud, prædicatur in diuinis: non autem ſecundum rationem communem. ſ. ſecũdum quod inhæret ſubiecto, 1ª.q.28.1.1m

23 Hæc prædicatio. Deus eſt pater, & econuerſo, eſt per ſe, & nullo modo per accidens. Nec ſicut ſuperioris de inferiori, nec econuerſo, ſed per identitatem, 1ª.q.39.6 2m.

1 ¶Prædicator nullus debet fieri, niſi prius purgatus, & uirtute perfectus, 3ª.q.41.3.1m

2 Prædicator debet eſſe abſolutus a cura rerum ſecularium. 3ª q.40.3.c.

3 Prædicator non debet ſemper eſſe in publico, ſicut nec Chriſtus, 3ª.q.40.1.3m

4 Sumptus debentur prædicatoribus, à mittentibus eos, 22æ.q.187.4.2m°3.3m

5 Prædicatorum ordo, habet cautiſſimam & ſecuriſſimam formam profitendi, 22æ.q.188.9.1m

1 PRælatio quælibet, eſt a Deo. Non autem abuſus eius, nec eius uſurpatio, 1ª.q.96 2.3m

2 Licet appetere opus, & perfectionem epiſcopatus & prælationis, non autem ipſam rationem gradus, uel honoris uel diuitiarum, 22æ.q.185.1.2.0

3 Triplex ratio recuſationis reſpectu officij prælationis quantum eſt de ſe: i. impedimentum deuotę contemplationis, 22æ.q.185.1.3m°2.1m°3m°

4 Non licet iurare, nec uouere, quod prælationem non ſumat, nec totaliter reſiſtere, 22æ.q.185.1.3.°2.0

5 Prælatus exiſtens in peccato mortali, etiam occulto, corripiẽdo, uel quicquid aliud officij ſui faciendo, peccat mortaliter, non autem agens ut frater, 22æ.q.33.5.0.

6 Ex hoc ipſo, quod prælati diſſimulant, uidẽtur annuere, 22æ q.147 4 c.ſi.

7 Prædicare, ex officio conuenit prælatis. religioſis autẽ ex cõmiſſione, 22æ.q.187.4.2m

8 Prælatus poteſt dupliciter conſiderari, ſ. aut ſecundũ quod iudicio præſidet. Et ſic dicere peccatũ fratris prælato, eſt dicere eccleſiæ. Aut ſecundum quod eſt extra iudiciũ exiſtens. Et ſic dicere prælato, non eſt dicere eccleſiæ, ſed perſonæ quæ poteſt prodeſſe, & nõ obeſſe quia nullus poteſt magis prodeſſe, quàm prælatus, 22æ.q.33.8.4m.

9 Tunc prælatus inordinate uidetur tangi, quando irreuerẽter obiurgatur, uel etiam quando ei detrahitur, & hoc ſignificatur per contactum montis & archæ damnatum a Deo, 22æ.q.33.4.1m

1 ¶Præmium eſſentiale beatitudinis, conſiſtit in actu intellectus, ſed delectatio eius in uoluntate, 1ª.q.26.2.0.°5.c°12æ.q.3.4.0.

2 Violenter corrupta, habebit duplex premium, ut dicit beata Lucia. ſ. uirginitatis, & patientiæ, 22æ.q 124.4.1m

3 In retributione præmiorum, inæqualia debentur inæqualibus meritis, non autem in conſtitutione rerum, 1ª.q.47.2.3m°q.65.2.3m°12æ.q.114.3.0

¶Prepoſitiuus dicens affirmatiuam & negatiuam ſimul eſſe falſas, improbatur, 1ª.q.39.4.5m.

1 ¶Præſentia. °Illud proprie dicitur præſens, cuius eſſentia pſentatur ſenſui, uel intellectui, 1ª.q 8.3.c.2m

2 Præſentia neceſſitatem quandam habent, quia neceſſe eſt Socratem ſedere, dum ſedet. 22æ.q.49.6.c.

1 ¶°Præſeruatus ab aliquo, dicitur purgatus uel liberatus, 3ª q.32.4.1m°q.52.2.2m

1 ¶Præſtigium eſt diuinatio per Dæmones, ingerentes ſe uiſui, ac auditui hominum: quia præſtringit oculos, 22æ.q.95.5 c.prin.°3.173.1.2m

2 Formæ apparentes in præſtigiis, ſunt tantum in ſenſu communi ab imaginatiua, uel per res naturales, 1ª.q.114.4.2m °22æ.q.178.1.2m

1 PRæſumptio aliquando ſumitur in bono, quaſi per aſſumptio, & aliquando in malo, 22æ.quæſtio.21.2.1m.°q.70.3.2m.

2 Præſumptio in malo, dicit immoderantiam ſpei dupliciter. ſcilicet ſupra uires proprias, uel contra iuſtitiam Dei. Prima opponitur magnanimitati. ſecũda uero, eſt ſpecies blaſphemiæ, in ſpiritum ſanctum Ideo grauior eſt quàm prima, 22æ.q.21.1.4.0°q.130.2.0°q.133.1.c

3 Præſumptio prima, oritur ex inani gloria, ſecunda uero ex ſuperbia, 22æ.q.21.4.0

4 Præſumptio ſecunda, oritur ex nimio amore ſui, 22æ.q.21.1 2m.°.3m.

5 Præſumptio ſecunda habet conuerſionem ad bonum commutabile: & auerſionem a Deo, attribuendo diuinę uirtuti quod ei non conuenit, 22æ q.21.1.3m

6 Præſumptio prima opponitur magnanimitati, ſecũdũ exceſſum, licet appareter ſecundum defectum, inquantum eſt aliquando de minimis, quæ magna uidentur, 22æ. q. 130.prin.°2.0.q.133.1.c

7 Præſumptio ſecunda, opponitur charitati, uel potius donu timoris, 22æ.q.130.2.1m

8 Præſumptio magis opponitur ſpei quam timori, quia ſpei contrariatur, ratione propriæ differentiæ: timori uero, ratione generis, & contrarietas ad timorem eſt apparentior, 22æ.q.21.3.0

9 Præſumptio eſt contra ordinem naturalem. Ideo ſemper eſt peccatum, 22æ.q.130.1.0

10 Præſumptio ſecunda, eſt minus peccatum, quam deſperatio, 22æ.q.21.2.c

11 Præſumptuoſi peccat, non æſtimando nimis miſericordiã Dei: ſed contemnendo iuſtitiam eius, 22æ.q.21.2.c.2m°q.150.2.1m°q.163.4.3m.

12 Peccare cum propoſito perſeuerandi in peccato, ſub ſpe ueniæ, dicitur præſumptio. Non autem ſi fit cum propoſito pœnitendi, ſed alleuiatur, 22æ.q.21.2.3m.

13 Aggredi opus ultra uires, ex confidentia ad uires humanas, eſt præſumptio. Non autẽ ſi fiat in ſpe diuini auxilij, 22æ q.21.2.1m

14 De quolibet debet præſumi bonum: niſi appareat contrariũ, nec ſit in periculum alterius, 22æ.q .70.3.2m

Omne præteritum eſt neceſſarium, 22æ.49.6.c.

1 ¶°Præuaricator eſt,° qui malicioſe impediens punitionẽ peccati, aduerſam partem adiuuat. prodita cauſa ſui, 22æ. q. 68.3.c.ſi.

2 Differentia præuaricationis a calumnia & tergiuerſatione, 22æ.q.68.3.0.

3 Non omnia abſcondens uera crimina, præuaricatur, ſed tantum qui fraudulenter abſcondit ea, de quibus accuſationem proponit, colludens cum reo, proprias probationes diſſimulando, & falſas excuſationes admittendo, 22æ.q.68 3.2m.

1 ¶Primitiæ erant de præcepto cerimoniali, quo ad determinationem, in communi uero de iure naturali, nunc autẽ de præcepto eccleſiæ, ſecundum conſuetudinem patriæ, q.86.4.0.

2 Quantitas primitiarum non fuit determinata in lege: quia erant per modum oblationis, de cuius ratione eſt eſſe, uoluntarium. & ſecundum Hieronymum, aliqui dabãt quadrageſimam partem alij ſexageſimam, ſed nunc ſtatur cõſuetudini patriæ, 22æ.q.86.4.3m

3 Primitiæ pertinẽt ad quoddam genus oblationum, in uſum ſacerdotum, in recognitionem Beneficij Dei, ſcilicet fructuum terræ, & debet eſſe quid præcipuum de fructib. terræ, q.86.4.c.

4 Primitiæ ſunt ſigna præteriti beneficij Dei, ſ. terræ promiſſę. Iſrael, & totius terræ, toti humano generi, & fructuum: ſed cerimonialia, propriè erant ſigna futuri, 22æ. quæſt.86.4. 1m.°2m

1 ¶Primogenitus dicitur primo natus, licet nullus poſt eũ ſit. Ideo Chriſtus eſt primogenitus Mariæ, 3ª. q.28.3.4m

2 Omnes primogeniti, erant ſacerdotes in ueteri teſtamento, & habebant duplicem portionem in hæreditate paterna, 12æ q.103.1.3m°12æ.q 87 1.3m.

1 PRimum dicitur dupliciter. ſ. primum ſimpliciter, & primum in genere, 12æ.q.6.1.1m.

2 Primum in per ſe ordinatis, oportet eſſe maximum, non autem primum per accidens, 22æ.q.163.3.3m.

1 ¶Ad bonum principem requiritur quod ſit uirtuoſus ſimpliciter: non autem ad bonum ciuem, 12æ.q.92.1.3m

2 Ad bonum uirum pertinet. poſſe principari, & bene ſubijci. Ideo in uirtute boni uiri, includitur uirtus principis: Sed uirtus principis differt ſpecie a uirtute ſubditi, ſicut uirtutes uiri & mulieris, 22æ.q.47.11. 1m°2m

3 Princeps auferens per uim aliena, rapinam committit: & tenetur reſtituere: niſi hi ſecundũ iuſtitiam, pugnando, uel puniendo, 22æ q.66.8.c°3m

4 Ad bene commorandum in aliqua communitate, requiruntur duo ſ. habere ſe bene ad principem, i. cum fidelitate, reuerentia, & famulatu: ad ſocios autem reddendo cuilibet debita, & nulli nocendo, 12æ.q.100.5.c

5 Sanct. licet commorari in curiis principum, ad promouendum bonos, & ad impediendum malos: non autem pro-

pici uoluptates, 22æ. quæſt. 187. 2. 3m.
6 Deus reſeruauit ſibi inſtitutionem ſummi principis, & regis Iudæorum: quia habebat ſpecialem curam eorum, 22æ q. 105. 2. 3m
7 Deus non dedit Iudæis principes, & reges a principio, ſed tantum modum eligendi. ſ. ſecundum iudicium Dei, & de gente ſua: & modum ſe habendi, 12æ. q. 105. 1. 2m
8 Diuiſio regni Iſrael, & multitudo regum, magis conuenit eis eum in pœnam, pro diſſenſionibus multis contra regem Dauid iuſtum quam ad eorum profectum, 12æ. quæſtio. 105. 1. 3m
9 Principibus Iudæorum, non ſunt deputati cibi ſicut ſacerdotib. ne ſuperbirent, nec ambirent. 12æ. q. 105. 1. 4m.
1 ¶Bonus principatus triplex. ſ. regalis, ariſtocratia, & dimocratia. Et triplex principatus malus, ſcilicet tyrannis, oligarchia, & dimocratia, 12æ. quæſt. 95. 4. c. *. q. 105. 1. c. *22æ q. 61. 2. c.
2 Principatus regalis eſt optimus, 1ª. q. 103. c* 12æ. q. 105. 1. 1m* 12æ. q. 50. 1. 2m
3 Principatus regalis, eſt propter bonum populi, tyrannicus autem eſt propter bonum tyranni, 1ª. q. 92. 1. 2m. *q. 96. 4. c.* 22æ. q. 42. 2. 3m
4 Optimus principatus eſt, in quo omnes habent aliquam partem. Et componitur ex regno, *inquantum unus præeſt: & ariſtocratia, inquantum multi principantur ſecundũ uirtutem, & dimocratia. i. principatus populi, in quo populus ſibi eligit principem, 12æ. q. 95. 4. c *q. 105. 1. o.
5 Principatus dicuntur in angelis, quia principantur omnibus cœleſtibus principibus, diuinas iuſſiones explentib. Sed archangeli dicuntur qui principantur ſoli ordini angelorũ, 1ª. q. 108. 5. 4m.
1 ¶Principium quo ad relationem, eſt ſimul naturaliter cum principiato: ſed id quod eſt principiũ, eſt naturaliter prius eo, 1ª. q. 41. 3. 2m.
2 Principiũ eſt prius tempore principiato, dupliciter. ſ. ex parte actionis ſucceſſiue, uel agentis imperfecti, uel eligentis tempus, 1ª. q. 42. 2. c
3 Apud Græcos filius & ſpiritus ſanctus dicuntur principiati, non autem apud Latinos, 1ª. q. 33. 1. 1m
1 ¶Principium ſumitur a prioritate, ſed non ſignificat eam, 1ª q. 33. 1. 3m
2 Principium eſt id a quo aliquid procedit, quocunque mõ, & econuerſo, 1ª. q. 33. 1. c
3 *Principium eſt communius causa, & cauſa elemento, 1ª. q. 33. 1. 1m
4 Non omne principium, eſt primum principium, 12æ. q. 6. 1. 1m. *q. 4. 1. 1m.
5 Græci indifferenter utuntur nomine cauſæ, ſicut nomine principij in diuinis, non autem latini, 1ª. q. 33. 1. 1m
6 In diuinis una perſona eſt principium alterius, non autem cauſa, 1ª. q. 33. 1. o *q. 36. 4. o
7 Principium in diuinis, & creaturis, dupliciter cognoſcitur. ſ. ut primum, & ut principium, 1ª. q. 33. 4. c.
8 Non omne principium cognoſcendi, eſt principium eſſendi, 1ª. q. 85. 3. 4m
9 Primum principium in ſpeculatiuis eſt, Non contingit idem ſimul eſſe & non eſſe. In practicis autem eſt. Bonum eſt proſequendum. malum uero eſt fugiendum, 12æ. q. 94. 2. c. *. 22æ. q. 1. 7. c.
10 Principia ſpeculatiua, cognoſcuntur per alium habitum naturalem, quam concluſiones: quia principium per intellectum, concluſiones uero per ſcientiam, 22æ. q. 47. 6. c. *. q. 49. 2. 1m
11 *Sicut in ratione ſpeculatiua ſunt quædam ut principia, quorum eſt intellectus, & concluſiones, quarum eſt ſcientia, ita in ratione practica, ut principia naturaliter nota, ſunt fines uirtutum moralium: quia finis ſe habet in operalibus, ſicut principium, in ſpeculatiuis: & quædam ſunt in ratione practica, ut concluſiones eorum quæ ſunt ad finẽ, 22æ q. 47. 6 c
12 Nihil refert utrum ille qui docet proponendo uel interrogãdo, procedat de principijs communibus ad concluſiones. Vtrobique enim animus audientis certificatur de poſterioribus per priora, 1ª q. 84. 3. 3m* 117. 1. o
¶Prioritas nullo modo eſt in diuinis, 1ª. q. 36. 3. 3m. *quæſt. 42. 3. o
1 ¶Priuatio ſecunda ſuſcipit magis & minus, quia ponit aliqd quod eſt de ratione eius: non autem prima, 12æ. q. 73. 1. o* q. 32. 4. c.
2 Priuatio ſuſcipit magis & minus, ſecundum ſuas cauſas, non autem ſecundum ſe, 1ª. q. 11. 4. 1m* q. 49. 3. 3m. *. 12æ. quæſ. 22. 2. 1m.
3 Priuationes & negationes differunt ſpecie ſecundum differentias habituum, & poſitionum oppoſitorum. & ſpecificantur per habitus oppoſitos, 22æ. q. 107. 1. c.
4 *Priuatio eſt carentia eius quod eſt aptum natum haberi. Et hæc tripliciter, ſ. uel ab eo, uel ab alio eiuſdem ſpeciei, uel a quocunque. Et tertia tantum eſt in diuinis, 1ª. q. 33 4. 2m
5 Priuatio eſt negatio circa determinatum ſubiectum, 1ª. quæſ. 17. 4. c.
6 Contrarium ſignificat aliquam naturam in ſubiecto, nõ autem priuatio, 1ª. q. 17. 4. c
7 Nulla priuatio, tollit totaliter eſſe, 1ª. q. 11. 2. 1m.
8 *Nulla priuatio eſt inuenta ab aliquo agente. 1ª. q. 19. 9. c. *. q. 49. 1. c.
9 ¶Priuilegium eſt priuata lex: quia reſpicit ſingulares perſonas, ſed communia eſt ad multa negotia, 12æ. q 96. 1. 1m
1 PRius dicitur tripliciter. ſ. ordine perfectionis, & generationis, 1ª. q. 85. 3. 1m* 12æ. q. 68. 8. 3m
2 Prius natura, dicitur dupliciter. ſ. ſecundum cauſam materialem, & magis ſecundum alias cauſas, 22æ. q. 1. 7. 3m.
3 Semper id quod eſt naturalius, eſt prius, 12æ. q. 49. 2. c
4 Imperfectum eſt prius tempore perfecto in eodem. Sed in diuerſis eſt econuerſo, & natura in utriſque, 1ª. q. 82. 3. 2m. *q. 85. 3. 1m. *. quæſt. 94. 3. c. *12æ. q. 6. 2. 4. c. *. 3ª. quæſt. 1. 5. 3m. * 6. c.
5 Prius duplex. ſ. per ſe, & per accidens, 22æ. q. 4. 7. c
6 Semper quod eſt per ſe, eſt prius eo quod eſt per aliud, 1ª. q. 20. 1. c* q. 84. 6. c.
7 Remoto priori, remouetur poſterius, ſequens tantum ex eo: non autem ſi ſequatur etiam ex alio, 12æ. quæſtio. 12. *. q. 15. 1. 2m
1 ¶Proceſſio dicitur dupliciter. ſ. motus proceſſiuus animaliũ, & eductio principiati a principio: prima eſt in diuinis metaphorice tantum, ſecunda uero proprie, 1ª. q. 27. 1. o
2 proceſſio duplex. ſ. ab extra, & ab intra: prima ſemper eſt per motum ad diuerſum, & contra rationem primi principij, non autem ſecunda. Ideo ſecunda conuenit Deo, non autem prima, 1ª. q. 27. 1. o.
3 Omnis proceſſio creaturæ, eſt per motum, uel mutationẽ: nõ autem in diuinis, 1ª. q. 27. 1. 1m
4 Proceſſus rationis duplex. ſ. uia compoſitionis, & uia reſolutionis, 12æ. q. 14. 5. o.
5 In diuinis ſunt tantum duæ proceſſiones. ſ. uerbi & amoris, ſecundum quod Deus ſuam eſſentiam, ueritatem & bonitatem intelligit, & amat, 1ª. q. 27. 3. 5. o* q 28 4 c* q. 37. 1. c.* q. 41. 6. c.
6 Omnia quæ importantrespectum originis, abſolute dicuntur de proceſſione diuina: non autem repugnantia conſubſtantialitati, coæternitati, & independentiæ. 1ª. quæſt. 27. 2. 2m.
7 Proceſſiones in diuinis, diſtinguuntur per relationes, & modo originis non autem ſeipſis: nec per eſſe à natura & uoluntate, 1ª. q. 27. 3. o.
8 Proceſſio filij, eſt per naturam patris. Ideo eſt ei coæternus, conſubſtantialis, & independens: non autem creaturæ. quia procedunt per uoluntatem Dei, 1ª quæſtio. 41. 2. c. *. q. 42. 2 c.
9 Omnia quæ pertinent ad generationem uiuorum, dicuntur in proceſſione filij Dei, ut oriri, naſci, gigni, & generari, 1ª q. 27. 2. 2m
10 Hæreſis ualentini, quod filius Dei procedit uario modo prolationis. i. ad extra, 1ª. q. 34 2. 2m
11 Spiritus ſanctus procedit a patre & filio, quia aliter non poſſet diſtingui, a filio, 1ª q. 36. 1 o
12 *Spiritus ſanctus procedit ab eis, inquantum ſunt plures agẽtes: & inquantum ſunt unum, in ui ſpiratiua, 1ª. quæſt. o. 36. 4. 1m
13 Hæreſis Arrij, ꝙ ſpiritus ſanctus procedit à patre & filio, ut creatura utriuſque, 1ª. q. 27. 1. c
14 Hæreſis Neſtorij & Theodoreti, ꝙ ſpiritus ſanctus non procedit a filio, 1ª. q. 36. 2. 3m
15 Spiritus ſanctus, nõ magis procedit a patre, quàm a filio, nec prius: nec plenius, 1ª. q. 36. 3. 2m.
16 Spiritus ſanctus dicitur principaliter & propriè procedere a patre propter auctoritatem in patre, non autem magis proprie. 1ª q. 36. 3. 2m.
17 Spiritus ſanctus procedit a patre immediate, & mediante filio, ratione ſuppoſiti: non autem ratione uirtutis mediæ, 1ª. q 36. 3. 1m.
18 Proceſſio filij, eſt per actum intellectus: ſed proceſſio ſpiritus ſancti, eſt per actum uoluntatis, 1ª. q. 27. 2. c. 4. *. 3. c. *. q. 28. 4. 1m *q. 34. 2. c. *q 45. 7. c.

19 Spiritus

19 Spiritus ſanctus,ita naturaliter & natura procedit à patre,ſicut & filius 1ª.q.41.2.3m.*6.c.*q.42.2.c.

20 Proceſſio ſpiritus ſancti, triplici ratione nominatur tantum proceſſio,ſ.ex habitudine rei amatæ ab amante per amorem,1ª.q.27.4.3m.*q.28.4.c.*q.37.1.c.

21 Emanatio,proprietas,& relatio ſpiritus ſancti,nominatur eodem nomine ſcilicet ſpiratio propter defectum nominū. 1ª.q.36.1.c.*q.37.1.c.

22 Proceſſio ſpiritus ſancti dicitur æterna, reſpectu obiecti æterni:ſed ut attendit in obiectum creatū,cui Deus confert aliquid,dicitur temporalis 1ª.q.43.2.0

23 Spiritus ſanctus procedit à ſeipſo,proceſſione temporali. 1ª. q.43.2.3m.

24 Proceſſio æterna & temporalis ſunt tantum una proceſſio,ratione reſpectus ad principiū quem principaliter importat, ſed ſunt duæ ratione duplici reſpectus ad obiecta. 1ª.q.43. 2.c.*3m.

1 ¶Proclamare licet in capitulis religioſorum de leuibus quæ famæ non derogant,ſine admonitione,ſecreta,non autem de grauibus. 22æ q.33.7.4m.

2 Non uidetur eſſe probabile, quòd ea quæ ſunt in conſuetudine religioſorum,ſint contra præcepta Chriſti conſuetum eſt autem in religionibus quod in capitulis aliqui proclamantur de culpis,nulla ſecreta ad monitione præmiſſa. Sed huiuſmodi proclamationes,ſunt quaſi quędam commemorationes,potius oblatarum culparum quam accuſationes,uel denunciationes.22æ.q.33.7ª.4.*4m.

4 Rationale & ſenſibile, ut ſunt differentiæ, ſumuntur ab anima rationali, & ab anima ſenſitiua, non autem à potentia rationis, & potentia ſenſus: licet per has naſcantur, 1ª. q. 76. 3. 1m. * q. 77. 1. 7m. * 3. c. * 12æ. q. 110. 4. 4m

1 ¶Reatus pœnæ, eſt effectus peccati per accidens tantum, & diſpoſitiue, 12æ. q. 87. 1. o

2 Non omnium peccatorum eſt idem reatus, 3ª. q. 88. 1. c

3 Reatus manet poſt actum peccati, 12æ. q. 87. 6. o

2 Rebellis & contumax, ſemper occidebatur, in ueteri lege, 12æ. q. 105. 2. 9m

1 ¶Recipere, pati, & huiuſmodi, dicuntur æquiuoce de intellectu, & materia prima, 1ª. q. 50. 2. 2m

2 Non omne receptiuum, oportet eſſe denudatum ab omni natura determinata, ſed tantum à natura recepti, 1ª. q. 75. 2. c

1 Rectitudo duplex, ſcilicet circa exteriora, & quæ dicit debitum ordinem ad finem, & ad legem Dei. Prima eſt iuſtitię ſecunda uero eſt omnis uirtutis, 12æ. q. 55. 4. 4m

1 ¶Redemptio. * Ad redemptionem requiruntur duo, ſcilicet ſolutio, & pretium. Et utrunque immediate conuenit ſoli Chriſto, ſed principaliter toti Trinitati. 3ª. q. 48. 5. o

2 Chriſtus eſt redemptor noſter dupliciter, ſcilicet liberādo à diabolo, & reconciliando nos Deo, 3ª. q. 41. 6. 3m

1 ¶Redundantia fit in corpus, ex ijs quæ ſunt in anima, niſi in Chriſto patiente, * in quo illa naturalis habitudo quæ eſt animæ ad corpus, ſubiacebat uoluntati diuinitatis ipſius, ex qua factum eſt, quod beatitudo remaneret in anima, & non deriuaret ad corpus: ſed caro pateretur quæ cōueniunt naturæ paſſibili, 12æ. q. 3. 3. c. 3m. * q. 4. c. * q. 75. 4. 3m. * 2m. * 22æ. q. 175. * 4. 1m. 2m. * 3ª. q. 14. 1. 2m. * q. 15. 5. 3m. * 6. c. * 9. 3m. * q. 19. 3. 3m. * q. 22. 2. 1m. * q. 45. 2. c. 1m. * q. 46. 2. c. 2m. * 8. c. 2m. * q. 49. 6. 1m. * q. 54. 2. c. * q. 79. 1. 3m

1 ¶Reduplicatus terminus, ſumitur quandoque pro ſuppoſito, ſed magis proprie pro natura, quia ſumitur in ui prædicati, 3ª. q. 16. 10. 11. 12. c

2 Quod conuenit alicui cum reduplicatione, nō ſemper conuenit ei ſimpliciter ſine ea, 3ª. q. 16. 10. 3m

1 ¶Regere & gubernare, eſt proprie rationis, 22æ. q. 47. 12. c

1 ¶Regnum Dei principaliter eſt in interioribus, conſequenter in iis, ſine quibus illa non poſſunt eſſe non autem in differentibus, 12æ. q. 108. 1. 1m

1 ¶Regula actuum humanorum duplex, ſcilicet humana ratio, & lex æterna, ſcilicet Deus. * Sicut etiam eſt duplex regula uoluntatis hominis, ſcilicet regula regulans, id eſt. uoluntas diuina, & regula regulata, id eſt, uoluntas unius hominis, reſpectu uoluntatis alterius. Nam uoluntas unius hominis, ſecundum ſe conſiderata, non eſt regula uoluntatis alterius, ſed in quantum uoluntas proximi, eſt hærere uoluntati Dei, quod ſit per conſequens regula ſecundum primam regulam, 12æ. q. 19. 4. o. * q. 21. 1. c. * q. 61. 3. 4. c. * q. 71. 5. c. * q. 74. 7. c. * q. 90. 1. c. * 22æ. q. 3. 6. c. * q. 8. 5. 3m. * q. 17. 1. c. * q. 19. 7. c. * q. 23. 3. 6. c. * q. 37. 1. 1m. * q. 45. 2. o. * q. 15. 4. 2. 2m

2 Aliquid continetur in regula dupliciter, ſcilicet ut finis, id eſt, actus uirtutum, & ut exercitium exterius, id eſt, tria uota ſcilicet obedientiæ, paupertatis, & continentiæ, ad quæ omnia alia ordinantur, 22æ. q. 18. 9. c

Vtraque religio, ſcilicet monachorum, & canonicorum regularium, ordinatur ad opera uitæ contemplatiuæ: inter quæ præcipua ſunt ea quæ aguntur in diuinis myſterijs, ad quæ ordinatur directe, ordo canonicorum regulariū: quibus per ſe competit quod ſint clerici religioſi. Sed ad religionem monachorum, non per ſe competit: ut ſint clerici religioſi ut habetur in decretis. Et quamuis ordo monachorum, ſit arctioris obſeruantiæ ſi monachi eſſent laici, liceret tranſire ab ordine monachorum, ad ordinem canonicorum regularium, non autem conuerſo. ut habetur in decretis, ubi dicitur: Mandamus & uniuerſaliter interdicimus, ne quis canonicus regularis profeſſus: niſi (quod abſit) publice lapſus fuerit, monachus efficiatur. Sed ſi monachi ſint clerici, ſacris myſterijs obſequentes habent id quod eſt canonicorum regularium, cum maiori arctitudine. Et ideo tranſire licitum erit de ordine canonicorum regularium, ad ordinem monachorum, petita tamen ſuperioris licentia, ut dicitur in decretis, 22æ. q. 18. 8. 2m

1 ¶Relatio ſecundum eſſe eius, eſt aliquid, non autem ſecundum rationem eius, ſed eſt aliquid. Alia uero prædicamenta, ſunt aliquid utroque modo, 1ª. q. 28. 1. 2. c

2 Relatio realis, eſt eorum quæ ad inuicem habent ordinem & inclinationem, 1ª. q. 28. 1. c

3 * Subiectum ſecundum rationem eius, nihil ponit in ſubiecto, 1ª. q. 28. 1. 2. c

4 Omnis relatio fundatur in qualitate, uel quantitate, uel actione uel paſſione, 1ª. q. 28. 1. c

5 Relatio quæ eſt accidens, præſupponit diſtinctionem ſuppoſitorum, non autem relatio ſubſiſtens, ſcilicet diuina; ſed eam fert ſecum, 1ª. q. 40. 2. 4m

6 Relatio duplex, ſcilicet realis, & rationis, 1ª. q. 28. 1. c

7 Relationes differentes ſpecie, nō poſſunt terminare eandē relationem in ſpecie, contra præpoſitiuum, 1ª. q. 12. 2. c

8 Aliquando ex parte unius extremi, eſt tantum una relatio, & ex parte alterius, ſunt multæ, 1ª. q. 39. 1. 3m

9 Relatio in patre, differt ſpecie à relatione in matre, 3ª. q. 35. 5. 3m

10 Vnitas & pluralitas ſpecifica relationum, ſumitur ex cauſa, numeralis, autem ex ſubiecto, nulla uero ex terminis, 3ª. q. 35. 5. c

11 Idem ad ſeipſum, non refertur aliqua relatione reali, 1ª. q. 42. 1. 4m. * q. 45. 3. 2m

12 Relatio realis requirit diſtinctionem ſuppoſitorum, non autem relationis, 1ª. q. 13. 7. c. * q. 42. 1. 4m

13 Relatio identitatis numeralis, eſt relatio rationis tantum, generica uero, & ſpecifica, eſt relatio realis, 1ª. q. 13. 7. c. * q. 28. 1. 2m. * 4. 1m. * q. 42. 1. 4m

14 Alia ratione refertur dominus ad ſeruum, & ſeruus ad dominum, 1ª. q. 13. 8. 22m. * 22æ. q. 81. 1. 3m. * 3ª. q. 20. 1. 2m. * 2. c

23 Relatio

15 Relatio eſt ens reale, licet non omnis, 1ª. q. 13. 7. c. * quæſt. 28. 1. c
16 Relatio realis requirit duo extrema realia, 1ª. q. 13. 7. c. * q. 28. 1. 2m. * 3. 1m
17 Neceſſe eſt, quod procedens, & id à quo procedit, quando ſunt eiuſdem naturæ, ſint in eodem ordine, & habeat relationes reales, 1ª. q. 21. 1. c
18 In ijs tantum, in quibus eſt eadem ratio ordinis ex utroque termino, eſt mutua relatio realis, ut in omni relatione conſequente quantitatem, 1ª. q. 13. 7. c. * q. 28. 2. c
19 Quando unum relatiuorum dependet ex altero, & non econuerſo relatio eſt realis, tantum in dependente, 1ª. q. 28. 1. c
20 Relationes conſequentes actionem & paſſionem, ſunt reales in utroque termino, ut motiuum, & mobile, pater & filius, 3ª. q. 13. 7. c
21 Relationes conſequentes tantum operationem intellectus in rebus, ſunt relationis rationis tantum: ſed quæ ſunt inter uerbum & intellectum ſunt relationes reales, 1ª. q. 13. 7. c. * q. 28. 1. 4m. * 4. 1m
22 Relatio ſcientiæ ad ſcibile, eſt relatio realis, econuerſo autem, eſt relatio rationis tantum, 1ª. q. 6. 2. 1m. * q. 13. 7. c. * 3ª. q. 35. 5. 3m
23 In quibus differt intellectus & intellectum, volens & volitum, poteſt eſſe relatio realis ſcientiæ ad ſcibile, uoluntatis ad rem uolitam, non autem in Deo, 1ª. q. 28. 4. 1m
24 In relatione ſunt aliqua ſecundum rationem tantum, non autem in aliquo alio genere, 1ª. q. 28. 1. c
25 Omnis reſpectus ad non ens eſt relatio rationis tantum, 1ª. q. 13. 7. c
26 Relatio rationis non eſt inhærens, 1ª. q. 28. 1. c
27 Relatio rationis contingit quadrupliciter, ſcilicet uel quando relatio non habet aliquid in rei natura, ſupra quod fundatur. Et inde eſt, quod quandoque contingit, quod relatio eſt realiter in vno, & non in alio, quia in uno habet modum, quendam ſupra quem fundatur, quem non habet in alio: ſicut eſt in omnibus illis relationibus, in quibus Deus ad creaturam refertur, quæ quidem realiter ſunt in creatura, & non in Deo. Vel quando relatio non habet aliquam realem diuerſitatem inter extrema, ſicut relatio identitatis. Et ideo hæc nihil ponit ſecundum rem, ſed ſolum ſecundum rationem vocum dicitur, idem eidem idem. Vel quando deſignatur relatio aliqua entis ad non ens, ut cum dicitur, quod nos ſumus priores ijs qui futuri ſunt. Vel quando ponitur relatio ipſius relationis. Ipſa enim relatio per ſeipſam refertur, & non per aliam relationem. Et hos vltimos duos modos ponit Auicenna: ſed primi duo poſſunt extrahi etiam ex uerbis Philoſophi, 1ª. q. 13. 7. c
28 Ratio relationis, dependet ex termino, ſicut & motus, ſed eſſe eius, dependet ex ſubiecto, 3ª. q. 2. 7. 2m
29 Relatio innaſcitur aliquando, ex motu utriuſque termini, & aliquando ex motu alterius termini tantum, 3ª. quæſt. 2. 7. c
30 Relatio realiter poteſt alicui de nouo aduenire, ſine mutatione eius, 1ª. q. 13. 7. c. * 3ª. q. 16. 6. 2m
31 Omnis relatio incipiens ex tempore, ex aliqua mutatione cauſatur, 3ª. q. 8. 8. c
32 Actionis & paſſionis, in quantum implicant motum, ſunt aliud à relationibus quæ ex eis conſequuntur, 17. quæſt. 41. 1. 2m
33 Relationes non recipiunt magis, & minus, 12æ. q. 82. 4. c
34 Relatio eadem numero, eſt in omnibus, ſimul trahentibus idem, 3ª. q. 35. 5. 3m
35 Aliquando ex parte unius extremi, eſt tantum una relatio, & ex parte alterius multæ, 3ª. q. 35. 5. 3m
36 Nulla relatio refertur ad ſe, nec ad aliam per aliam relationem, ſed per ſeipſam, 1ª. q. 42. 1. 4m. * q. 45. 3. 2m
37 In diuinis ſunt quædam relationes reales, 1ª. q. 28. 1. o
38 In diuinis ſunt tantum quatuor relationes reales ſcilicet paternitas, filiatio, ſpiratio, & proceſſio, 1ª. q. 28. 4. o. 3. q. 20. 1. c. * 2. c. 1m
39 *Relatio in diuinis non eſt totum uniuerſale, nec oēs ſimul ſunt aliquid maius quàm vna tantum, 1ª. q. 41. 4. 3m
40 Relatio in diuinis, poteſt tripliciter conſiderari ſcilicet, ut relatio abſolute, ut diuina conſtituens perſonas, tertio ut operatio. Primo modo ſequitur operationem, & proceſſionem, ſecundum noſtrum modum intelligendi: ſecundo econuerſo: tertio ſunt ſimul, 1ª. q. 40. 4. o
41 Oriri uel procedere, non conuenit relationibus diuinis, 1ª. q. 28. 3. 3m
42 Relatio & eſſentia in diuinis, ſunt idem realiter, & differūt ratione, 1ª. q. 28. 2. o. * q. 29. 4. c. * q. 39. 1. c. * q. 40. 1. c. 1m. * q. 41. 5. 2m. * q. 42. 6. 3m
43 Relatio in diuinis, ut comparatur ad eſſentiam, & ſimilis relationi identitatis, non autem ut comparatur ad terminū, 1ª. q. 28. 1. 2m
44 Relationes ſunt in eſſentia Dei, per identitatem tantū, ſed in perſonis, vt in ſuppoſito, 1ª. q. 40. 1. 2m
45 Relationes in diuinis, ſunt realiter ipſæ perſonæ, & in perſonis, 1ª. q. 30. 2. 1m. * q. 32. 2. c. 2m. * q. 40. 1. o * 2. c. 1m. * q. 41. 6. c. * q. 42. 5. 2m
46 Relatio in diuinis, ut origines, ſunt idem re, & differunt ratione, quia origines, ſignificantur per modum actus, ut generatio, relationes uero ut forma, 1ª. q. 40. 2. c. * quæſt. 41. 1. 2m
47 Sed nō ſunt realiter in Deo, nec extra Deum, nec ipſe Deus, 1ª. q. 13. 7. c. fi. * 2m. * 4m. * q. 38. 1. 3m. * 4. c
48 Nec ſunt reales, ſed rationis tantum, 1ª. q. 62. 2m. * q. 13. 7. o. * q. 28. 1. 3m. * q. 32. 2. c. fi. * q. 43. 3. 1m. * 3ª. q. 35. 5. c
49 Relationes Dei ad creaturas, ſunt etiam in Deo, ſecundum rationem & intellectum noſtrum, & angelicum, & diuinū 1ª. q. 13. 7. 2m. * 4m
50 Relationes Dei ad creaturas, non multiplicantur in intellectu Dei, ſicut in intellectu noſtro, 1ª. q. 28. 4. 2m
51 Non derogat ſimplicitati diuinæ, quod multæ relationes Dei ad creaturas, prædicentur de Deo, 1ª. q. 32. 2. c. fi.
1 ¶*Relatiuum duplex, ſcilicet ſecundum eſſe, & ſecundum dici, 1ª. q. 13. 7. 1m
2 Diuerſitas relatiuorum triplex ſcilicet realium in utroque termino, uel in altero tantum, uel in neutro, 1ª. q. 13. 7. c
3 Relatiuum in diuinis, dicitur quadrupliciter ſcilicet, quod refertur ſecundum nomen ſuum, cauſans uel conſequens relationem, implicans eam, & quod ponitur pro ea, 1ª. q. 13. 7. 1m
4 Relatiua non ſunt ſimul natura, niſi æqualiter mutuo referantur, 1ª. q. 13. 7. 6m
5 Relatiua non ſunt ſimul natura propter ordinem rerum, per hoc, quod unum eſt de intellectu alterius, & econuerſo, 1ª. q. 13. 1. 6m
1 ¶Religio importat ordinem ad Deū, ad quem ordinat hominem, 22æ. q. 81. 1. o. * q. 94. 1. 1m
2 Religio dicitur à frequenti electione diuini cultus. Vel dicitur ab iterata electione Dei negligenter amiſſi. Vel dicitur à religando, 22æ. q. 81. 1. c
3 Religio eſt virtus, reddens debitum honorem Deo, 12æ. q. 60. 3. c. * 22æ. q. 80. c. * q. 81. 2. o. * 1. c. * q. 82. 2. c. * q. 83. 3. c. * q. 84. 1. c. * q. 89. 4. 1m. * q. 97. 3. c. * q. 98. 2. c. * q. 102. 3. c. * q. 103. 3. c. * q. 127. 1. 4. c. * q. 186. 1. c
4 Religio eſt alia uirtus à pietate, 22æ. q. 101. 3. 2m. * quæſt. 102. 1. 1m
5 Religio eſt una virtus, quia exhibet reuerentiam Deo ſub una ratione ſcilicet, ut Deus eſt primum principium creationis & gubernationis rerum, 22æ. q. 81. 3. o. * 4. 1m. * 2m
6 Religio exercitis uirtutibus imperat, 22æ. q. 81. 4. 1m. * 4. 1m. * 8. 1m. * q. 88. 3. c. * q. 186. 1. c. 2m
7 Religio præfertur alijs uirtutibus moralibus, 22æ. q. 81. 7. o. * q. 88. . c. * q. 183. 2. c
8 Sicut religio eſt quædam proteſtatio fidei, ſpei, & charitatis, quibus homo primordialiter ordinatur in Deum ſic pietas eſt quædam proteſtatio charitatis ad parentes & patriam, 22æ. q. 101. 3. 1m
9 Sicut religio per excellentiam dicitur pietas, ſic latria dicitur dulia, in quantum Deus eſt excellenter pater & dominus, 22æ. q. 103. 3. 1m. * q. 106. 8. 1m
10 Omnia illa per quæ Deo reuerentia exhibetur, pertinent ad religionem, 22æ. q. 83. 3. c
11 Religioſi non ſubijciunt ſe homini propter hominem, ſed propter Deum, 22æ. q. 81. 1. 5m
12 In religione conſiderantur duo ſcilicet cultus Dei, & Deus. Primum eſt materia & obiectum eius ſecundum uero, eſt finis eius, 22æ. q. 81. 5. o
13 Religio eſt in uoluntate. Ideo ordinat actus aliarum poteſtatum, ad Dei reuerentiam, 22æ. q. 82. 3. 1m. * q. 83. 3. c
14 Omnes actus eius, pertinent ad cultum Dei, uel ſeruitutem eius. Primum reſpicit excellentiam Dei, ſecundum uero, ſubiectionem hominis, 22æ. q. 81. 3. 2m
15 Religio habet duplices actus, ſ. elicitos, ut ſacrificare, adorare, & huiuſmodi & imperatos. ſ. actus aliarum uirtutum 22æ. q. 81. 1. 1m. * q. 85. 3. o. * q. 186. 1. 2m. * q. 188. 2. c
16 Religio habet duplices actus ſcilicet interiores, ut principales & per ſe, & exteriores, ut ſecundarios, & propter interiores, 22æ. q. 81. 7. o. * q. 82. prin. * q. 84. 2. o. * q. 85. 2. c
17 Religio nominat ſtatum perfectionis, 22æ. q. 186. 1. o

18 Status religionis, ordinatur ad perfectionem charitatis, ſicut ad finem. 22æ. q.186.7.1m.* 2.c.*.q.187.2.c.*.quæſt.188.2.7.c.

19 Religio eſt ſtatus pœnitentiæ, exercitium, & ſchola perfectionis, 22æ q.186.1.4m.*.2.c.*.3.c 5m.*.5.c.*.q.187.61.*.quæſ.188.1.c.*.q.189.1 c.5.

20 Status religionis, eſt ſpiritualis militia perficientibus, & exercitium tyrocinij incipientibus. * Nam ordines ſacri præexigunt ſanctitatem · ſed ſtatus religionis eſt exercitium quoddam ad ſanctitatem aſſequendam. Vnde pondus ordinum imponendum eſt parietibus, iam per ſanctitatem deſiccatis. ſed pondus religionis deſiccat parietes.i. homines ab humore uitiorum.22æ.q.18.1.3m.

21 Status religionis, præfertur eleemoſynis, & virginitati ſecularium, quia viuentes in monaſterijs ad hoc quod inhæreant Deo postponunt propriam uoluntatē, & omnia quæ poſſunt habere. Sed uirgines ad hoc poſtponunt uenereas uoluptates. Et ideo uirginitas non ſimpliciter eſt maxima uirtutum.22æ.q 98.5.2m.*.3m.*.22æ.q.152.5.b.*.c.*.q.186.8.c.

22 Status religionis poteſt conſiderari tripliciter, ſ. vt exercitiū tendendi ad perfectionem charitatis, ut quietās, & ut holocauſtum.22æ.q.186.7 5.

23 Difficilius ſeruantur præcepta Dei in ſeculo, quàm in religione.22æ.q.189.1 5.

24 Omnis religio, ſumpſit originem à diſcipulis Chriſti. 22æ.q.188 7.c.ſi.

25 Voluntaria paupertas requiritur ut primum fundamentū, ad perfectionem religionis.22æ.q.186.3.o.*.4.c.1m.

26 Habere aliquid proprium, repugnat perfectioni religionis, non autem habere aliquid in cōi: ſed aliqualiter impedit, ſi ſuperabundet.22æ.q.188.7.o.

27 Ad perfectionem religionis, requiritur perpetua continētia. 22æ.q.88.11 c.ſi.*.q.186.4.o.

28 Obedientia requiritur ad * perfectionem religionis: qa cum religio ſit diſciplina & exercitium tendendi ad perfectionem, neceſſaria eſt directio alicuius quaſi magiſtri, quem omnino ſequatur proficiens, quod fit per obediētiam ad maiores.22æ.q.186.5.o.

29 Votum triplex requiritur ad perfectionem religionis. ſ. votum paupertatis, continentiæ, & obedientiæ. 22æ.q.198.4.c.*.22æ.q.186.6.o.

30 Perfectio religionis integratur ex prædictis tribus uotis.22æ.q.186.7.o.*.q.188.1.2m *.2.2m.

31 Votum obedientiæ eſt præcipuum inter tria uota religionis. 22æ.q.186 8.u.*.q.188.7.1m.

32 Interiores actus uirtutum, non cadunt ſub uoto religionis, ſed religio ad eos ordinatur, uel ad finē.22æ.q 186.7.1m.

33 Ad religionem requiritur ſubtractio impedientium hoīem, ne totaliter feratur ad ſeruitium Dei.22æ.q.186.4.c.

34 Omnes obſeruantiæ religionum, ordinantur ad tria principalia uota, ad quæ etiam pertinet habitus, ut ſignum obligationis ideo ſimul datur, uel benedicitur cum profeſſione.22æ.q.186.7.2m.*.q.188 1.2m.

35 Per ingreſſum religionis, homo totaliter ſe mancipat Dei obſequiis.22æ.q.189.3 c.3m.

36 In ingreſſu religionis, recipitur tanta gratia, quanta recipit in baptiſmo, & remittitur omnis pœna. Sed hoc nō eſt qa taliter ſe a ſatiſfactione abſoluant, ſ d quia eo ipſo quod ſuam uoluntatem etiam in ſeruitutem redigit pp Deum plenariè iam pro omni peccato ſatiſfecit, quam charioré habet omnibus rebus mundi, de quibus tantum pōt dare, quod eleemoſynis omnia peccata ſua redimeret, et quantum ad pœnam.22æ.q.189.3.3m.

37 Conſilium uel magna deliberatio non requiritur ad ingreſſum religionis ſecundum ſe, nec quoad uires: ſed quo ad impedimēta, uel modos religionis p doctrinā maiorū, ab iis qui ſperantur prodeſſe, ut de ingreſſu religionis frequēter cōtingit, ex ignito ſermone pdicationis, uel ex uirtuoſa operatione, & excellētī uita doctoris.22æ.q.186.10.o.

38 Habens uotum, uel iuramentum in uotis religionis, licite inducitur ad maiorem, non autem econuerſo, niſi diſpenſetur.22æ.q.189.9.3m.

39 Non licet inducere aliquem ad religionem, per falſam doctrinam.22æ.q.189.9.c.

40 Inducens alios ad religionem, non peccat ſi fiat ſine uiolentia. ſimonia, & mendacio ſed magnum præmium meretur.22æ.q.189.9.o.

41 Licet dare, uel accipere aliquid, pro uictu in monaſterio, ſi non ſit ſufficiens, non autem pro ingreſſu religionis, quia ſimonia eſt.22æ.q.100.3.4m.

42 Licet nutrire pauperes ad religionem, uel allicere munuſculis, licet non ſit licitum ex pacto aliquid dare uel recipere pro ingreſſu monaſterii.22æ q.189 9.c.*.q.190.1 4m.

43 Presbyteri curati, archidiaconi, poſſunt ſine licentia ingredi religionem. 22æ.q.184.6.8.c 4m.*.q.189.7.o.

44 Non licet parentibus ingredi religionem, niſi prouiſo, quod filij educari poſſint.22æ.q.189.6.c.

45 Nō licet filiis ingredi religionē, ſi parētes ſine eis commode uiuere non poſſint.22æ.q.189.6.o.*.q.101.4.3m.*.4m

46 Seruus non poteſt recipi in religione, inuito domino eius. 22æ.q.88.8 2m.* 4m.*.q.189.5.c.6.3m.

47 Obligatus debitis prius debet ſoluere, quantum pōt, & tunc poteſt ingredi religionem licet non poſſit omnia ſoluere. 22æ.q.189.6.3m.

48 Puer ante pubertatem poteſt recipi in religione, de conſenſu parentum, ſed poſt, etiam eis inuitis.22æ.q.88.8.2m.*.9 o.*.q 189.5.o.

49 Non exercitati in præceptis Dei, debent recipi ad religionē. 22æ.q.189.1.o.

50 Facilius conuertuntur ad religionem peccatores, quàm præſumentes de ſua innocentia. 22æ.q.189.1.1m.

51 Recepti ſimoniace ſcienter poſt concilium generale, repelluntur à ſuo monaſterio, ſine ſpe reſtitutionis. & ad perpetuam pœnitentiam, in arctiori regula debent poni, uel in alio loco eiuſdem ordinis, ſi arctior ordo non inuenitur. Si uero ante, debent poni in alio eiuſdem. Vel ſi non pōt, ſint in eodem, ne uagentur, ſed in loco inferiori. Si autem ignoranter, poſtquam renunciauerunt, poſſunt denouo recipi, mutatis locis.22æ.q.100.6.5m.

52 Obligare ſe uoto, ad ingreſſum religionis, eſt laudabile ſecūdum ſe.22æ q.88.9.o.*q 87.2.o.

53 Vouens ingredi religionem, tenetur intrare, quàm citius poteſt, niſi poſuerit terminum.22æ.q.88.3.2m.*q 189.3.o.

54 Vouens ingredi religionem, non tenetur ibi perpetuo manere, niſi hoc intenderit.22æ.q.189.4 o.

55 Eadem ratio eſt de monachis, & de aliis religioſis, quo ad cōmunia omni religioni, non autem quo ad propria monachorum.22æ.q.181.2.3m.

56 Religioſi non tenentur habere perfectam charitatem, ſed ad hoc tendere, & ad hoc operam dare. 22æ.q.186.2.c.1m.*.9.c.

57 Nec ad ea quæ conſequuntur perfectionem charitatis, ſed ad hæc tendere, non contemnendo.22æ.q.186.2.c.

58 Nec ad omnia exercitia, per quæ uenitur ad perfectionem, ſed tantum ad taxata ſecundum regulam ſuam. 22æ.q.186.2.c.

59 Nec ad omnia conſilia de particularibus melioribus, ſed ad eſſentialia religioni.22æ.q.186.2.3m.

60 Nec ad alia quam ſeculares, niſi quæ ad eorum uota pertinent.22æ.q.110.4.5m.*q.187.3.o.

61 Nec ad opera manualia, pluſquam ſeculares, niſi ad quæ tenentur ex ſtatutis ordinis ſui.22æ.q.187.3.o.

62 Religioſus factus epiſcopus, non abſoluitur à tribus uotis religionis, quia nihil debet habere proprium, ſed eſt diſpenſator communium bonorum eccleſiæ. Sed per accidens nō tenetur obedire, ſi ſuperiorem non habeat, ſicut nec abbas.22æ.q.88.11 4m.*q.185.8.o.

63 *Profeſſi religionem, mortui ſunt mundo, & uiuunt Deo. Vnde non ſunt reuocandi ad uitam humanam occaſione cuiuſcunque euentus.22æ.q.88.11.1m.

64 *Nec religioſos oportet exire clauſtrum, ad corrigendū delinquentes.22æ.q.13.2 4m.ſi.

65 Profeſſus non debet exire religionem, ut parentibus ſubueniat, ſed procuret eis, ſicut poteſt cum licentia. 22æ.q.101.4.4m.*q.189.6.1m.

Tranſgreſſio regulæ, quo ad tria uota principalia religionis, eſt peccatum mortale, non autem quoad alia, niſi propter præceptum uel contemptum, In quibus tamen aliis, ut eſt ſilentium, ſolitudo, abſtinentiæ, & uigiliæ graues. poſſunt prælati in religione ipſi ſecum diſpenſare, ſicut & cum aliis.22æ.q 88.11.4m.*q.185.8.o.*q.186.9.o.*q.188.5.c.

67 Licet religioſis, ex commiſſione prædicare, & ſimilia. 22æ.q.187.1.o.*.4.2m.

68 *Religioſis competit principaliter intendere ſtudiis literarū pertinentium ad doctrinam, quæ eſt ſecundum pietatem. Aliis autem doctrinis intendere, non pertinet ad religioſos, quorum tota uita diuinis obſequiis mancipatur, n.ſi inquantum ordinantur ad ſacram doctrinam.22æ.q.188.5.3m.

69 Licet eis aduocare pro monaſterio, p pauperibus, & uiduis, non autem propter aliquod mundanum.22æ.q.71.2.o.*q.188.5.2m.

70 Licet eis tractare negocia ſecularia. moderatè, cum licen-

te,ex charitate,non autem ex cupiditate.22æ.q.18.3.c m.°.q.187.2.0.°q.188.2.2m.°.189.6.1m.
70 Licet eis uiuere de eleemoſynis,quaſi debitis eis dupliciter.ſ. ratione neceſſitatis triplicis.ſ.infirmitatis,egeſtatis,& conſuetudinis:& ratione operis quadruplicis.ſ.prædicationis, altaris,ſtudij, & donationis omnium bonorum ſuorum monaſterio 22æ.q.187.4.0.
72 Licet eis mendicare pro humilitate, neceſſitate,uel utilitate, non autem ex cupiditate,ſicut ſecularibus.22æ.quæſt.187.5.0.
73 Licet eis uti uilibus ueſtibus, ad contemptum ſeculi, ad pœnitentiam,& humilitatem. 22æ. quæſt. 169.1.2m.°quæſt.187.6.0.
74 Religioſis militibus licet bellum facere, auctoritate principis,non autem auctoritate propria.22æ.quæſt.188.3.4m °4.2m.
75 Religioſi dicuntur dupliciter.ſ.communiter omnes, qui per fidem colunt Deum,& ſpecialiter, qui totam uitam ſuam dedicant cultui diuino.22æ quæſt.81.1.5m.°.quæſ.188.1.1m. °.2 2m.
76 Gradus religionis triplex,cui competit triplex gradus paupertatis.ſ. quia primum & ſummum gradum in religionibus tenent, quæ ordinantur ad docendum & prædicandum, quæ propinquiſſimæ ſunt perfectioni epiſcoporum ſecundum autem gradum tenent illæ, quæ ordinantur ad contemplationem,tertius eſt earum quæ occupantur circa exteriores actiones.22æ.q.188.6.c.°.7.0.
77 Religionum aliquæ ordinantur ad opera uitæ contemplatiuæ,aliquæ uero ad opera uitæ actiuæ 22æ.quæſt.188 2.0. °.3.4.5.c.
78 Religiones ſunt diuerſæ,principaliter ſecundum fines, ſecundario ſecundum exercitia.22æ.q.188.1.0.6.c.
79 Quædam religio,conuenientiſſime inſtituta eſt ad prædicationes, confeſſiones,& alia huiuſmodi ſpiritualia. 22æ.q.188.4.0.
80 Et ad ſtudiũ,quia illud illuminat, remouet errores, prodeſt ad prædicandum,& huiuſmodi,domat luxuriem & auaritiem,& ualet ad obedientiam.22æ.q.188 5.n.
81 Et aliqua ad militandum, non quidem propter aliquid mũdanum,ſed ad defenſionem diuini cultus,& proximi 22æ. q.188.3.0.° 4 2m.°.3m.
Summum gradum in religionibus tenent, quæ ordinantur ad docendum,& prædicandum,ſecundum uero quæ ad contemplandum, tertium autem quæ ad opus exterius ſecum. Et in ſingulis præeminent,quæ ſunt ad altiorem actum in eodem genere,uel ad plura, uel quæ habent ſtatuta conuenientiora ad ſuum finem conſequendum,non autem quæ eſt arctior.22æ.q.188.6.n.°.q.189.8.1m.
83 Religio principaliter eſt melior, cuius finis eſt potior, id eſt, ad melius,uel ad plura,ſecundario autem,quæ melius proportionatur fini.22æ.q.188.6.0.°.q.189.8.c.
84 Religio tanto perfectior eſt ſecundum paupertatem, quanto habet eam magis proportionatam ſuo fini.22æ.q.188.7.c.1m.
85 Religio ordinata ad actiones corporales, eſſet imperfecta ſi careret diuitiis in communi,non autem aliæ.22æ.q.189.7.c.°.q.18 8.2m.
86 Religio ſolitariorum , eſt perfectior quàm ſocialis, ſed periculoſiſſime eſt imperfectis.22æ.q.188.8.0.
87 Tranſire de una religione in aliam , non eſt laudabile ſecundum ſe,quia facilius proficitur in prima, & relicti ſcandalizantur,niſi forte propter magnam utilitatem, uel neceſſitatem. Sed laudabiliter tranſitur ad arctiorem.ſ.ad perfectiorem religionis,uel quæ melius ſeruatur, licet ſit minor, uel propter infirmitatem. In primo debet peti licentia,propter humilitatem,ſed negari non poteſt : tamen ſi non conſtet, requiritur iudicium ſuperioris, ſicut & in ſecundo, ſed in tertio requiritur diſpenſatio.22æ.q.189.8.0.
88 Nulla ſatisfactio æquipollet pœnitentiæ religioſorum. 22æ. q.189.3.3m.
89 Status ſecularium , periculoſior eſſe dicitur, quàm religionis ſtatus.22æ q.189 1.5m fi.
90 Cum quis non poſſit Deo oblationem præſtare de re aliena non poteſt uir ſeipſum Deo offerre, ſine conſenſu uxoris, cuius ſuum corpus conſummatione matrimonii eſſe dicitur.5.q.61.1.0.
91 Sicut poſt carnalem copulam ſoluitur matrimonium per mortem carnalem,ita ante copulam carnalem, quod ſolum eſt uinculum ſpirituale, matrimonium dirimi poteſt, per ingreſſum in religionem,cum religio ſit quædam mors ſpiritualis.5.q.61.2.c.
92 Poteſt mulier mortuo uiro ſpiritualiter per ingreſſum religionis alteri nubere,ſicut etiam idem ei licet, uiro defuncto morte corporali.5.q.61.3.0.
¶Religioſi crucifixi cũ Chriſto dicũt, qui qlibet arctioris diſciplinæ inſtituta ſubeunt,ſecundum Bedam.3a.q.46.11.c.
¶Reliquie ſanctorum,uel diuinæ uerba,licite portaoſ ſuſpẽſe ad collũ,ſi portentur ex fiducia Dei & ſanctorũ , quorum ſunt reliquiæ. Si aũt circa hoc attẽdatur aliqd aliud uanũ, puta qd uas in quo ſont,eſſet triangulare,aut aliqd aliud huiõi, quod non pertineret ad reuerentiam Dei & ſanctorum,eſſet ſuperſtitioſum & illicitum.22æ.q 96 4.3m.
¶Remedium duplex contra malum.ſ.impediens futurũ, & remouens malum præſens.12æ.q.42.6.1m.
2 Reminiſcentia eſt inquiſitio eius,quod excidit à memoria & pertinet ad ſenſitiuam in parte ſenſitiua, & tãtum in homine. 1a.q.78.4.c.fi.5m.°.12æ.q.74.3.1m.
Ex parte memoratiuæ,non ſolum habet homo memoriam,ſicut cætera animalia,in ſubita recordatione præteritorum, ſed etiam habet reminiſcentiam,quaſi ſyllogiſtice inquirendo præteritorum memoriam,ſecundum indiuiduales intentiones. Et illam eminentiam habet cogitatiua & memoria in homine,non per id quod eſt proprium ſenſitiuæ partis, ſed per aliquam affinitatem & propinquitatem ad rationem uniuerſalem,ſecundum quandam refluentiam. Et ideo non ſunt aliæ uires,ſed eædem , perfectiores quam ſint in aliis animalibus.1a.q.78 4.c.fi.3m.
¶Remiſſio in puniendo,opponitur directè crudelitati,non autẽ ſeuitiæ Nec eſt uitium,niſi ſit contra iuſtitiam. 22æ.q. 159.2.3m.
¶Remuneratio. °.Bona facta ſine gratia, remunerantur in præſenti. 22æ.q.83.16.n.°.quæſt.178.2.1m.°.3a.quæſt.82.6.c.°7.3m.
¶Remunerator.°. Inquirentibus ſe, Deus remunerator eſt. 22æ. q 2.3.b.°.3a.q.56.2.3m.
¶Remiti. °. Licet uotum eorum , qui ſunt alterius poteſtati ſubditi, non ſit firmum,ſine conſenſu eorum, quibus ſubiiciũtur, non tamen peccant uouendo,quia in eorum uoto intelligitur debita conditio,ſcilicet ſi ſuis ſuperioribus placuerit, uel ſi non renitantur. 22æ. quæſt. 88. 8.4m.°. 3°.quæſt.28. 4.0.
¶Reparatio. °. Reparari naturam humanam poſt lapſum , fuit congruentiſſimum ex parte Dei: quia in hoc manifeſtatur miſericordia,potentia,& ſapientia eius. & ex parte naturæ humanæ,& uniuerſi.3a.q.1.1.c.
¶Reprobatio Dei,eſt pars prouidentiæ,reſpectu eorum qui cadunt à beatitudine:ſicut prædeſtinatio,reſpectu eorũ qui diuinitus ordinantur ad eam 1a.q.23.3.c.
2 Reprobatio addit ſupra præſcientiam,uoluntatem permittendi peccare,& inferendi pœnam æternæ damnationis.1a.q.23.3.c.
3 Reprobatio Dei, non ſubtrahit aliquid de potentia reprobati ideo dicit impoſſibilitatem conditionatam ad gratiã,non autem abſolutam.1a.q.23.3.3m.
4 Deus reprobat aliquos homines.1a.q.23.3.0.°.4.c.
1 ¶Reptile eſt animal cuius corpus,non multum eleuatur à terra per inſtrumenta motus ſed repit uel omnino, ut ſerpens, uel ut annuloſum ut annuloſa,uel ni otis,ut quidem uermis,uel ut pennulatum,ut piſces.1a.q.72.2m.
2 Reptilium quædam ſunt aquatica,& quædam terreſtria: ideo commemorantur in ſcriptura cum utroque elemento. 1a. q.71.0.°.q.72.1m.
1 Cum coniugii fines ſint ita à lege naturæ conſtituti, ut perpetuo liberi educentur, hæredesq; inſtituantur, matrimonio eodẽ iure uir ab uxore ſeparari non poteſt.Suppl.q.67.1.0.
2 Siue inſeparabilitas matrimonii inter prima præcepta legis naturæ ſiue inter ſecunda contineatur , ſub diſpenſatione cadere poteſt.Suppl.q.67.2.0.
3 Non licebat Dei mandato ſub lege Moyſi uxorẽ repudiare,ſed propter duritiam cordis Iudæorum illis permittebatur, ne maius malum euitaretur.Suppl.q.67.3.c.
4 Cum mulier quanto tempore uir uiuit alligata ſit legi uiri , non poteſt etiam repudiata alteri nubere, niſi ex diſpenſatione diuina ei permiſſum fuerit.Suppl.q.67.4.n.
5 Ne temere uxorem uir repudiaret, prohibitum fuit ne ſemel ab eo repudiatam denuo in uxorem acciperet. Suppl. q.67.5.c.
6 Repudii proxima cauſa eſt,odium uiri in uxorem,quod cum ex aliqua cauſa contrahetur, alias eſſe cauſas, ſed remotas, repudii fatendum eſt.Suppl.q.67.6.0.
7 Cauſa repudii in libello particulariter non ſcribebantur, ſed generaliter.Suppl.q.67.7 c.
1 ¶Requiri ad aliquid contingit quadrupliciter.ſ.ut præparans, perficiens,coadiuuans,& concomitans.12æ.q.4.1.c.

2 Quandocunque multa requiruntur ad unum neceſſe eſt unũ eorum eſſe principale, 22æ.q.43.6.1m.
¶Res eſt unum de tranſcendentibus Ideo eſt communis, & in differens, ad abſolutum & relatiuum. 1a.q.39.3.3m.
¶Reſpectus diuerſi Dei ad creaturam, ſunt in Deo ab æterno, 1a.q.13.7.3m.

1 RESTITUTIO eſt actus iuſtitiæ commutatiuæ, quia nihil aliud uidetur eſſe, quàm aliquem ſtatuere in poſſeſſionem rei ſuæ, 22æ.q.61.princ.*q.62.1.o.*2.3 c.
2 Reſtitutio male ablati, eſt de neceſſitate ſalutis, quantum poſſibile eſt, 22æ.q.62.2.o.*.q.79.3.2m.
3 Reſtitutio proprie, eſt tantum debiti, & in rebus exterioribus. quia ſupponit identitatem, ſed transfertur etiam ad actiones & paſſiones, 22æ.q.62.1.1m.*2m.
4 Quando res non eſt reſtituibilis, ſicut membrum mutilatum debet fieri recompenſatio quantum poſſibile eſt, 22.q.62.2 1m
5 Reſtitutio debet ſtatim fieri, uel dilatione ei ab eo qui poteſt concedere uſum rei, quia implicat præceptum negatiuum *quod obligat ſemper, & ad ſemper, 22æ.q.33.2.c. *quæſt. 72.8.o.
6 Ante ſententiam iudicis ſufficit reſtituere ſimplum, ſed poſt eam, tenetur etiam ad pœnam pro culpa, 12æ.q.105.2.9m.* 22æ.q.2.3.o.*4.c.
7 Reſtitutio præfertur ſubuentioni parentum, niſi in extrema neceſſitate, 22æ.quæſt.31.3.3m*.quæſt.32.7.3m.* quæſt. 62. 5.4m.
8 Qui rem alienam accepit iniurioſe, uel ad ſui utilitatem, tenetur reſtituere etiam ſi amiſit eam. 22æ.q.62.6.o.
9 Quicunque eſt cauſa iniuſtæ acceptionis, directe, uel indirecte, tenetur ad reſtitutionem, 22æ.q.62.7.c.
10 Qui habet rem alienam, tenetur reſtituere, ratione rei, qui uero eam abſtulit, tenetur reſtituere, ratione actionis iniurioſæ, 22æ.q.26.6.1m.
11 Principes tenentur ad reſtitutionem, ſi latrones increſcãt, quia redditus quos habent, ſunt quaſi ſtipendia, ut conſeruent iuſtitiam, 22æ.q.62.7.c.3m.
12 Impediens aliquem iniuſte, ne acquirat præbendam, tenetur ad reſtitutionem ad arbitrium boni uiri non autem ſi iuſte impedit, 22æ.q.62.2.4m.
13 Suſcipiens ſemina, uel tenens pecuniam creditoris, ultra terminum præfixum, tenetur reſtituere: non quidem totum lucrum poſſibile, ſed ſecundum æſtimationem, penſatis periculis, laboribus, & expenſis, 22æ.q.62.4.1m.*2m.
14 Inueniens aliquid, quod de propinquo fuit alicuius, non habens illud pro derelicto, tenetur ad reſtitutionem non autem ſi nunquam fuerat alicuius, ut gemmæ in litore, uel tantum antiquitus, ut theſauri, ſed conceduntur occupanti, tamen ſecundum leges ciuiles. medietas debetur domino agri, 22æ.q.66.5.2m.
15 Quando unus totum reſtituit, alij non tenentur principali ſed debent refundere partem ſuam ſoluenti totum. 22æ. q.66.6.3m.*7.2m.
16 Reſtitutio poteſt fieri per confeſſorem ſecrete, ne crimen de tegatur, 22æ.q.62.6.2m.
17 Reſtitutio ſemper debet fieri ei, à quo aliquid ablatum eſt. 22æ.q.62.5.o.
18 Si is cui reſtitui debet aliquid, mortuus eſt, debet dari hæredibus eius. 22æ.q.62.5.3m.
19 Si uero ignotus ſit, debet dari pauperibus, præmiſſa diligenti inquiſitione. 22.q.62.5.3m.
20 Si autem ſit multum diſtans debet ei mitti, præcipue ſi ſit res magni ualoris, uel debet deponi. 22æ.q.62.5.3m.
21 Quando prælatus iniuſte concedit res eccleſiæ, debet reſtitui eccleſiæ, ut deueniant ad ſucceſſorem eius. 22æ. quæſt. 61. 1.5m.

1 ¶Reſurrectio ſignificatur per octauam triplici ratione; ſcilicet ad excludendum quorundam falſam opinionem, propter duplicem uitam, ſ. actiuam, & contemplatiuam, quarum una ſignificatur per quaternarium, & alia per ternarium, & qua reſurrectio octaua ætate erit, 12æ.q.102.5.1m.*3a.q. 70.2.3m.
2 Et erit miraculoſa ſimpliciter ſ. ex parte principij ſupernaturalis. i. Dei ſed erit naturalis ſecundum quid, ſ. ratione termini, 1a.q.105 7.2m.
3 Omnes reſurgent in ætate iuuenili non quidem quo ad numerum annorum, ſed quo ad naturam, 3a.q.46.9.4m.
4 Omnes reſurgent immortales, & incorruptibiles, etiam ſecundum corpus, 1a.q 97.3.c.
5 Natura mortalitatis, non auferetur à reſurgentibus, ſed erũt eiuſdem ſpeciei, ſicut nunc, 3a.q.54.2.2m.
6 Corpora ſanctorum, poſt reſurrectionem erunt impaſſibilia proprie ex dominio animæ ſupra corpus & magis, ut magis beati, & non natura quinti corporis, ut quidam dicunt quia corpus quintum, non uenit materia iſta ad compoſitionem corporis humani, Et impoſſibile eſt dicere, quod aliqua uirtus qualis eſt uirtus corporis cæleſtis tráſferat corpus humanum ad proprietatem gloriæ, qualis eſt impaſſibilitas corporis glorioſi cum immutationem corporis humani Apoſtolus attribuat uirtuti Chriſti. Et etiam non poteſt natura cæleſtis ita dominari in corpore humano, cum natura elementaris remaneat, eui ex eſſentialibus ſuis principiis paſſibilitas ineſt, 1a.q.97.3.c.
7 Hæc impaſſibilitas, non tollet ſentire, ſed omnes ſenſus beatorũ, ſimul erunt in actu proprio per immutationẽ ſpiritualem ab obiecto exteriori, 12æ. q.3.3.c.
8 Tunc non erit uſus ciborum, uenereorum, ſomni, & huiuſmodi, 1a.q 97.3.c.
9 Neceſſarium fuit Chriſtum reſurgere quintuplici ratione. ſ. ad commendationem diuinæ iuſtitiæ, ad confirmationem fidei noſtræ ad ſubleuationem noſtræ ſpei, ad informationem uitæ fidelium, & ad complementum noſtræ ſalutis 3a.q.53.1.o.*2.c.*3.1m.
10 Chriſtus conuenienter reſurrexit tertia die, & non ſtatim, nec in fine mundi, ad confirmationem fidei, de humanitate & deitate eius, 3a.q.51.4 o.*q.53.2.o.
11 Chriſtus reſurrexit mane diluculo. 3a.q.51.4.3m.*q.53.2 3m *q.83.2.4m.
12 Corpus Chriſti reſurrexit glorioſum & integrum, cum qualibet parte eius, 3a.q.54.2.3.o.*q.55.6.4m.
13 Reſurrectio Chriſti non debuit primo manifeſtari omnibus, ſed gradatim. Et primo mulieribus. *ut mulier quæ primo nuncium mortis ad hominem detulit, primo etiam uitam reſurgentis Chriſti, in gloria nunciaret & ſimiliter ut oſtẽderetur quo ad aſſequendam gloriam, nihil facere ſexuũ differentiam: ſed ſi maiori charitate ferueant, maiori etiam gloria refulgebunt in regno beatorum, 3a.q.26.2.c.*quæ. 53.1.o.
14 Nec immediate *ipſa reſurrectio debuit ab hominibus uideri ſicut eius aſcenſio ex, eo quod Chriſtus non rediit reſurgẽdo, ad uitam communiter hominibus notam, ſed ad uitã immortalem & Deo conformem: Et quia quæ ſupra hominem ſunt, per angelos debent nunciari hominibus: ideo reſurrectio, Chriſti debuit per angelos hominibus nunciari. 1a.q.53.2.o.
15 Chriſtus poſt reſurrectionem ſuam apparuit pluries, ut oſtẽderet ueritatem reſurrectionis. Sed non conuerſatus eſt cum diſcipulis ſuis continue, ſicut prius, ut oſtenderet gloriam ſuam. 3a.q.55.3.o.
16 Chriſtus conuenienter & ſufficienter probauit reſurrectionẽ ſuam, duplici teſtimonio. ſ. angelorum ſacræ ſcripturæ, & argumentis, id eſt, ſignis eu denciaus. 3a.q.55.5.6.o.
17 Chriſtus fuit primus reſurgens ſimpliciter. Sed aliqui prius ſecundum quid, quia iterum mortui ſunt. 3a.q. 17.5.c.fi.*q. 53.3.o.*q.56.1.c 3m.
18 Qui cum Chriſto reſurrexerunt mortui ſunt iterum, ſecundum Auguſtinum & Hieronymum, licet Hieronymus aliquando uideatur dicere quod non. 3a.q.53.3.2m.
19 Chriſtus ſecundum diuinitatem, fuit cauſa ſuæ reſurrectionis, non autem ſecundum humanitatem, 3a. quæſt. 53. 4.o.
20 Reſurrectio Chriſti, eſt cauſa efficiens & exemplaris reſurrectionis noſtræ, quo ad corpora, & quo ad animas per gratiã tamen uirtute principalis cauſæ. ſ. iuſtitiæ Dei, 3a.q.54 2.c. *q.56.1.2.o.*.q 57.1.c fi.*.q 62.5.1m
21 Reſurrectio Chriſti, eſt cauſa exemplaris reparationis uitæ noſtræ, & mors Chriſti, deſtructionis mortis noſtræ: licet utrunque ſit cauſa effectiua utriuſque, 3a.q.56.1.4m.*q.62.6.1m. *.3m.
22 Exemplaritas reſurrectionis Chriſti proprie ſe extendit tantum ad bonos licet efficientia eius proprie ſe extendat ad reſurrectionem tam bonorum quàm malorum, 3a.q.56. 1.3m.
23 Fatendum eſt reſurrectionem eſſe, in qua anima ſuo corpori in perpetuum unietur. Suppl q.75.1.c.
Neceſſe eſt ſicut unum, & ita & omnes reſurgere. Suppl.q.75. 2.o.
24 Reſurrectio ſimpliciter non eſt naturalis, ſed miraculoſa Sup. q.75.3.c.
25 Chriſtus ſua reſurrectione nos eterna reſurrectione donauit Suppl.q.76.1.o.
26 Chriſtus tuba. i. ſua uoce imperante dormientes excitabat. Suppl.q.76.2.o.

28 In reſurrectione utetur Chriſtus miniſterio angelorum in his quæ corporaliter fieri debent. Suppl. q. 76. 3. c.
29 Conuenienter humanorum corporum reſurrectio uſque ad finem mundi differtur. Suppl. q. 77. 1. c.
29 Tempus futuræ reſurrectionis nec ratione naturali, nec reuelatione diuina numerari poteſt. Supp. q. 77. 2. c.
30 Probabiliter uidetur reſurrectio futura in crepuſculo. Sup. q. 77. 3. o.
31 Reſurrectio diuina reſpectu eorum quæ immediate agentur diuina uirtute fiet ſubito, reſpectu eorum quæ immediate per angelos agentur, fiet ſucceſſiue. Suppl. q. 77. 4. c.
32 Neceſſarium eſt fateri omnes mortuos à morte reſurrecturos eſſe, Suppl. q. 78. 1. c.
33 Ex authoritate ſcripturæ, & ordine naturæ neceſſario aſſeritur, reſurrectionem omnium fore a cineribus. Suppl. quæ. 78. 2. c.
34 Ea diuina prouidentia conſtitutum eſt, illos cineres de integro animæ coniúgi in mortuorum reſurrectione, & ita in illis cineribus nulla eſt inclinatio naturalis ad naturam. Suppl. q. 78. 3. o.
35 Cum reſurrectio dici non poſſit, niſi anima ad idem corpus redeat, in reſurrectione anima idem corpus numero reſumet. S. q. 79. 1. o.
36 Hæreticum eſt dicere eundem hominem non reſurrecturũ. S. q. 79. 2. c.
37 In reſurrectione humani corporis idem ſitus ſeruabitur, maxime quantum ad partes eſſentiales. S. q. 79. 5. o.
38 Omnia corporis humani membra reſurgent. S. q. 80. 1. c.
39 Capilli & ungues reſurgen in humano corpore. S. quæſt. 80. 2. c.
40 Humores cum pertineãt ad perfectionem humanæ naturæ, reſurgent cum homine. S. q. 80. 3. o.
41 Conueniens eſt ut omne id quod eſt de ueritate humanæ naturæ reſurgat. S. q. 80. 4. c.
42 Solum id quod eſt in homine materialiter, pertinens ad ueritatem humanæ naturæ, reſurget cum ipſo. S. q. 80. 5. o.
43 Conueniens eſt ut homines reſurgant in iuuenili ætate. S. q. 81. 1. o.
44 Homines reſurgent eius ſtaturæ cuius aut erant aut futuri erant in iuuentute. S. q. 81. 2. o.
45 Homines in diuerſo ſexu reſurgent. S. q. 81. 3. c.
46 Reſurrectio non eſt futura in uita animali. S. q. 81. 4. o.
47 In reſurrectione oportet ut quiſque operum ſuorum notitiam habeat. S. q. 85. 1. c.
48 Neceſſe eſt ut cuilibet ſua & aliorum præmiatio uel condemnatio manifeſta ſit. S. q. 87. 2. c.
49 Et ſi in inſtanti aliquis non ſit uiſurus ſingula, tamen breuiſſimo tempore auxilio diuinæ uirtutis omnia particulariter conſiderabit. S. q. 87. 3. o.
3 Rhetorica eſt ex coniecturis ad ſuſpicionem: quia quandoque non fit complete fides, uel opinio, ſed ſuſpicio quædam quia non totaliter declinatur ad unam partẽ cõtradictionis, licet magis declinetur in hanc, quam in illam. ſed dialectica eſt ex probabilibus ad opinionem. 22æ. q. 48. c. fi.
1 Retributio proportionalis, ex debito legali, ſi eſt ex pacto, pertinet ad iuſtitiam commutatiuam: ſi uero ex debito honeſtatis, pertinet ad uirtutem gratiæ, ſiue ad gratitudinem. 22æ. q. 106. 1. 5m.
2 Retributio Dei duplex. ſ. pro bonis impletis, & pro beneficiis. 3ª. q. 16. 2. 3m.
1 Tripliciter aliquid cognoſcitur. ſ. per reuelationẽ, per ſeipſũ, & hoc certitudinaliter, & coniecturaliter per aliqua ſigna. 12æ. q. 112. 3. c.
2 Reuelare ſecreta, in malum perſonæ, eſt contra fidelitatem, niſi uergat in periculum aliorum, uel niſi propter bonum commune, contra quod nullum debet recipi ſecretum. 22æ. q. 68. 1. 3m. q. 70. 1. 2m.
3 Reuelatio Dei, fit ad inferiores per ſuperiores, ſicut ad homines per angelos. 12æ. q. 2. 6. c.
4 Nullus unquam purus homo habuit reuelationẽ à Deo, niſi mediantibus angelis. 1ª. q. 98. 3. c. 3ª. q. 55. 2. c.
5 Plura, & excellentius de myſteriis gratiæ reuelata ſunt angelis & Apoſtolis, quàm prophetis. 1ª. q. 57. 5. 1m.
6 Fides noſtra innititur reuelationi Apoſtolis & Prophetis factæ, non autem aliis reuelationibus. 1ª q. 1. 8. 2m. 22æ. q. 172. 6. 1m.
7 Multis gentilibus reuelationes factę ſunt de Chriſto, ut patet de Sibylla. 22æ. q. 2. 7. 3m. q. 172. 6. 1m.
8 Poteſt aliquis ſcire, ſe habere gratiam per reuelationem. 12æ. q. 112. 5. c.
9 Reuelat Deus hoc aliquando aliquibus, ex ſpeciali priuilegio, ut ſecuritatis gaudium etiam in hac uita in eis incipiat, & confidentius & fortius magnifica opera proſequantur, & mala præſentis uitæ ſuſtineant. 12æ. q. 112. 5. c. 4m. 5m.
10 Non tamen reuelat hoc omnibus, ne ſ. non prædeſtinati deſperent, & ne ſecuritas, in prædeſtinatis negligentiam pariat. 1ª. q. 23. 1. 4m.
11 Reuelatum fuit Paulo, quòd eſſet in gratia. 12æ. quæſt. 112. 5. c.
1 Reuerentia directe reſpicit perſonam excellentem idẽ ſecũdum diuerſas rationes excellẽtiæ, diuerſæ ſunt ſpecies eius 22æ. q. 104. 2. 4m.
2 Reuerẽtia Dei in communi, eſt de dictamine rationis naturalis, non autem determinatio eius. 22æ. q. 81. 2. 3m.
3 Reuerentia eſt actus timoris, ſed ut debetur Deo, eſt actus latriæ 22æ. q. 81. 2. 1m.
4 Chriſtus ſecundum quod homo, præ cæteris habuit pleniorẽ affectum reuerentiæ ad Deum. 3ª. q. 7. 6. c. fi.
5 Reuereri homines ratione alicuius diuini in eis. ſ. gratiæ, uirtutis, uel naturalis imaginis Dei, eſt laudabile, non autem ut ſunt contrarii Deo. 22æ. q. 19. 3. 1m. q. 25. 1. 1m.
6 Quæ habent aliquam excellentiam, ſolent haberi in reuerentia, non autem omnia: ideo conſuetudo hominum inoleuit, ut reges & principes, quos oportet in reuerẽtia haberi à ſubditis, & pretioſioribus ueſtibus ordinentur, & etiam ampliores, & pulchriores habitationes habeant, & propter hoc oportuit ut aliqua ſpecialia tempora, & ſpeciale tabernaculum & ſpecialia uaſa, & ſpeciales miniſtri ad cultum Dei ordinarentur in lege, ut per hoc animi hominum, ad maiorem Dei reuerentiam adducerentur. 12æ. quæſt. 102. 4. c.
1 Prudentia & iuſtitia ſunt maxime propriæ regi. 22æ. quæſt. 50. 1. 1m.
Ritus Iudæorum, tolerantur ab eccleſia, propter figuram in teſtimonium noſtræ fidei: non autem ritus aliorum infidelium, atque hæreticorum, niſi ut uitetur maius malum, quia, ſcilicet ad uitandum ſcandalum, uel diſſidium, quod ex hoc poſſet prouenire, uel ut facilius conuertantur. 22æ. q. 10. 11. o.
1 Rixa eſt contradictio in factis. ſ. mutua percuſſio, & particulare bellum, ſine auctoritate publica. ſed contentio importat quandam contradictionem uerborum, in uerbis. 22æ. q. 41. 1. c. q. 42. 1. c.
2 Qui publica poteſtate inuadunt, non rixantur, nec peccant. ſed qui eis reſiſtunt, iniuſte ſe defendendo. 22æ. quæſt. 41. 1. 3m.
3 Rixa inuadenti iniuſte, eſt ſemper peccatum mortale, ſed in defendente, nullum eſt peccatum: uel ueniale. ſ. quando aliquis leuis motus odii uel uindictæ ſe immiſcet, uel mortale. ſ. quando ex animo ex odio contra impugnantem inſurgat, ad eum occidẽdum, uel eum grauiter lædendum, 22æ. q. 41. 1. o. q. 42. 2. c.
4 Rixa oritur proximè ex ira ſed ex concupiſcentia, ſicut ex prima radice, & iactantia occaſionaliter, & ex odio per accidens. 12æ. q. 37. 2. 1m. q. 41. 2. o. q. 158. 7. c.
5 Odium & diſcordia, ſequuntur ex rixa, in rixantibus. 22æ. q. 41. 2. 5m.
5 Ruth Moabitis, quæ mulier uirtutis erat, ſignificat eccleſiam de gentibus. Et conuerſa ad Deum, intrauit eccleſiam, licet eſſet Moabitis. 12æ. q. 105. 3. 1m.

S

1 SAbbatum inter cætera feſta, tantum præcipitur in decalogo quia figurabat generalia beneficia Dei, ſcilicet creationis, & beatitudinis. 12æ. q. 100. 5. c. 2m. q. 102. 4. 10m. 22æ. q. 122. 4. c. 2m.
2 Sabbatum præcipitur Iudæis triplici ratione, ſcilicet propter auaritiam, ut uacarent diuinis. Secundo ne errent circa creationem. Tertio ut ſignificat triplicem diem, ſcilicet Chriſti in ſepulchro quieſcentis à peccatis, & beatorum in patria. 12æ. q. 100. 5. 2m. q. 102. 4. 10m. q. 103. 2. 9m. fi. 22æ. quæſt. 122. 4. o.
3 Opera ſeruilia prohibita in ſabbato, myſtice ſunt peccata, ſed ad literam ſunt opera ſeruorum. id eſt, mechanica 22æ. q. 187. 3. c.
4 Opera ſeruilia prohibita in ſabbato, ſunt principaliter peccata mortalia, ſecundo opera propria ſeruorum nõ autem peccata uenialia, nec opera, quæ ſunt ad cultum Dei. nec opera ſpiritualia, nec neceſſaria ad ſalutẽ corporis, uel animę, uel rerum exteriorum. 12æ. q. 100. 8. 4m. q. 107. 2. 4m. 22æ. q. 40. 4. o. q. 122. 4. 3m. 3ª. q. 40. 4. 1m. 5m.
5 In obſeruantia ſabbati, ſanctificatio eſt finis: ſed præceptum eſt ceſſare ab opere ſeruili, id eſt, mechanico. 22æ. quæſt. 122. 4. 3m.

Cu-

6 Circumciſio & ſacrificia licebant Iudæis in ſabbato, 12æ.q.122.4.5m
7 Licuit Machabeis in ſabbato pugnare, Heliæ fugienti itinerare, Apoſtolis euellere ſpicas, 12æ.q.100.8.4m.* 22æ.q.40.4.o.*q.122.4.3m.* 3ª.q.40.4.3m
8 Chriſtus non ſoluebat ſabbatum, niſi ſecundum apparentiam, 12æ.q.107.2.4m.* 3ª.q.40.4.1m
9 Iudæi melius facerent, laborare ſabbato, quam ludis & ocio uacare: * ideo magis contra hoc præceptum agit, qui peccat in die feſto, quam qui aliud corporale opus licitum facit, 22æ.q.122.4.3m
1 ¶Sacerdos fuit Chriſtus ſimul, & hoſtia pacificorum, & hoſtia pro peccato, & holocauſtum, 3ª.q.22.1.2.o.*q.84.7.4m
2 Chriſtus eſt ſacerdos, ſecundum quod homo, non autem ſecundum quod Deus, 3ª.q.22.3.1m
3 Chriſtus ſimul fuit ſacerdos, rex, & legiſlator, non autem alij homines, 3ª.q.22.1.3m.*q.31.2.c.2m.*q.39.4.1m
4 Chriſtus eſt totius ſacerdotij origo, 3ª.q.50.4
5 In Chriſto eſt diuini ſacerdotij plenitudo, 3ª.q.63.6.c
6 Chriſtus excellentius angelis, habuit poteſtatem ſacerdotalem, quia fuit maior eis, ſecundum utramque naturam, & angeli fuerunt miniſtri ſacerdotij eius, 3ª.q.22.1.1m
7 Chriſtus in triduo mortis fuit ſacerdos, quia ſacerdotium conuenit homini ratione animæ, id eſt, in qua eſt character ordinis.* Vnde per mortem, homo non perdit ordinem ſacerdotalem, multo minus Chriſtus, qui eſt totius ſacerdotij origo, 3ª.q.50.4.3m
8 Chriſto non conuenit ſuſcipere in ſe characterem, uel effectũ ſui ſacerdotij, quia ipſe eſt fons totius ſacerdotij, niſi ſecundum quid ſ. ratione impaſſibilitatis ſuæ, 3ª.q.22.4.o
9 Sacerdotium Chriſti manet in æternum, ratione conſummationis: & finis ſcilicet beatitudinis ſanctorum, non autem ratione expiationis, uel paſſionis Chriſti, niſi uirtualiter, 3ª.q.22.5.o.*6.c.*q.63.5.c
10 Sacerdotium Chriſti facit duo, quæ requiruntur ad perfectam emundationem peccatorum ſcilicet gratia quoad culpam, & ſatisfactio, quoad reatum, 3ª.q.22.3.o
11 Homo fit particeps ſacerdotij Chriſti, per omnia ſacramenta, percipiendo aliquem effectum eius, 3ª.q.63.6.1m
12 Chriſtus noluit naſci de ſacerdotibus, ne uideretur idem ſacerdotium, eius: & uetus: ſed uetus erat figura eius, 3ª.q.22.1.2m
13 Sacerdotium ante legem, erat tantum ſecundum determinationem humanam * quæ hanc dignitatem primogenitis attribuebat, 12æ.q.103.1.3m
14 Sacerdotium ueteris legis, fuit figura ſacerdotij Chriſti, ſed multum diſtans, quia nec æternum, nec mundans peccata, 3ª.q.22.1.1m.*4.c.3m.*5.c.2m.*6.c
15 Sacerdotium Chriſti, dicitur ſecundum ordinem Melchiſedech, quia excellentia eius ad ſacerdotium legale, figurabatur per illud. 3ª.q.22.6.o.
16 Sacerdotium Chriſti, quo ad oblationem, expreſſius figurabatur per ſacerdotium legis, quam per ſacerdotium Melchiſedech. ſ. in effuſione ſanguinis. Sed quo ad participationem, & effectum eius, in quo præcipue attenditur excellentia eius, eſt e conuerſo. 3ª.q.22.6.2m.*q.61.3.3m.
17 Indictus eſt ſacerdotibus ueteris legis, fœminalium uſus, ad tegmen pudendorum, ad excludendam idolatriam in ſacris Priapi. 12æ.q.101.4.7m.ſi.
18 Sacerdotium leuiticũ, deriuabatur ad poſteros, ſecundũ originem carnis. 12æ.q.102.6.11m.*q.103.1.4m.* 3ª.q.31.8.4m
19 Sacerdotes nouæ legis, tenent locum ſeptuaginta diſcipulorũ Chriſti. 22æ.q.184.6.1m.*q.188.4.3m.* 3ª.q.67.2.2m.
20 Miniſtri comparantur ad ſacerdotem, ſicut ſecundarium, & inſtrumentale agens ad agens principale. 3ª.q.71.4.c
21 Sacerdos nouæ legis, operatur in perſona Chriſti. 3ª.quæſt.22.4.c
22 Sacerdos ut peccator, participat effectum ſui ſacerdotij, nõ autem ut ſacerdos. 3ª.q.22.4.1m.
23 Bonus laicus, dicitur ſacerdos ſpiritualiter, non autem quo ad ordinem, 3ª.q.82.1.1m.
24 Sacerdos inquantum medius inter Deum, & hominem, habet nomen angeli. 3ª.q.22.4.1m.
25 Proprium officium ſacerdotis, eſt eſſe mediatorem, inter Deum & populum. 3ª.q.22.1.c.1m.*4.c.*q.26.1.o.*.quæſ.82.3.c.
26 In officio ſacerdotis, poſſunt conſiderari duo. ſ. oblatio ſacrificij, & conſummatio. 3ª.q.22.3.c.*6.2m.
27 In oblatione ſacrificij cuiuſcunque ſacerdotis, ſunt duo. ſ. ſacrificium, & deuotio. Sed effectus proprius ſacerdotij eſt, quod ſequitur ex ſacrificio. 3ª.q.22.4.2m.
28 Solus Deus remittit per ſe culpam, ſacerdos uero miniſterialiter, uirtute poteſtatis clauium, quæ quodammodo ordinatur ad culpæ remiſſione, non ſicut cauſans, ſed ſicut diſponens ad eam. 5.q.18.1.o.
29 Etſi ex ui clauium non tota pœna remittitur, aliquid tamẽ de pœna temporali ſacerdos remittere poteſt 5.q.18.2.c.
30 Cum ſacerdos in uſu clauium ſit miniſter Dei, & quaſi cauſa diſponens, dimittit quodammodo culpam, non uero ligat, niſi improprie, in pœnam autem habet poteſtatem, & ligandi, & ſoluendi, ſoluendo à pœna quam remittit, & ligando ad pœnam quæ remanet. 5.q.18.3.c.
31 Cum ſacerdos operetur in uſu clauium, ſicut miniſter, & inſtrumentum Dei tanquam principalis agentis, non poteſt ſoluere, & ligare ad arbitrium, niſi inquantum à Deo ſibi præſcriptum eſt. 5.q.18.4.o.
32 Sacerdotij legalis poteſtas non ſe extẽdebat ad cœleſtia, ſed ad figuras cœleſtium, & ideo uidetur quod non habebant claues, ſed in eis clauium poteſtas præceſſit. 5.q.19.1.c.
33 In Chriſto oportet ponere clauem, ſed altiori modo quam ſit in eius miniſtris, & ideo dicitur quod habet clauem excellentiæ. 5.q.19.2.c.
34 Clauis ordinis quæ immediate remouet impedimentum, introitus ad regnum cælorum, competit ſolis ſacerdotibus. Clauis uero iuriſdictionis, quæ non clauis cœli, ſed quædã diſpoſitio ad ipſam dicitur, etiam aliis miniſtris eccleſiæ competit. 5.q.19.3.o.
35 Non poſſunt ſancti quantumcunque habeant de gratia, pertingere ad effectum clauium, niſi applicẽtur ad hoc, ut miniſtri, per ordinis ſuſceptionem. 5.q.19.4.c.
36 Cum homo ſit tantum inſtrumentaliter agens in uſu clauiũ quantumcunque ſit gratia priuatus, nullo modo priuatur uſu clauium. 5.q.19.5.c.
37 Hæretici, ſchiſmatici, & excõicati, habent quidem poteſtatẽ quantum ad eſſentiam, ſed uſus eis impeditur, ex defectu materiæ, quia eos eccleſia tali poteſtate priuat, ſubtrahendo illis ſubditos. 5.q.19.6.c.
38 Prælatus qui habet indiſtinctam poteſtatem in omnes, poteſt uti poteſtate clauium in omnes. Qui uero ſub eo diſtinctas poteſtates acceperũt, in eos ſolũ, q ſibi cõmiſſi ſũt, clauibus uti poſſunt, niſi in articulo neceſſitatis. 5.q.20.1.o
39 Non poteſt ſimplex remittere ea peccata, quæ ſibi ſuperior poteſtate iuriſdictionis reſeruauit. 5.q.20.2.c.
40 Poteſt ſuperior inferiori poteſtatem dare, ut in ſe poteſtate clauium utatur. 5.q.20.3.o.
1 Sacramẽta ſunt proteſtationes fidei. 3ª.q.61.6.c.ſi.*q.2.3.2m.
2 Sacramentum eſt in genere ſigni, quia eſt rei ſacræ ſignum, 3ª.q.60.1.o.
3 Sacramentum proprie, non eſt ſignum cuiuslibet rei ſacræ, ſed tantum rei ſacræ ſanctificantis homines. 12æ.q.101.4.c.*q.102.5.c.*3ª.q.60.2.o.*.q.64.2.o.*.3.c.
4 Sacramentum eſt ſignum paſſionis Chriſti gratiæ, & gloriæ. Ideo eſt commemoratio præteriti, demonſtratio præſentis, & prognoſticum futuri. 3ª.q.60.3.o.
5 In ſacramentis requiruntur res determinatæ, ex inſtitutione Dei 3ª.q.60.5.o.*7.c.
6 Sacramentum proprie, ſemper eſt aliqua res ſenſibilis, 3ª.q.60.4.o.*q.61.1.c.*q.64.2.2m
7 In ſacramentis habentibus materiam corporalem actus humani non ſunt de eſſentia ſacramentorum, ſed diſpoſitiue ſe habent ad ſacramenta, 3ª.q.82.1.1m
8 Res & uerba ſunt unum ſacramentum, inquantum conueniunt in uno ſ. in ſignificãdo, uel cauſando. 3ª.q.60.6.2m*.q.62.4.4m*q.86.6.c
9 Sanctificatio materiæ, eſt de neceſſitate ſacramenti, in aliquibus ſacramentis, ut in confirmatione & extrema unctione. & in aliquibus eſt de ſolemnitate tantum, ut in baptiſmo & matrimonio, 3ª.q.66.3.3m*q.72.3.o
10 Materia ſacramẽtorum, neceſſario benedicitur, præter baptiſmum & euchariſtiam: quia hęc per uſum Chriſti benedicta ſunt, 3ª.q.71.3.o
11 Materia ſacramenti indiget duplici benedictione. prima cũ inſtituitur, ſecunda in uſu, 3ª.q.63.2.3m.*q.72.3.2m
12 In omnibus ſacramentis, indigentibus materia ſanctificata, prius materia ſanctificatur per epiſcopum, 3ª.q.72.3.o.
13 Illa quibus homines communius utuntur, debent ſumi pro materia, uel pro forma ſacramentorum, 3ª.q.60.5.3m.ſi.*7.2m*q.66.5.7m*q.74.2.3.c
14 In ſacramentis, res ſenſibiles, ſunt ut materia, & uerba ut forma, 3ª.q.60.6.c.2m*7.c*q.90.2.c
15 Sacramenta quorum effectus non dependet ab opere humano, habent materiam ſenſibilem, ut baptiſmus & confirmatio, non autem ſi dependet: ſicut matrimonium, & pœnitentia, 3ª.q.84.1.1m.

16 Sacramenta in quibus confertur ſuperabundans gratia, habent materiam corporalem, non autem alia, 3ª q.84.1.1m
17 Forma determinata uerborum, requiritur in ſacramentis, 3ª.q.60.7.c
18 In ſacramentis requiruntur uerba. Sed expreſſius ſignificant in lege noua, quam in lege ueteri, 3ª.q.60.6.c
19 In forma cuiuſlibet ſacramenti, oportet exprimi illud, in quo ſubſtantia eius conſiſtit, 3ª.q.72.4.c
20 Proferens corrupte uerba ſacramentalia, ſi ex induſtria hoc faciat, non uidetur intendere facere, quod facit eccleſia: & ita non uidetur perfici ſacramentum. Si autem hoc faciat ex errore, uel lapſu linguæ ſi ſit tanta corruptio, quæ omnino auferat ſenſum locutionis, non uidetur perfici ſacramentum: cum præcipue corruptio fiat in principio dictionis: ut pro patris, dicat matris. Si uero non totaliter auferatur ſenſus locutionis, ut in nomine patria, pro in nomine patris, nihilominus perficitur ſacramentum, licet enim mutetur ſonus ſenſibilis, remanet tamen intelligibilis, 3ª.q.60.7.3m
21 Addens, minuens, tranſponens, mutans, uel interrumpens formam ſacramentorum, perficit ſacramentum: niſi intendat contra ritum eccleſiæ, uel niſi principalis ſententia mutetur, 3ª.q.60.8.c
22 Sacramenta ſunt neceſſaria ad ſalutem humani generis: triplici ratione, ſcilicet quia ſunt illa per quæ homo ex ſenſibilibus de ſpiritualib. eruditur, per quæ affectum qui ſenſibilibus ſubijcitur, in Dei reuerentiam reficit, & per quæ circa ea in honorem Dei exercitatur, 3ª.q.61.1.c.* 3.c
23 Sacramenta fuerunt neceſſaria, tempore legis naturæ poſt peccatum, ſed indeterminata, 3ª.q.60.5.3m.* q.61.3.c
24 Neceſſe fuit, quod per legem Moyſis adderentur ſacramenta determinata, ſupra ſacramenta legis naturæ, 3ª.q.60.5.3m.q.61.[illegible].c
25 Neceſſe fuit, quod in lege noua, eſſent alia ſacramenta, quàm in lege ueteri, 3ª.q.60.6.3m.* q.61.4.c
26 Sacramenta ſimpliciter neceſſaria ad ſalutem, ſunt tantum tria: primo quidem baptiſmus cuilibet perſonæ ſingulariter ſimpliciter & abſolute pœnitentia uero poſt mortale peccatum. Sacramentum ordinis autem, eſt neceſſarium eccleſiæ: quia ubi non eſt gubernator, corruet populus. Alia uero ſacramenta, neceſſaria ſunt, ut melius habeatur hoc idest, ſalus per gratiam, ita quod non peccat quilibet ea non accipiens, niſi ea contemnat iniquo animo, 3ª. q.62.2.c.* q.65.4.c.* q.72.1.3m
27 Sacramenta legis naturæ non obligabant ex præcepto Dei, ſed ſecundum mentem cuiuſlibet celebrabantur, 3ª.q.60.5.3m.* q.61.3.2m.* q.70.2.1m
28 Solus Deus eſt inſtitutor ſacramentorum. Quæ autem per homines ſunt inſtituta ſunt, pertinent ad ſolennitatē. Quæ uero à Chriſto, neceſſaria ſunt, 3ª.q.64.2.c.* q.83.2.2m
29 Solus Deus operatur ut cauſa principalis, ad effectum interiorem ſacramentorum, ſed homo, & ſacramenta, inſtrumentaliter tantum, 3ª.q.64.1.5.c.* 9.c.* q.84.3.3m
30 *Sacramenta operantur, ut inſtrumenta diuinæ miſericordiæ iuſtificantis: Dei autem eſt reſpicere ad hominis cur. 1ª.q.57.n.* 22æ.q.44.1.c.* q.106.5.3m
31 Sacramentalia non pertinent ad gratiæ interioris neceſſitatem, ſicut ſacramenta. Ideo Chriſtus reliquit ea fidelibus inſtituenda pro arbitrio ſuo. 12æ.q.108.2.2m
32 Chriſtus ut Deus, operatur per auctoritatem ad interiorem effectum ſacramentorum, ſed ut homo meritorie, & efficienter, ut inſtrumentum principale, 3ª.q.64.3.c.* 4.c
33 Omnia ſacramenta nouæ legis ſunt immediate inſtituta à Chriſto, 12æ q.108.2.c 2m.* 3ª.q.64 c.* q.66.6 c.* q.72.1.1m
34 Virtus Chriſti operatur in ſacramentis per modum ſanationis, & expiationis cuiuſdam, 3ª.q.32.8.2m
35 Fides miniſtri, non eſt de neceſſitate ſacramentorum, 3ª.q.74.9.c
36 Deuotio miniſtri, aliquid operatur impetrando, non quidem effectum ſacramentorum, ſed aliquid annexum ei, 3ª.q.64.3.2m.* q.82.6.c
37 Orationes quæ fiunt in collatione ſacramentorum, fiunt in perſona totius eccleſiæ, & non in perſona alicuius particularis, 3ª.q.64.1.2m
38 Intentio miniſtri, requiritur ad perfectionem ſacramentorum, 3ª.q.60.8.c.* q.64.8.c
39 Intentio uirtualis, ſufficit ad perfectionē ſacramentorum. Sed miniſter debet conari ad actualem intentionem: licet non totaliter ſit in poteſtate hominis, 3ª.q.64.8.3m
40 Intentio eccleſiæ, expreſſa in forma ſacramenti, ſufficit ad perfectionem eius, niſi contrarium exprimatur exterius, 3ª.q.64.8.2m
41 Peruerſitas intentionis, reſpectu ſacramenti expreſſa, tollit ueritatem ſacramenti, non autem reſpectu ſequentium, 3ª q.64.10.c.* q.74.2.2m
42 Sacramenta cōferri poſſunt per malos miniſtros, 3ª.q.64.5.c.* 9.c
43 Quandiu miniſter eccleſiæ qui eſt in peccato mortali ſuſtinetur ab eccleſia, ſubditus eius debet ab eo ſacramenta accipere: quia ad hoc eſt ei obligatus, 3ª.q.64.6.2m
44 Tamen præter articulum neceſſitatis, non eſt tutum eum inducere ad aliquid ſui ordinis exequendum, durante tali conſcientia, quā tamen deponere poſſet, quia in inſtanti gratia emundat, 3ª.q.64.5.2m
47 Hæretici præciſi ab eccleſia, ſeruantes formam eccleſiæ, conferunt ſacramentum, nō autem rem ſacramenti. Sed grauiter peccant dantes recipientes. Si uero non ſeruent formam, nihil conferunt, 3ª.q.64.9.2m.* 3m.* q.82.5.c.* 7.2m.* 8 9.c
46 Effectus ſacramentorū duplex. ſ. principalis, i. gratia, & ſecūdarius. ſ. character, uel actus aliquis creatus alæ, in ſacris in quibus non imprimitur character. 3ª.q.62. princ.
47 Quando plures actiones ordinantur ad unum effectum, in illa quæ perficit effectū principalē, conſiſtit eſſentia ſacrā, non autē in eis quæ ad hoc diſponunt, uel remouent impedimentum, uel ornant, ſed ſunt ſacramentalia, q.60 1.3m
48 Vbi occurrit ſpecialis effectus gratiæ, ibi ordinatur ſpāle ſacrm quia ſacramenta nouæ legis ad hoc ordinant, 3ª.q.72.1.c
49 Omne ſacramentum producit ſuum effectum ui ſuæ formæ, & materiæ, 3ª.q.86.6.c
50 Diuerſa ſacramenta, diuerſimode purgant, illuminant, & perficiunt, 3ª.q.62.1.3m
51 In ſacramento nouæ legis, eſt illuminatio gratiæ cum purgatione, 3ª.q.64.1.1m
52 Effectus ſacramenti, non impetratur oratione eccleſiæ, uel miniſtri, ſed ex merito paſſionis Chriſti, 3ª q.64.1.2m
53 Omnis efficacia ſacramentorum, deſcendit à Chriſto, 3ª.q.60.princ.* q 66.6.c.* q 84.1.1m.* 7.c
54 Efficacia & uirtus ſacramentorum, eſt ex Deo, ut à cā principali, ſed eſt ex paſſione Chriſti, ut à prima cauſa meritoria, & ut ab inſtrumento coniuncto. ex fide uero, ut à continuante inſtrumentum agenti principali, 3ª.q 49 4m.* q.61 1.1m.* q.62.5.c.* 6.c.* q.64.* 1 2m.* 2.c.* 7.c.* q.84.7.c.* q.86.1.c.fi.
55 Sacramentum conſequitur uirtutem ſpiritualem, ex benedictione Chriſti, & applicatione miniſtri, ad uſum ſacramenti, 3ª.q 62.4.3m.* q 63.6.1m
56 Omnia ſacramenta ſunt inſtituta contra aliquem defectū, 3ª q.6[illegible].1.c
57 Nullum ſacramentum ordinatur ſpecialiter, contra peccatum ueniale, 3ª.q.65 1 8m
58 Commune eſt omni ſacramento, quod per illud exhibetur remedium aliquod contra peccatum, per hoc quod gratiā confert, 3ª.q.6[illegible].6.c
59 Per omne ſacramentum, ſanctificatur homo, id eſt, mundatur à peccato, quod fit per gratiam, 3ª.q.65.6.2m
60 Sacramenta eccleſiæ ordinantur ad duo, ſcilicet ad perficiendum hominem in cultu Dei, & in remedium contra peccatum, 3ª.q 63.1.c
61 Sacramenta ueteris legis proprie dicuntur, quæ ſignificabant ſanctitatem Chriſti, non quidem ut in ſe eſt, ſed ut per eam ſanctificamur, 3ª.q.60.1.2m
62 Et erant prænuncia Chriſti uenturi, 3ª.q.60.6.3m.* q.61.3.b.* 4.c.* q.62 6.c.fi.
63 Paſſio Chriſti eſt cauſa finalis ſacramentorum ueteris legis, quia fuerunt inſtituta ad ſignificandum, 3ª.q 61.3.1m
64 Sacra & ſacramenta ueteris legis, figurabant ſacra & ſacramenta nouæ legis obſeruantiæ ueteris legis, conuerſationem populi nouæ legis, quæ omnia ad Chriſtū pertinent, 12æ.q.101.4.1m.* 4m
65 Sacramenta ueteris legis erant plura, propter diuerſitatem cærimoniarum, & ſacrificiorum, 3ª.q.65.1.4m
66 Sacramenta ueteris legis, quoad omnes cōiter ſcilicet circunciſio, eſus agni paſchalis, & purificatio à quibuſdā immunditijs, ut expiatio à peccatis. Sed quoad miniſtros etiam erant aliqua, ſcilicet conſecratio ſacerdotum, oblatio uictimarum, eſus panum propoſitionum, & huiuſmodi, & ablutio manuum & pedum, & raſio pilorum, 12æ.q.102.5.c
65 Sacramenta ueteris legis ſanctificabant, mancipando ad diuina, non autem emundando, nec confirmando, 3ª.q.62.6.2m
68 *Et nihil interius efficiebant. Ideo dicuntur iuſtitia carnis, 3ª.q.27.5.3m

69 Nec purgabant à culpa, ſed ab immunditia, id eſt, ab irregularitatibus, & & impedimentis, quæ multiplicabantur a lege, propter timorem, & reuerentiam Dei. 12æ.q.102.5.4m.° 5m.°6m°.q.103.2.o.°1a.q.17.4.3m.°q.89.a.1m.

70 Nec diluebant peccata, quoad maculam, ſed reatum inquantum erant onerosa, tamen præſuppoſita gratia. 3a.quæſt. 62.1.2m.

71 Ratio literalis & figuralis omnium ſacramentorum ueteris legis exponitur. 12æ.q.102.5.o.

72 Nec iuſtificant, ſed ſignificabant fidem, qua iuſtificabantur patres antiqui. 12æ.q.98.2.4m.°q.103.2.o.°q.107.2.3m°3a.q.62.6.o.

73 Nec habebant in ſe aliquam ſpiritualem uirtutem operatiuam ſpiritualis effectus. 3a.q.62 6.c.fi.°q.63.1.3m.

74 Sacramentum dicitur tripliciter, non quidem equiuoce, ſed analogice, ſcilicet ſacrum ſecretum, iuramentum, & ſignũ rei ſacræ. 3a.q.60.1.c.

75 In quolibet ſacramento ſunt tria, ſcilicet origo perfectio, & finis duplex; ſcilicet proximus, ideſt ſanctificatio, & finis ultimus, ſcilicet uita æterna 3a.q.60.3.c.

76 Differentia inter ſacra, ſacramenta, ſacrificia, & obſeruantias 12æ.q.101.4.o.

77 Sacramenta noue legis, conferunt gratiã non autem ſacramentalia, ſed remouent contrarias diſpoſitiones, & impedimenta. Ideo ſecundum ea multiplicantur. 12æ.q.108.3.2m. °3a.q.71.3.2m.

78 Sacramenta & ſacramentalia, quæ habent effectum perpetuum, non poſſunt iterari, quæ uero non habent, poſſunt iterari. 3a q.66.3.3m.fi.°q.83.4.2m.

79 Sacramenta quatuor dicuntur magna, ſcilicet baptiſmus, ratione effectus, confirmatio ratione miniſtri, eucharistia ratione continentis, & matrimonium ratione ſignificati. 3a.q.63.3.4m.°q.67.2.3m.

80 In ſacramentis ueteris legis, quæ ordinabantur ad hominũ ſanctificationem, nihil erat, ſine rationabili cauſa. 12æ.q.102.5.b.

81 Numerus & ſufficientia ſeptem ſacramentorum noue legis. 3a.q.65.1.o.

82 Ordo ſacramentorum noue legis exponitur. 3a.q.65.2.3.o.°q.67.2.3m.

83 Sacramenta nouę legis tripliciter ſe habent ad ſacramenta ueteris legis, ſcilicet eſſentialiter, ut matrimonium pœnitẽtia, & ordo figuraliter, ut baptiſmus, & eucharistia neutraliter, ut alia. 12æ.q.102.5.3m.

1 Sacrificium proprie dicitur aliquid factũ ad honorem debitum ſoli Deo, ad eum placandum. 22æ.q.81.4.1m.°3a.q.22.2.c.°q.48.3.c

2 Sacrificium exterius, eſt ſignum ſacrificii interioris, quo quis ſe offert Deo. 3a.q.82.4.c.

3 Omne quod Deo exhibetur, ut ſpiritus feratur in Deum, poteſt dici ſacrificium. 3a.q.22.2.c.q.48.3.c.

4 Omnia obſequia proximis facta, inquantum ad Deum referuntur, dicuntur ſacrificia. 22æ.q.88 2.c.

5 Sacrificium nihil aliud eſt, niſi proteſtatio interioris deuotionis & fidei. 22æ.q.85.2.c.°3a.q.22.1.c.

6 Sacrificium debet offerri ſoli Deo 12æ.q.102.3.c.°22æq.84.1.1m.°q.85.2 o.q.94.2.c.°.3a.q.8.3.c.

7 Offerre Deo ſacrificium in communi eſt de iure naturali, ſed determinatio eius, de iure diuino, & humano. 22æ.quæſt. 85.1 o.

8 Sacrificia ſenſibilia inſtituta ſunt, non propter indigentiam Dei, ſed ut homo & ſe omnia ſua referat in Deum, ut in finem, principium, & dominum omnium. 12æ.q.102.2.c. 2m.°22æ.q.30.4.1m.°q.81.6.2m.°7.c 5m.°q.85.2.c.

9 Quicunque offert ſacrificium, debet eſſe ſacrificii particeps. 3a.q.83.4.c.

10 Sacrificium duplex. ſ. interius, & exterius. 22æ.q.85.2.c.°3.2m °4.c°3a.q.22 2 c °q.83.4.c.

11 Ad primum omnes tenentur. Ad ſecundum uero, ſoli ſubditi legi, ob neceſſitatem actus uirtutum. 22æ.q.85 4.o.

12 In quolibet ſacrificio conſiderantur quatuor, ſcilicet cui, à quo, quid, & pro quibus offertur. 3a.q.22.3.1m.° q.48.3.c.

13 Homo indiget ſacrificio propter tria, ſcilicet propter remiſſionem peccati, conſeruationem gratie, & adeptionem gloriæ. Quæ omnia dantur nobis per humanitatem Christi. 3a.q.22.2.c.

14 Homo tripliciter exhibet corpus ſuum, ſacrificium & hoſtiã Deo. ſ. per martyrium per auſteritatem, & per opera iuſtitiæ & diuini cultus 22æ.q.85.3.2m.

15 Sacrificia oblationes, & huiuſmodi ante legem Moyſi, erant neceſſitatis in communi, ſed erant uoluntaria in ſpeciali. 12æ.q.103.1.o°3a.q.60.5.3m°.q.61.3.2m°q.70 2.5m°4.2m

16 Præcepta de ſacrificiis, non ſunt data Iudeis, niſi poſt idolatriam. 12æ.q.102.3 c.

17 Ratio literalis & figuralis omnium ſacrificiorum in lege ueteri, exponitur. 12æ.q.102.3.o.

18 Lex ueteris in multis diminuit cultum corporalem: ideo ſtatuit quòd ſacrificia non offerantur de quolibet nec in omni loco 12æ.q.101.3.3m.°4.1m.°q.102 4.3m.

19 Eſus adipum. & ſanguinis, in ſacrificiis Iudæorum, erant prohibita: ſed ſanguis effundebatur ad crepidinem altaris, ad honorem Dei adeps uero adurebatur igne, & hoc ad euitandum idolatriam. Libabant. n. idolatre ſanguinem uictimarum, & comedebant adipes. Secundo ad informationem humanæ uitæ, ut horrerẽt homicidia. Eſus autem adipum prohibebatur, ad uitandum laſciuiam, & delitias quę in cibis habetur. 3a.ratio ad reuerentiam Dei, 4a quia ſignificabatur effuſio ſanguinis Christi: adeps autem abundantiam nutrimenti demonſtrat, & pinguedinem ſignificat charitatis. 12æ.q.102 3.8m.

20 Sacrificia ueteris legis, non erant Deo accepta, ſecundum ſe, ſed quia figurabant paſſionem Christi, & ſacrificium interius. ſ. deuotionem, & ne offerrent ea idolis. 12æ.q.102.3.o. 4.3m.°5.4m.principio.

21 Sacrificium in lege ueteri, erat publica proteſtatio peccati. Ideo non fiebat pro peccato negligentie nec pro aliis peccatis interiorum actuum, qui erant occulta. 22æ.q.54.3.3m.

22 Sacrificium triplex in lege ueteri. ſ. oblatio pro peccato holocauſtum, & uictima uel hoſtia. 12æ.q.102.3.8m.°9m.

23 Sacrificia ueteris teſtamenti, ſignificabant paſſionem Christi, ſed oblationes ſignificabant diſpoſitionem Christi patientis. ſ. uoluntatem. 3a.q.47.2 1m.°q.48.3.o.

24 Utraque ſignificabant eucharistiam, prima quidem quo ad ſignificatum, ſecunda uero quo ad numerum, & uſum, 12æ.q.101.4.1m.

25 Primum, ſcilicet oblatio pro peccato, conuenit pœnitentibus 12æ.q.102 3.8m.

26 Primum erat de neceſſitate remiſſionis peccati, unde incendebatur una pars, & alia erat ſacerdotis, quia expiatio fit à Deo per miniſterium ſacerdotum. 12æ.q.102.3.8m.

27 Tertium erat ex debito beneficii uel accepti, uel accipiendi pro gratiarum actione, uel pro ſalute & proſperitate offerentiũ quantum tertia pars erat, ſecunda ſacerdotum, & prima incendebatur Deo. 12æ.q.102.3.8m.

28 Sacrificium pro peccato totius populi uel ſacerdotis totum comburebatur, ne aliquid peccati in eis remaneret 12æ.q.102.3.8m.

29 Primitiæ erant oblationes, non autem ſacrificia, quia nihil ſacrum fiebat circa eas. 22æ.q.85.3.3m.°q.86.4.o.

30 De iis quæ ueniũt in uſum hominis de terræ naſcẽtibus, ſunt cibus potus, condimentum, & medicamentum. De primo offerebatur in ſacrificium panis. Ex ſecundo, uinum. De tertio oleum, & ſal. De quarto, thus, quod eſt aromaticum, & conſolidatiuum Primo, ſignificatur caro Christi, Secundo. ſanguis eius. Tertio, gratia. Quarto, ſanctitas. Quinto, oratio 12æ.q.102.3.13m.

31 Sal offerebatur in ſacrificiis, quia impedit corruptionem putredinis. Et ſignificat diſcretionem ſapientiæ, & mortificationem carnis. 12æ. q102.3.14m.

32 Sacrificium expiationis, erat ſolẽniſſimum. Et erat præcipua figura eucharistiæ, quo ad christum paſſum ſicut omnia ſacrificia ueteris legis 3a.q.73.6.c.

33 Potiſſimum ſacrificium eſt, quo Christus ſe obtulit Deo, Ideo omnia ſacrificia ueteris legis, erant ad ſignandum hoc ut perfectum per imperfecta, quorum ratione, ſumi debent ex eo. 12æ.q.102.3.c.

34 Licet in ſacrificiis ueteris legis, non ſumeretur caro humana ſed aliorum animalium, tamen caro Christi eſt uerum ſacrificium, quadruplici ratione. ſ. quia ex eo quòd eſt caro humanæ naturæ, caro congrue pro hominibus offertur. Et ex eo quòd erat paſſibilis & mortalis, apta erat immolari. Et ex hoc quòd erat ſine peccato, efficax erat, ad emundanda peccata Et ex eo quòd erat caro ipſius offerentis, erat Deo accepta propter charitatem, ſuam carnem offerentis, ſecundum Auguſtinum. 3a.q 48.3.1m.

35 Paſſio Christi, fuit uerum ſacrificium. 3a.q.47.2.c.1m°4.2m.° q.48 3.o.°6 3m ° q.4 .4.c.°q.73.4.c.1m.°q.83.1.c.

36 Oc[illegible] Christi, fuit ſacrificium reſpectu uoluntatis eius. Non autem quo ad uoluntatem occidentium, ſed grauiſſimum peccatum. 3a.q.22 1m.°q 47.4.2m °q.48.3.3m.

37 Sacrificium Christi fuit efficaciſſimum, ad delendum peccata ratione deitatis. 3a.q.22.3.2m.

1 Sacrilegium eſt omne quod fit ad irreuerentiam rei ſacræ. 22æ.q.99.o.*q.154.10.3m.

2 Sacrilegium eſt ſpeciale peccatum, oppoſitum religioni. 22æ. q.99.1.o.

3 Sacrilegium eſt fine aliis peccatis, quando non eſt alia deformitas, nec uiolatio rei ſacræ, 22æ.q 99.2.3m.

4 Species eius ſunt tres, ſecundum triplicem rationem ſanctitatis. ſ. perſonarum, locorum, & aliarum rerum. 22æ.q. 99.3. o.*q.154.10.3m.

5 Et grauius eſt contra perſonam, quàm contra locum. Sed grauiſſimum eſt contra ſacramenta, ſecundo contra uaſa ſacra, tertio contra imagines & reliquias ſanctorum, quarto contra ornatus rei ſacræ, quinto contra ter miniſtrorum eccleſiæ. 22æ.q.99.3.c

6 Omne peccatum perſonæ ſacræ, eſt ſacrilegium materialiter, non aũt formaliter, niſi fit directe contra ſanctitatem eius, puta ſi uirgo Deo dicata fornicetur. 22æ.q.99.3.3m.

7 Quælibet ſpecies luxuriæ, ſecundum quod uiolat aliquid pertinens ad cultum Dei, eſt ſacrilegium. 22æ.q.154.10.o.

8 Pœna ſacrilegii ſecundum æqualitatem, eſt excommunicatio. ſed quia hæc non timetur, additur decapitatio ſecundum leges, & pœna pecuniaria, ſecundum canones. 22æ.q. 99.4.o.* q.154.10.2m.

¶ſal impedit corruptionem putredinis. 1a.q.104.1.c.*22æ.q.102 3.14m.

1 ¶ſalomon non meruit ſapientiam in ſomniis, ſed fuit ſignũ præcedentis deſiderii. 12æ.q.113.3.1m.*22æ.q.154.5. 1m.

2 ſomnus ſalomonis, non fuit naturalis, ſed fuit prophetica uiſio. 12æ.q 113.3.2m.*22æ.q.173.2.c.

1 ¶ſaluari nullus poteſt, niſi per Chriſtum. 3a.q.61.3.c.2m.*4.c. *q.68.1.o.*2.c.*q.73.3 c.*q.84.5.c.

2 Ad ſalutem uenitur dupliciter. ſ. merito Chriſti, ut pueri, & ſtulti, & merito proprio, addito ad meritum Chriſti per actum fidei. 22æ.q.124.1.1m.

3 Pueri antiquorum, ſaluabantur in fide parentum. 3a.q.34.3. c.*q.70.4.2m.

4 In neceſſariis ad ſalutem, tenemur intellectum noſtrum conformare intellectui Dei, ut in iis quæ ſunt fidei. 1a.q.1.8 2m.

5 In neceſſariis ad ſalutem. Deus nunquam deeſt, nec unquam defuit homini, niſi ex culpa eius, 12æ.q. 98. 2. 4m. *22æ.q. 177 1.c.*q.178.1.c.

6 Quolibet tempore, inſtructi ſunt homines diuinitus de agendis inquantum expediebat ad ſalutem electorum. 22æ.q. 174.6.c.fi.3m.

7 *Ex diuina prouidentia, procurantur multæ occaſiones ſalutis hominibus, ut prædicationes, exempla, actus uirtutum pro loco & tempore, ægritudines flagella, & etiam peccata. 12æ.q.87.2.1m.*2m.

8 Non eſt de neceſſitate charitatis, quòd aliquis exponat proprium corpus, pro ſalute proximi, niſi quando tenetur eius ſaluti prouidere, ſed eſt de perfectione charitatis. 22æ.q.26.5. 3m.

1 ¶ſi uoluntate Dei, ipſa anima ſamuelis, ſauli euentum belli prænunciauit, Deo ſibi hoc reuelante, pertinet ad rationẽ prophetiæ. Non autem eſt eadem ratio de ſanctis, qui ſunt modo in patria. 22æ.q. 174.5 4m.

2 *Dici etiam poteſt, quòd non fuerit anima ſamuelis, ſed dæmon ex perſona eius loquens, quem ſapiens ſamuelem nominat, & eius prænunciationem, prophetiam, ſecundum opinionem ſaulis & aſtantium, qui ita opinabantur. 22æ.q. 172.6.2m.*q.174.5.4m.

1 SAnctificatio duplex. ſ. totius naturæ humanæ ab omni corruptione culpæ, & pœnæ in reſurrectione, & perſonalis, in ſola mente. 3a.q 27.2.4m.

2 ſanctificatio duplex. ſ. adultorum per proprium actum & paruulorum, ſecundum fidem parentum, uel eccleſiæ. Prima eſt perfectior quàm ſecunda. 3a.q.34.3.c.*q.70.4.2m.

3 ſanctificari dicitur tripliciter. ſ. mundari à peccato, confirmari in bono, & deputari ad cultum Dei. Et tantum tertium conuenit cæteris rationẽ, 22æ.q. 81.8.c.*q.62.6.2m.*q.63. 6.2m.

4 ſanctificatio tabernaculi, & uaſorum eius literaliter fuit ut haberetur in reuerentiam, ſed figurabatur ſpiritualis ſanctificatio fidelium. 12æ.q.102.4.9m.

5 ſanctificari dicitur tripliciter. ſ. ex minus ſancto, ex non ſancto priuatiue, & ex non ſancto negatiue. Et tantum tertiũ conuenit Chriſto, *qui factus eſt ſanctus ex non ſanctus ſecundum hominem, non quidem priuatiue, ut ſcilicet aliquando fuerit homo, & non fuerit ſanctus, ſed negatiue, quia ſcilicet quando non fuit homo, non habuit ſanctitatem humanam, & ideo ſimul factus eſt homo, & ſanctus homo. 3a.q.34.1.2m.

6 Quæ fiunt præter legem communem, non fiunt principaliter ad ſubueniendum uni perſonæ, ſed ad inſinuationem & commendationem gratiæ, ut ſanctificatio in utero. 3a. q.27.6.c.

7 Non eſt credendum, aliquos eſſe ſanctificatos in utero, de quibus non loquitur ſcriptura 3a.q.27.6.c.

8 Illi præcipue ſanctificati ſunt in utero, qui immediatius ordinati ſunt, ad ſignificandum ſanctificationem Chriſti, 3a. q.27.6.o.

9 Hieremias, & Ioannes baptiſta non fuerunt ſanctificati, ante infuſionem animæ rationalis. 3a.q.27.2.1m.

10 ſanctificati in utero creduntur non peccaſſe mortaliter de cætero. 3a.q.27.6.1m.

11 ſanctificati in utero, debent baptizari, ut ſuſcipiant characterem, *quo Chriſto configurentur. & ita per ſuſceptionem characteris aliis membris Chriſti configurarentur, etiam corporaliter, & ut quaſi deputentur ad percipienda diuina tertio propter bonum obedientiæ quia præceptum de baptiſmo omnib. eſt datum, & ab omnib. debet impleri, niſi articulus neceſſitatis ſacramentum excludat. 3a.q.68.1.3m.

12 Nazaræi per quos ſignificantur perfectiſſimi, ſanctificabantur uoto. 22æ.q.86.6.b.

1 ¶ſanctitas eſt ſpecialis uirtus. ſ. religio, ſed eſt generalis imperio 22æ.q.81.8.1m.

ſanctitas refert omnia uirtutum opera in Deum, uel per hæc diſponit ad cultum Dei: ideo differt tantum ratione à religione, quæ eſt circa pertinent a ſpecialiter ad cultum Dei ut in ſacrificiis, 22æ q.81 8.o.

3 ſanctitas, importat duo neceſſaria ad applicationem mentis ad Deum. ſ. munditiam & firmitatem. 22æ.q.81.8 o.

¶ſanctus unus præcipue laudatur de una uirtute, & alius de alia propter excellentiorem promptitudinem ad actum unius uirtutis, quàm ad actum alterius. 12æ.q.66 2 2m.

1 ¶ſanguis non eſt actu pars, ſed eſt totum in potentia. 3a.q.31 5.1m.*6.c.

2 ſanguis eſt de integritate humanæ naturæ. 1a.q.119.1.c.

3 ſanguineis ſunt amatiui. Ideo ſecus dicitur cogetis amare, quia generat ſanguinem. 12æ q.48.2.2.

4 ſanguinis in lege ueteri effundebatur ad crepidinem altaris, ut iudæi horrerent effundere ſanguinem. Et quia uita eſt à Deo. Et pro effuſione ſanguinis Chriſti. 12æ. q. 102.3.8m.* 6 1m.

5 ſanguis Chriſti, eſt pretium redemptionis noſtræ, quod Chriſtus obtulit Deo, non autem diabolo, 3a.q.48.4.3m.*5.c.*q. 49.5.1m.

6 Totus ſanguis Chriſti, qui ad ueritatem humanæ naturæ pertinebat, in paſſione eius effuſus pro redemptione humani generis, ad corpus Chriſti redijt & reſurrexit cum eo triplici ratione. ſ. quia paſſus eſt in perfectiſſima ætate, in qua maxime ea quæ in homine inueniuntur, ad ueritatem humanæ naturæ pertinere uidentur, tanquam ad maximam pfectionem adducta, & ex merito paſſionis, ſicut & illæ partes ſanctorum martyrum in quibus paſſionẽ pro Chriſto ſuſtinuerunt, quendam priuilegiatum fulgorem in reſurrectione habebunt, & ex ipſa uirtute paſſionis in qua humanum genus ſanctificat, quia humanitas Chriſti, ſaluiferã uirtutem habuit, ex uirtute uerbi ſibi uniti, ſecundum Damaſcenum. 3a.q.54 3.1m.

7 ſanguis Chriſti in paſſione effuſus, qui maxime fuit ſalubris fuit diuinitati unitus, ideo oportuit, quòd in reſurrectione iungeretur aliis humanitatis partibus ſicut & uerum corpus eius, 3a.q.52.2 1m.

8 ſanguis uero qui in quibuſdam eccleſiis pro reliquiis obſeruatur fluxit miraculoſe, de quadam eius imagine percuſſa. 3a q.54.3.3m.

1 SAnitas eſt de prima ſpecie qualitatis, cauſata ex humoribus adæquatis. 12æ.q.49.2.c.1m.*3m.*4.c.*q 50.1.c.fi.

2 ſanitas eſt tantum in animali. 1a.q.16.6. c

3 Eadem numero ſanitas, eſt in animali, & in aliis, nec alias ſanitas eſt medicinæ, & urinæ, quàm ſanitas animalis, quam medicina facit, & urina ſignificat. 12æ.q.20.3.3m.

4 Chriſtus quæcunque curauit, totum ſanauit. ſ. mente, & corpore. 3a q.44.3.3m*q.86.5.1m.

5 Dicitur ille non poſſe ſanari, qui non poteſt de facili ſanari. poteſt tamen hoc fieri, per uirtutem diuinæ gratiæ, quæ et interdum in profundum maris ſe conuertit. 22æ. q.33.2. 1m.*3a.q.86.1.2m.fi.

1 ¶ſapientia qua formaliter ſapienter ſumus eſt quædam participatio diuinæ ſapientiæ, quæ Deus eſt, 22æ.q.23.2.1m.

2 ſapientia ſecundum philoſophos, eſt tantum cognoſcitiua, ſecundũ theologos uero, eſt etiam directiua. 12æ.q.19.7.c.*q.45.2.o.

3 ſapientia

5 Sapientia iudicat de omnibus,& ordinat, quia cóſiderat altiſſimas cauſas,12æ.q.75.2.c.1m*q 66.5.c.1m

4 Sapiens ſimpliciter,eſt qui cognoſcit altiſſimam cauſam ſimpliciter, ſed ſapiens in aliquo genere, eſt qui ſcit altiſſimã cauſam in illo genere,1a.q.1.6.c.*22æ.q 9.2.c.*q.45.1.c.*.q.57.2.1m

5 Sapientia ſimpliciter, ſemper eſt bona,ſed ſecundum quid eſt mala,& eſt triplex,ſcilicet terrena,animalis,& diabolica,22æ.quæſt.45.1.1m.*.q.46.1.2.c.*.q.55.1.3m.*.quæſtio.113.1.1m

6 Omnis ſapientia eſt ſcientia, inquantum eſt de concluſionibus,ſed differt a cæteris ſcientiis, inquantum eſt de principijs,12æ.q.57.2.1m*4m*22æ.q.9.2.c

7 Sapientia utitur principijs non ſolum concludendo ex eis, ſicut aliæ ſcientiæ,ſed iudicando de eis & diſputando cõtra negantes ea,1a.quæſt.1.8.c*12æ.q.53.2.1m.*2m*q.66.5.4m.

8 Sapientia continet ſub ſe ſcientiam & intellectum,12æ.q.57.2.2m.

9 Sapientia eſt tantum una,licet ſcientiæ ſint multæ, 12æ.q.57.2.c fi.

10 Sapientia eſt maxima inter omnes uirtutes Intellectuales,iudicans & ordinans eas , 12æ.q.57.2.2m.*.q.66.5.o.*quæſ.68.7.c.

11 Differentia inter ſapientiam,ſcientiam,intellectum, artem, & prudentiam,12æ.q.57.2.3.4.o

12 Sapientia in rebus humanis,eſt prudentia,1a.q.1.6.c.*.22æ.q.47.2.1m

13 Prudentia non imperat ſapientiæ,ſed econuerſo.Nec eſt de altiſſimis,ſicut ſapientia . Sed imperat de ordinatis ad ſapientiam. Ideo eſt miniſtra eius,12æ.q.16.5.1m

14 Prudentia eſt de ijs,per quæ peruenitur ad felicitatem , ſed ſapientia eſt de obiecto eius Et actus eius in hac uita non eſt perfecta felicitas , ſed eſt inchoatio eius : quia eſt actus imperfectus,reſpectu ſui obiecti principalis,ſ.Dei , 12æ.q.66.5.2m*3m

15 Dona ſapientiæ & ſcientiæ,nihil aliud ſunt,quàm quædam perfectiones mentis humanæ,ſecundum quas diſponitur ad ſequendum inſtinctum Spiritus ſancti , in cognitione diuinorum , & humanorum , 12æ.quæſt.68.5.1m.*.22æ.q.8 5.c.

16 Sapientia data a Deo,eſt donum Spiritusſancti, ſed ſapientia acquiſita per ſtudium humanum,eſt uirtus intellectualis,1a.q.1.6.1m*22æ.*q.45.1.o*4.1m*3m

17 Donum & uirtus ſapientiæ, principaliter eſt de diuinis, ſecundario uero de alijs,iudicando per regulas diuinas,12æ q.57.2.c.*22æ.q.9.2.c.

18 Virtus ſapientiæ,eſt tantum ſpeculatiua,ſed donum ſapientiæ eſt ſpeculatiuum principaliter,& ſecundario practicũ,1a.q.64.1.c*22æ.q.10.7.c*q.45.3.o*6.3m

19 Ratio ſpeculatiua, quo ad apprehenſionem perficitur dono intellectus,& quo ad iudicium,dono ſapientiæ. Sed ratio practica quo ad primum perficitur dono conſilij , & quo ad ſecundum,dono ſcientiæ,12æ.q.68.4.c

20 Donum ſapientiæ, eſt in ratione ſuperiori, donum autem ſcientiæ,in ratione inferiori,1a.q.79.9.c* 22æ.q.45.5.c

21 Auguſtinus loquitur de ſapientia,quantum ad ſuam cãm.ſ. quantum ad charitatem,ex qua etiam ſumitur nomẽ ſapientiæ,quæ eſt donum, ſecundum quod ſaporem quendam importat,1a.q.43.5.2m*3m*22æ.q.15.8.1m

22 Talis expoſitio.ſ. quod ſapientia dicitur quaſi ſapida ſcientia, non conuenit, niſi ſecundum nomen quod habet ſapientia in latina lingua. In græca autem non competit, & forte nec in alijs linguis. Vnde potius uidetur nomen ſapientiæ ibi accipi pro eius fama, qua a cunctis commendatur,1a.q.43.5.2m*3m*22æ.q.45.2.2m

23 Donum ſapientiæ, dirigit hominis intellectum & affectum, ideo ei tanquam directiuo correſpondent duo dona ſ.intellectus in intellectu, & timor in affectu , 12æ.quæſt. 68.4.5m.

24 Rectum iudicium de diuinis ex inquiſitione rationis,eſt uirtutis ſapientiæ, doni uero eius ſecundum connaturalitatem,1a.q.1.6.3m*12æ.q.68.1.4m.*22æ q.45.2.c.

25 Iudicium per modum inclinationis, eſt doni ſapientiæ, ſed per modum cognitionis tantum,eſt theologiæ , 1a.q.1.6.3m*22æ q 45.2.c

26 Intellectus habet duos actus, ſcilicet percipere,& iudicare,ſecundum rationes diuinas & humanas . primum eſt doni intellectus , ſecundum doni ſapientiæ,& tertium doni ſcientiæ,22æ.q.8.6.o*q.9.2.o*q.45.2.3m.

27 Donum ſapientiæ , eſt excellentiſſimum , inter ſeptem dona Spiritusſancti,ſed eſt inferius charitate, 12æ.q 68.7.c

28 Sapientia acquiſita,poteſt eſſe cum peccato mortali, non autem donum ſapientiæ,ſicut nec charitas,quam præſupponit,22æ.q.45.4.o

29 Fides aſſentit ueritati diuinæ ſecundum ſe , ſed donum ſapientiæ iudicat ſecundum eam. ideo præſupponit fidem, 22æ.q.45.1.2m

30 Fides eſt initium ſapientiæ ſecundum eſſentiam, timor autẽ ſeruilis eſt ut diſpoſitio eius,ſed filialis,ut primus effectus eius,22æ.q.19.7.o*q.45.6.3m.

31 Donum ſapientiæ,quandoque dicitur pietas , & timor Dei, quia ſicut pietas quæ pertinet ad cultum Dei, eſt manifeſtatio fidei,inquantum per cultum Dei proteſtamur fidẽ, ita etiam pietas manifeſtat ſapientiam, & propter hoc dicitur quòd pietas,eſt ſapientia,& eadem ratione timor : per hoc enim oſtenditur,quod homo habet rectum iudicium de diuinis,quod Deum timet,& colit,22æ.q.45.1.3m

32 Donum ſapientiæ,quo ad ſuam cauſam,eſt in uoluntate,ſed ſecundum eſſentiam eſt in intellectu,22æ.q.45.2.o.

33 Donum ſapientiæ,quantum eſt neceſſarium ad ſalutem,eſt in omni habente gratiam,ſed eſt in pueris & amẽtibus,habitualiter tantum,ſed quo ad ſecreta myſteria, & directionem aliorum,eſt in paucis,quia eſt gratia gratis data, 12æ.q.68.5.1m*22æ q.45.5.o

34 Sapientia in diuinis ſemper eſt eſſentialis , & nunquam eſt perſonalis & propria,ſed appropriatiua, quia non ſignificatur per modum exeuntis , ſicut amor , ſed per modum quieſcentis in ſubiecto , 1a.q.34.1.2m.*.q.37.2.1m.quæſt.39.7.2m.

35 Sapientia in diuinis,dicitur dupliciter,ſ.eſſentialis, & genita,1a.q.34.1.2m.

36 Sapientia ut ſupponit pro eſſentia,non dicitur genita,nec ingenita : ſed ut ſupponit pro hypoſtaſi,dicitur genita , uel ingenita,tamen ſemper ſignificat eſſentiam,1a.q.32.q.2.2.c.1m.

37 Sapientia patris dicitur dupliciter ſ.eſſentialis,quæ eſt in ipſo & quæ procedit ab eo,1a.q.39.7.2m

38 Pater eſt ſapiens,ſapientia eſſentiali non autem ſapientia genita,1a.q 37.2.1m*q.39.7.2m

39 Filius eſt ſapientia patris,1a.q.39.7.2m.

40 Filius eſt ſapiens formaliter,ſapientia tantum eſſentiali;effectiue uero, ſapientia ingenita tantum, ſed ſeipſo uel per ſe. ſapientia genita,1a.q.39.7.2m

SARABAITÆ ſunt monachi,ſine obedientia,ideo nõ approbantur,licet ſint laborioſi,22æ.q.186.5.3m

1 SATISFACTIO nulla debet imponi nouiter baptizatis, *quia ſunt totaliter liberati per paſſionem Chriſti, & ſatiſfactionem illius,cui configurantur in baptiſmo, & ideo iniuria fieret eius paſſioni , quaſi ipſa non eſſet ſufficiens ſatiſfactio pro peccatis baptizatorum,3a.q.49.3.2m.*.q.68.1.5.o.*.6.c.

2 pœnitens,per ſatiſfactionem conſequitur perfectum effectũ gratiæ,quia liberatur totaliter à reatu peccati,3a. quæſtio.90.3.2m.

3 Ex propoſito ſatiſfaciendi, gratia confertur , licet ſatiſfactio actualis,gratiam præſupponit,3a.q.90.3.2m

4 Homo non poteſt ſatiſfacere de uno peccato,ſine alio,3a.q.86.3.o.

5 Homo poteſt ſatiſfacere Deo, ſecundum æqualitatem proportionis, per acceptationem infinitæ miſericordiæ Dei. non autem ſecundum æqualitatem quantitatis offenſę,3a.q.1.2.2m*q.85.3.o*90.2.c

6 Satiſfactio in propoſito,cauſat gratiam,ſed in executione auget eam,ſicut & baptiſmus,3a.q.50 1.2m.

7 Nulla pura creatura,potuit ſatiſfacere Deo , pro natura humana,3a.q.1.2 2m*q.46.1.3m*q.49 5.1m

8 Actio pro ſe,uel ſatiſfactio pro alio, dicitur precium quoddã 3a.q.48.4.c.

9 Adam & alij ſancti Patres,ſatiſfecerunt pro peccatis ſuis: ſecundum quod peccatum corrumpit bonũ perſonale,non ſecundum quod corrumpit naturam,3a.q.49.5.1m*q.62.5.o*2m.

10 Vnus homo,poteſt ſatiſfacere pro alio,inquantum ſunt unũ in charitate,3a.q.14.1.c.*q.48.2.1m

11 Nullus poteſt conteri,uel confiteri pro alio, ſicut poteſt ſatiſfacere,quia hoc eſt extra: illa uero ſunt intra , quia pertinent ad bonitatem gratiæ,uel ad culpam , 3a.quæſtio.48.2.1m.

12 Paſſio Chriſti cauſauit noſtram ſalutem, per modum ſatiſfactionis,3a.q. 3.1.3.2.*4.2m*q.48.2.o*4.c.*6.3m.

13 Hæc ſatiſfactio fuit ſuperabundans,3a.q.48.2.c.2m*4.c*q.49 3 c.*q.68.1m*q.69.2.c

14 Chriſtus per mortem ſuam ſufficienter ſatiſfecit pro pec-

catis

ſatis humani generis, etiam ſi eſſent plura, 3ª.q.48.6.c.4m.°.6.q.48.2.o.°.q.49.1.3.c.°.q.68.1.c.°.q.69.7.c.°.quæſt.89.4.3m.
15 Chriſtus ſatisfecit pro tota natura humana ſufficienter, nõ autem efficaciter, 3ª.q.46.1.3m°q.79.7.2m
16 Vna gutta ſanguinis Chriſti fuſa in circuncisione, uel quæcunque pœna eius plene ſatisfecit, ratione perſonæ eius, non autem ſecundum genus operis, 3ª.q.46.6.6m.
17 Satisfactio dicitur eſſe actus uirtutis nõ ſolum materialiter, ſed etiam formaliter, cum ſuo nomine formam, & rationem uirtutis implicitam habeat, Suppl.q.12.1.c
18 Satisfactio quæ æqualitatem reſpectu offenſæ præcedentis in faciente importat, opus iuſtitiæ eſt, Suppl. quæſtio. 12.2.o.
19 Bona eſt definitio ſatisfactionis quam habet Anſelmus, ſatisfacere eſt honorem debitum Deum impendere. Similiter quam habet Aug.
20 Satisfactio eſt peccatorum cauſas excidere & eorum ſuggeſtionibus aditum non indulgere. Supp.q.12.3.o.
21 Non poteſt homo Deo ſatisfacere, ſi litera (ſatis) æqualitatẽ quantitatis importet, cõtingit autem ſi importet æqualitatem proportionis, Suppl.q.13.1.o
22 Poteſt quis pro alio pœnalem ſatisfactionem explere, pro peccatis præcedentibus, ita ut ſolutio debiti conſequuta ſit. Suppl.q.13.2.c
23 Impoſſibile eſt quod homo de uno peccato ſatisfaciat alio retento, ſicut nec homini ſatisfaceret, qui pro alapa ſibi data, cum proſterneret, & aliam ſimul daret, Suppl.quæſt. 14.1.o.
24 Non poteſt quis extra charitatem Dei exiſtens pro peccatis ante commiſſis ſatisfacere, Suppl.q.14.2.o
25 Opera extra charitatem facta, per charitatem ſequentẽ non uiuificantur, ac per hoc non ualet ſatisfactio præcedens, etiamſi charitas ſequatur, Suppl.q.14.3.c
26 Magis concedendum eſt, quod opera extra charitatem facta, non ſint alicuius meritoria, quam quod ſint, Suppl.q. 14.4.c.
27 Opera extra charitatem facta, quantum ad hoc, quod quis liberetur à pœna, quam iam meruit, pœnam inferni mitigare non poſſunt, ſed quantum ad hoc quod meritum pœnæ impediatur, per opera extra charitatem facta, pœna inferni mitigari poteſt, Suppl.q.14.5.o.
28 Satisfactio ſiue referatur ad præteritam offenſam, ſiue ad futuram culpam, per pœnalia opera fieri aſſeritur, Suppl.q. 15.1.o.
29 Flagella & caſtigationes huius uitæ, quæ à Deo peccatori infliguntur, ſi patienter ferantur, nomen ſatisfactionis habent, alias uindicationis, Suppl.q.15.2.o.
30 Opera ſatisfactoria rite enumerata ſunt, ſ. eleemoſyna, ieiunium, & oratio, Suppl.q.15.3.c.

1 SCandalum proprie eſt dictum, uel factum minus rectum præbens alijs occaſionem ruinæ. Sed ſcandalum large ſumitur pro quolibet impedimento, alicui præſtito in uia aliqua, quam proſequi intendit, 22æ.quæſtio.43.1.o.°.4.c.
2 Scandalon Græce, offenſio dicitur Latinæ, uel ruina, uel impactio pedis, 22æ.q.43.1.o°.4.c
3 Scandalum duplex, ſ. actiuum, i. omne inductiuum peccati, ſiue totum, uel non intentum, ſ. peccatum uel ſimile ei, & paſſiuum, i. ruina peccati ex dicto uel facto alterius, 22æ.q. 43.1.4m°2.c.
4 Scandalum actiuum, quandoque eſt ſine paſſiuo, quandoque econuerſo, & quandoque ſimul, 22æ.quæſt.43.1.4m.°.2.c.
5 Omne ſcandalum eſt peccatum, ſed actum quidem dantis, paſſiuum uerò ſumentis, 22æ.q.43.2.o.
6 Scandalum actiuum per ſe, i. intentum, eſt ſpeciale peccatũ, non autem per accidens, nec ſcandalum paſſiuum, 22æ.q. 43.4.o.
7 Scandalum actiuum eſt ſine alio peccato, quãdo factum uel dictum non eſt peccatum, ſed habet ſpeciem mali, 22æ.q. 43.3.2m.
8 Vtrunque ſcandalum, ſ. actiuum & paſſiuum, eſt ueniale, & quandoque mortale, 22æ.q.43.4.o
9 Scandalum actiuum, uel paſſiuum, non conuenit perfectis, niſi de ueniali, ſed imperfectis etiam de mortali, 22æ.q. 43.5.6.o.
10 Omne ſcandalum cauſatur ex aliquo ſcandalo actiuo ſui, nõ autem ſemper ex peccato alterius, 22æ.q.43.6.2m.
11 Bona ſpiritualia neceſſaria, non debent dimitti propter ſcandalum: alia uero debẽt occultari, uel differri, ſi ſit ex ignorantia, donec doceatur, niſi ſit periculum, Non autẽ poſt, nec ſi eſt ex malitia, 22æ. quæſtio.43.2.7.8.o.°.3ª.quæſtio. 42.2.o.
12 Veritas nullo modo deſeri debet, propter ſcandalum paſſiuum aliorum, 22æ.q.43.7.2m°3ª.q.42.2.c.1m.
13 Bona temporalia propria, debent deſeri, propter ſcandalum ex ignorantia uel infirmitate, uel ſcandalum ſedari, non autem ſi ſit ex malitia, nec aliena nobis commiſſa, 22æ.q. 43.8.o.
14 Punitio non debet deſeri propter ſcandalum, niſi ſequatur peius propter multitudinem peccantium, uel propter potentiam principum, 22æ.q.33.6.o°q.43.7.1m°q.108.1.5m.°.3.1m
SCENOPEGIA erat feſtum tabernaculorum per dies ſeptẽ, propter beneficium deductionis, & protectionis in deſerto. Et ſignificat peregrinationem ſanctorum in hoc mundo. Cui nunc ſuccedit feſtum conſecrationis eccleſiæ, 12æ. q.102.4.10m°q.103.3.4m
SEVERITAS eſt uirtus inflexibilis, circa inflictionem pœnarum, quando recta ratio requirit hoc, 22æ.q.157.2.1m.°.2m°q.159.2.1m

1 SCientia ſignificat qualitatem ſimplicem, quam conſequitur quidam reſpectus, 1ª.q.13.7.1m°q.14.1.1m°12.°.quæſt. 54.4.o.
2 Scientia eſt æqualitas ſimplex, relata ad multa ſecundum unum, 12æ.q.54.4.o
3 Scientia eſt aſſimilatio intellectus, ad rem ſcitam, per ſpeciẽ intelligibilem quæ eſt ſimilitudo rei intellectæ, 1ª. quæſt. 14.2.2m.
4 Diuerſæ ſcientiæ procedunt ex diuerſis principijs & medijs, 12æ.q.54.2.2m
5 Omnis ſcientia habetur per aliqua principia per ſe nota, & per conſequens uiſa, 22æ.q.1.5.c.
6 °Nulla ſcientia probat principia ſua: ſed probat alia ex eis. Nec diſputat contra negantes ea, præter primam philoſophiam, 1ª.q.1.8.c
7 Tota uirtus demonſtrationis, dependet ex medio. Ideo diuerſa media, ſunt ſicut diuerſa principia actiua, ſecundum quæ habitus ſcientiarum diuerſificantur, 12æ.quæſt.54.2.2m.
8 In diuerſis concluſionibus unius ſcientiæ, ſunt diuerſa media per quæ probantur. Ideo homo poteſt ſcire aliquas cõcluſiones ſine alijs, ſicut & media, 22æ.q.53.2m
9 Scientia demonſtratiua, dicitur iudicatiua, in quantum per reſolutionem in prima principia, de ueritate inquiſitorũ diiudicat, 22æ.q.53.4.c.
10 Idem eſt ſubiectum principiorum, & totius ſcientiæ: quia tota ſcientia uirtute cõtinetur in eis, 1ª.q.1.7.c°12æ.q.3.6.c.°.22æ.q.4.1.c
11 Omne quod ſcitur, eſt aliquo modo, 1ª.q.14.9.o.°.3ª. quæſt. 10.3.c.
12 Omnia ſcitum a nobis, eſt neceſſarium, non autem omnia ſcitum a Deo, 1ª.q.14.13.3m
13 Omne ſcitum, eſt aliquo modo uiſum per intellectum, °22æ. q.1.5.c.4m.
14 Idem eſt ſubiectum principiorum, & totius ſcientiæ: cum tota ſcientia uirtute contineatur in principijs, 1ª. quæſt. 1.7.c.
15 Subiectum ſcientiæ ſicut & obiectum potentiæ duplex, ſ. materiale, & formale, 1ª.q.1.7.c
16 Formalis ratio ſubiecti ſcientiæ, ſicut & obiecti potentiæ duplex, ſcilicet ex parte rei, & ex parte noſtra, 22æ. quæſt. 1.2.c.
17 Sic ſe habet ſubiectum ad ſcientiam, ſicut obiectum ad potentiam uel habitum, 1ª.q.1.7.c.
18 Materialiter ſcita ſunt concluſiones: formalis uero ratio ſciẽdi, ſunt media demonſtrationis, per quæ concluſiones cognoſcuntur, 22æ.q.1.1.o.
19 Scientia eſt de mobilibus & de contingentibus, ſecundum quod in eis eſt aliquid neceſſarium uel uniuerſale, 1ª.q.84.1.c. 3m.°q.86.3.o
20 Solæ ſcientiæ practicæ, ſunt circa contingentia, in quantum huiuſmodi, i. in particulari, 12æ.q.6.princ.
21 De quolibet re ad ſciendum an eſt, oportet uti pro medio quid nominis non autem quid rei, quia ſequitur quæſtionem an eſt, 1ª.q.2.2.2m
22 De nulla re ſciri poteſt, an eſt, niſi de ea ſciatur, quid eſt, saltem confuſe, 1ª.q.2.2.2m
23 Habitus ſcientiæ, eſt in intellectu poſſibili, nõ autem in intellectu paſſiuo, contra Auerroem, 12æ.q.50.4.o.°.quæſt. 51.3.c.

24 Scie

24 Scire & diſcere, & per accidens eſt malum, ex parte ſcientis dupliciter. ſ. propter occupationem impedientem officium eius, uel propter contemptum diuinorum. Ex parte uero obiecti tripliciter. ſ. uel quia inclinat ad malum. ut ars magica, uel quia excedit, uel quia eſt quid inutile, 1ª. queſt. 22. 3. 3m. *. 22æ. q. 167. 1. 0.

25 Quilibet tenetur ſcire communiter credenda, communia itē præcepta, & ea quæ ad eius ſtatum, uel ad eius officium pertinent, 12æ. q. 76. 2. c.

26 Scientia legis Dei, hic annexa eſt officio ſacerdotali, q. ſimul cum eo iniungitur, 22æ. q. 16. 2. 3m.

27 *Scientia acquiſita, eſt habitus naturalis, quia ineſt unicuique homini quoddam principium ſcientiæ. ſ. lumen intellectus agentis, per quod cognoſcuntur ſtatim à principio naturaliter, quædam uniuerſalia principia omnium ſcientiarum, 1ª. quæſtio. 116. 1. c. 1m. * 12æ. quæſt. 51. 4. c. *. quæſtio. 130. 10 3m.

28 *Homo meditando acquirit ſcientiam, 1ª. quæſt. 62. 9. 1m. *. 22æ. quæſtio. 41. 3. c. *. 22æ. quæſtio. 15. 5. 1m. *. quæſtio. 49. 1. 2m.

29 Scientia, uel ſapientia acquiſita per proprium ingenium, & ſtudium quod eſt à Deo, eſt naturalis. Si uero aliter, ut in Apoſtolis, eſt miraculoſa. 1ª. q. 117. 1. 1m. *. 12æ. q. 51. 4. c. *. q. 113. 10. 3m.

30 Modus acquirendi ſcientiam duplex. ſ. præcipuus per inuentionem, & ſecundarius per doctrinam, 1ª. q. 117. 1. c. *. 3ª. q. 9. 4. 1m.

31 Cæcus à natiuitate nō poteſt habere ſcientiam de coloribus, 1ª. quæſt. 84. 3. c. fi. *. q. *. c. fi. *. quæſt. 111. 3. 1m. *. 2m.

32 *In ſtatu innocentiæ, homo non acquiſiuiſſet ſcientiam ex ſenſibus. 1ª. q. 61. 2. 0.

33 *Diſciplina quæ eſt receptio cognitionis ab alio, requiritur ad ſcientiam, 12æ. q. 4. 1. c. *. 22æ. q. 189 1. 4m.

34 Nullus unquam per dæmones ſcientiam acquiſiuit, 1ª. q. 64. 1. 5m. *. 22æ. q. 96. 1. c. *. q. 172 5. 2m.

35 Ille qui in aliqua ſcientia, acquirit per primam demonſtrationem, ſcientiam concluſionis unius, habet quidem habitum, ſed imperfecte. Cum uero acquirit per aliquam aliam demonſtrationem, ſcientiam concluſionis alterius, non aggeneratur in eo alius habitus, ſed habitus qui prius inerat, fit perfectior, utpote ad plura ſe extendens, 12æ. q. 85. 4. 3m. *. q. 54. 4. 3m. *. q. 65. 1. 1m.

36 Multi impediuntur à ſcientia acquirēda tripliciter. ſ. propter indiſpoſitionē, occupationes, & pigritiē, 12æ. q. 61. 3. 3m. *. 22æ. q. 2. 4. c. *. q. 172. 3. 2m.

37 Virtutes morales, & præcipue caſtitas, multum faciūt ad acquiſitionē & uſum ſciētiarū, 22æ. q. 35. 3. c. *. q. 96. 1. 2m. *. q. 148. 6 c. *. q. 180. 2. 0.

38 Diſcurſus in acquiſitione ſcientiæ duplex eſt in ſcientia noſtra. ſ. ſecundum ſucceſſionem unius poſt alterum, ex notis ad ignota procedēs, & ſecūdum cauſalitatem, per vnum in alterum, 1ª. q. 14. 7. c. *. quæſt. 58. 3. 0. *. quæſtio. 117. 1. c. *. 3ª. q. 11. 3 c.

39 Opinio eſt diſpoſitio ad ſcientiam, qua acquiſita, poteſt remanere cognitio etiam per ſyllogiſmum dialecticum, 3ª. q. 9. 3 3m.

40 Scientia quadrupliciter tantum amittitur, ſcilicet ratione excidentiæ à mente, corrupto ſciente uel ſcito, uel obliuione, 1. q. 89. 1. c.

41 Scientia augetur ſecundum ſe, per additionem, 12æ. q. 49. 4. c. *. q. 52. 4. c.

42 Scientia eſt una numero, à ſubiecto in quo eſt, ſed una eſt in ſpecie à ſcibili, 1ª. q. 1. 7. 1. c.

43 Vnitas ſcientiæ generica ſpecifica, uel numeralis, ſumitur ab unitate generica, ſpecifica, uel numerali ſui medij, 12æ. q. 54. 2. 2m.

44 In ſcientia contrariorum eadem ratio eſt cognoſcendi utrūque, quam unum per aliud cognoſcitur. 12æ. quæſtio. 54. 2. 1m.

45 Intellectus eſt una potentia. in qua tamen ſunt diuerſarum ſcientiarum habitus. 12æ. q. 54. 1. 1.

46 Quantitas ſcientiæ attenditur non ſolum ſecundum numerum ſcibilium, ſed etiam ſecundum claritatem cognitionis, 12æ. q. 52. 0. *. 3ª. q. 10. 2. 3m.

47 Diuerſa ratio cognoſcibilis, inducit diuerſitatem ſcientiarū, 1ª. q. 1. 1. 2m. *. 12æ. q. 57 2. c.

48 *Scientia quæ habetur per reuelationem, & ſcientiæ humanitus inuentæ, differunt ſecundum genus. Vnde Theologia quæ ad ſacram ſcripturam pertinet, differt ſecundum genus ab illa Theologia, quæ pars philoſophiæ ponitur, 1ª. q. 1. 1. 2m.

49 *Scientia infuſa, & ſcientia acquiſita, ſunt diuerſarum rationum. Vnde nihil prohibet de eiſdem rebus, de quibus phyſicæ diſciplinæ tractant, ſecundum quod ſunt cognoſcibiles lumine naturalis rationis, & aliam ſcientiam tractare, ſecundum quòd cognoſcuntur lumine diuinæ reuelationis, 1ª. q. 1. 1. 2m. * 3ª. q 9. 4 3m.

50 Conſideratio ſcientiæ ſpeculatiuæ, non ſe extendit ultra uirtutem ſuorum principiorum. i. vltra quam cognitio ſenſitiua ducere poteſt. 12æ q. 3. 6. c.

51 Contra rectitudinem ſcientiæ, contingit peccare dupliciter in ſpeculatiuis. ſ. uel inducēdo rationem ad concluſionem falſam, apparenter ueram, uel arguendo ex falſis, quæ uidentur uera, 22æ q 51. 3. c.

52 In ſpeculatiuis ſcientiis, demonſtratiua ſcientia dicitur iudicatiua, inquantum per reſolutionem in prima principia intelligibilia de ueritate inquiſitorum diiudicatur, 22æ. q. 53. 4. c.

53 In ſpeculatiuis eſt alia naturalis ſcientia, ordinata ad inquiſitionem inuentiuam. ſ. dialectica, & alia ſcientia demonſtratiua, determinatiua ueritatis, 22æ. q. 51. 2. 3m.

54 Omnes ſcientiæ demonſtratiuæ continentur ſub phyſica, ut ponitur pars prudentiæ large, ut includit etiam ſcientiam ſpeculatiuam, 12æ. q. 48. c. eo. 2.

55 Scientia dicitur ſpeculatiua, uel practica tripliciter. ſ. ratione ſciti, modi, & finis, 1ª. q. 14. 16. c.

56 Scientia de non operabili, eſt ſpeculatiua tantum, ordinata uero ad operationem, eſt practica tantum, ſpeculatiua uero, ratione modi uel finis, eſt ſecundum quid ſpeculatiua, & practica, 1ª. q. 14. 16 c.

57 Omnis ſcientia operatiua, tanto perfectior eſt, quanto magis conſiderat particularia, in quibus actus eſt, 1ª. quæſtio. 22. 3. 1m.

58 Scientiarum practicarum illa eſt dignior, quæ ad ulteriorem finem ordinatur, ut ciuilis militari, 1ª. q. 1. 5. c.

59 Omnes fines ſcientiarum practicarum ordinatur ad beatitudinem æternam, ſicut ad ultimum finem, 1ª. quæſtio. 1. 5. c.

60 Scientia practica triplex. ſ. monaſtica ſeu ethica, œconomica, & politica, 22æ. q. 47. 11. b. *. q. 48. 2m.

61 Scientia duplex. ſ. ſubalternans, & ſubalternata. Prima procedit ex principijs per ſe notis, lumine naturalis intellectus, ſecunda uero ex principijs per ſe notis, in ſcientia ſuperiori, 1ª. q. 1. 2. c. 1m. *. 6. 2m.

62 Intellectus qui eſt habitus principiorum eſt nobilior, quàm ſcientia cōcluſionum, 12æ. q. 51. 2. 3m. *. q. 57. 2. 2m. *. q. 63. 2. 3m. *. q. 68. 7. c.

63 Vna ſcientia eſt dignior alia dupliciter, ſcilicet ratione nobilioris ſubiecti, uel quia certior, 1ª. quæſt. 1. 5. c. *. 12æ. quæſtio. 66. 5. 3m.

64 Aliqua ſcientia imperat alijs, tanquam ancillis, eis utendo, 1ª. q. 1. 5. b. *. 2m.

65 Ciuilis præcipit omnibus ſcientijs & artibus, ſed ſpeculatiuis quo ad exercitium actus, non autem quo ad determinationem actus, ſicut practicis, 12æ. q 47. 2 2m.

66 Scientia eſt donum neceſſarium, ad iudicium diſcernendi credenda à non credēdis, ſicut donum intellectus, ad ſanè capiendum credenda, 22æ. q. 8. 6. c. *. q. 9. 1. 0.

67 Scientia quæ eſt donum, non eſt diſcurſiua, quia eſt participata ſimilitudo ſcientiæ Dei, 22æ. q. 9. 1. 1m.

68 Donum hoc, eſt tantum circa res humanas, uel creatas, quia eſt certitudo iudicij per cauſas ſecundas, 22æ. q. 8. 6. c. *. q. 9. 2. 0. *4. c.

69 *Et eſt principaliter ſpeculatiuum, & ſecundario practicum, ſicut & fides, 22æ. quæſt. 8. 6. c. *. quæſt. 9. 3. 0. *. quæſtio. 52. 2. 2m.

70 Donum ſcientiæ, eſt in omnibus habentibus charitatem. nō autem prout eſt gratia gratis data. ſ. ad inſtruendum fideles, & ad confutandum aduerſarios, 1ª. q. 1. 6. 3m fi. *. 12æ. q. 58. 5. 1m. *. 2m. *. 22æ. q. 9. 1. 2m.

71 Dona intellectus & ſcientiæ, correſpondent fidei, 22æ. q. 1. princ. 1. q. 8. princip.

72 Donum ſcientiæ, non directe correſpondet prudentiæ, ſed per quandam extenſionem, cum adiuuat *donum autem conſilij*, directe reſpondet prudentiæ, ſicut circa eandem exiſtens, 22æ. q. 52. 2. 2m.

1 Scientificum & ratiocinatiuum, nō ſunt idem quod ratio ſuperior & inferior, quia ſcientificum eſt tantum ſpeculatiuum: & eſt de Deo & de creatura, 1ª. q. 79. 9. 3m.

1 ¶Scire contingit plura, intelligere uero unum, 1ª. q. 85. 4. 0.

2 Scire contingit dupliciter, ſcilicet per reuelationem, certitudinaliter per ſeipſum, & per coniecturas ſignorum, 12æ. q. 112. 5. c.

1 ¶Schiſma,

1 ¶Schiſma eſt ſeparatio propria ſponte & intentione, ab unitate eccleſiæ, renuens ſubeſſe Papæ. & communicare membris eccleſiæ, 22æ.q.39.1.o.°.4.c.
2 ſchiſma per ſe. i. ea intentione, eſt ſpeciale peccatum, oppoſitum unitati eccleſiæ. Et dicitur à ſciſſura animorum. 22æ. q.39.1.o.
3 ſchiſma eſt maximum peccatorum in proximum, 22æ. quæſtio. 39.2.3m.
4 Infidelitas ſecundum ſe eſt grauius peccatum ſchiſmate, ſed per accidens eſt econuerſo. Sed in lege ueteri, ſchiſma grauius fuit punitum, propter pronitatem, & ignorantiam Iudæorum. 22æ.q.36.2m.
1 ¶Schiſmatici proprie dicuntur, qui propria ſponte & intentione ſeparant ſe ab unitate eccleſiæ, renuentes ſubeſſe Papæ, & communicare membris eccleſiæ, 22æ. quæſtio.39.1.4.c.
2 Poteſtas ſpiritualis duplex. ſ. ſacramentalis, & iuriſdictionis. Prima manet in hæreticis, & ſchiſmaticis ſecundum eſſentiam, non autem ſecundum uſum. Ideo poſſunt ordinare & conſecrare, non autem abſoluere, excommunicare, dare executionem ordinum: gratias, uel indulgentias, quia iuriſdictio confertur per ſimplicem iniunctionem hominis. 22æ.q.39.3.o.°.3ª.q.64.9.2m.°.3m.
3 ſchiſmatici conuenienter puniuntur duplici pœna. ſ. excommunicatione, & coerceri per poteſtatem ſecularem. 22æ. quæſt.39.4.o.
¶Schiſmos Græce, furor Latine dicitur. Et ſignificat uelocitatem iræ, & firmitatem propoſiti, ad vindictam. Ideo dicit primam & tertiam ſpeciem iræ, 22æ.q.46. 8.2m.
1 ¶Scripturæ principalis autor, eſt ſpiritus ſanctus. 1ª. quæſtio.1.10.c.
2 ſcriptura ſacra ſic debet exponi, quod ab infidelibus non irrideatur, 1ª.q.1.9.2m.°.q.68.1.c.princ.
3 Aſſerere aliquid eſſe de ſacra ſcriptura, quod nõ eſt, multum nocet, 1ª.q.68.1.c.
4 In omnibus quæ ſcriptura per modum narrationis hiſtoricæ tradit, eſt pro fundamento tenenda ueritas hiſtoriæ, & deſuper ſpirituales expoſitiones fabricandæ, 1ª.q.102.1.c.
5 Quod ergo dicitur, quòd Deus loquebatur Moyſi facie ad faciem, ſecundum opinionem populi, loquitur ſcriptura, qui putabat Moyſen ore ad os loqui cum Deo. 22æ.quæſt. 98 3.3m.
6 ſicut ſcriptura libri, eſt ſignum eorum quæ fienda ſunt, ita notitia Dei, eſt quoddam ſignum apud ipſum, eorum qui ſunt perducendi ad uitam, 1ª.q.24.1.c.
6 Pythagoras & Socrates nihil ſcripſerunt, quia fuerunt excellentiſſimi Doctores. 3ª.q.42.4.c.
1 ſcurrilitas eſt iocularitas, ex defectu rationis, nõ ualentis cohibere geſtus exteriores. 22æ.q.148.6.c.
2 ſcurrilitas pertinet ad uerba, ratione inhoneſtatis, multiloquium uero ratione ſuperfluitatis. 22æ. quæſtio. 53.5.4m.°. q.148.6.c.
3 ſcurrilitas procedit ex actu gulæ. non autem ex actu luxuriæ, ſed ex uo untate eius. Ideo pertinet ad utraque. 22æ. quæſtio.148.6.3m.
¶Se, eſt relatiuum reciprocũ. Ideo magis dicit unitatem ſuppoſiti, quàm ille terminus. idem. 3ª.q.3.2.2m.
¶Sebaſtianus uiriliter latitabat ſub ueſte militari, in domo Diocletiani, ut deficientes in tormentis confortaret. 22æ. q.10.10.2m.
¶Seculum nihil eſt aliud, niſi periodus cuiuslibet rei, pro quo aliquando ponitur æuum, uel æternum. 1ª.quæſt.10.2. 2m.°.6.1m.
1 ¶Securitas perfecta pertinet ad præmium uirtutis. ſed ſecuritas ſecundum participationem, eſt conditio alicuius uirtutis. 22æ.q.129.7.3m.
2 ſecuritas non eſt idem quod fortitudo, ſed eſt conditio eius, & magnanimitatis. ſi ſit quando, & in quibus debet. 22æ.q. 129.7.1m.°.2m.
3 ſecuritas opponitur timori, priuatiue tantum, audacia uero contrarie. 12æ.q.45.1.3m.
4 ſecuritas magis opponitur timori, quàm pertineat ad ſpem. Nec etiam ad negligentiam, niſi inquantum diminuit æſtimationem ardui. 12æ.q 46.8 1m.
1 ¶Sedere neceſſe eſt Socratem, dum ſedet. 22æ.q.49.6.c.
2 ſedere ad dexteram patris in beatitudine eius, uel habere regiam & iudiciariam poteſtatem, conuenit ſoli Chriſto, ſecundum utranque naturam, 3ª.quæſtio.57.2.3m.°.quæſtio 58 o.
3 Pater nullo modo ſedet ad dexteram filij, nec ad dexteram ſpiritus ſancti, nec filius, ſed econuerſo. 3ª.q.58.2.3m.
4 ſedere ad dexteram patris, conuenit ſpiritui ſancto, ſecundum ueritatem, inquantum eſt æqualis eis. Sed non appropriatur ei æqualitas, nec ſeſſio dexteræ, ſed filio. 3ª.quæſt. 58.2.3m.
5 Quilibet ſanctus, eſt conſtitutus ad dexteram Dei. Sed non ſedet ibi, quia habet beatitudinem, ſed non cum dominatiua poteſtate, quaſi propriam & connaturalem. 3.quæſt. 17.4.2m.
6 Nullus ſedet ibi in ſiniſtra, quia ibi nulla eſt ſiniſtra. i. nulla miſeria. 3ª.q.58.1.2m.
1 ¶Seditio & ſchiſma, continentur ſub diſcordia. ſ. partiũ multitudinis ad inuicem. 22æ.q.42.1.1m.°.3m.
2 ſeditio eſt ſpeciale peccatum. ſ. mutua impugnatio inter partes multitudinis, uel præparatio ad pugnam. Rixa uero eſt unius ad unum, uel paucorum ad paucos. Sed bellum eſt inter diuerſas multitudines. Et utrũque eſt pugna in actu, non præparatio. 22æ.q.42.1.o.
3 ſeditio eſt ſemper de ſe peccatum mortale. Et eſt grauius rixa. Et principaliter eſt in procuratoribus. ſecundo, in ſequentibus, non autem in defendentibus bonum commune. 22æ.q.42.2.o.
4 ſeditio ponitur unitati, & paci multitudinis. 22æ.q.39.prin.° q.42.1.2.c.
5 ſeditio opponitur unitati temporali, & ſeculari: ſchiſma uero ſpirituali. Prima eſt cum præparatione ad pugnam, nõ autem aliud. 22æ.q.22.1.2m.
¶Segnities eſt fuga operationis, & ex timore laboris. 1ª.q.41. 4.o.°.q.44.4.3m.
1 ¶Semen extenſo nomine, dicitur non ſolum ſperma, ſed etiã menſtruum. 1ª.q.119.2.3m.
2 ſemen non fuit pars aliqua in actu, reſpectu generantis, ſed in potentia totum ſecundum potentiam actiuam. 1ª.quæſtio.119.2.o.
3 ſemen eſt de ſuperfluo alimenti. 1ª.q.119.2.c.
4 ſemẽ eſt ſuperfluum, reſpectu nutritiuæ: ſed eſt neceſſarium, quo indiget natura ad generationem. 22æ. quæſtio. 153. 3.1m.
5 ſemen eſt album, quia eſt ſpumoſum, ut poſſit continere ſpiritum uitalem, in quo eſt uirtus formatiua ut forma: ſed magis ut motor. 1ª.q.118.1.3m.
6 ſemen maſculi non cõcurrit ad generationem, ſicut materia in compoſitione geniti: ſed ſicut agens. 3ª.quæſt. 18.1.5m°. quæſt.31.5.c.
7 ſemen mulieris nihil facit ad generationem prolis: ideo aliquæ concipiunt ſine eo. 3ª. quæſtio.31.5.3m.°. quæſtio. 35.3.5m.
8 Filius eſt de ſubſtantia patris: quia ſemen ſecundum potentiam actiuam, eſt potentia totum, licet non ſit actu aliqua pars patris. 1ª.q.119.2.1m.
9 Virtus animæ, quæ eſt in ſemine, per ſpiritum qui eſt in ſemine, format corpus in generatione. 3ª.q.32.1.1m.
10 Virtus formatiua ſeminis, dicitur intellectus, quia operatur ſine organo. 1ª.q.118.1.3m.
11 Homines pingues, & animalia magna ut elephas, pauci ſunt ſeminis, & paucæ generationis, quia cõuertitur in pinguedinem & ſubſtantiam. 1ª.q.119.2.c.ſi.
¶Senarius numerus, dicitur numerus perfectus, ratione partium, quia conſurgit ex omnibus ſuis partibus aliquotis: ideo congruit perfectioni uniuerſi, & operum Dei in ſex diebus. 1ª.q.74.1.c.
¶Senes ſunt ſuſpicioſi, & amant uinum, propter frigiditatem: ſed anus magis, & ſunt fabuloſi. 21æ.q.60.3.c.
1 ¶Senſibile duplex, ſcilicet per ſe, & per accidens: ſenſibile per ſe duplex. ſ. proprium, & commune. 1ª.q.17.2.c.°.quæſtio. 78.3.1m.
2 ſimilitudo ſenſibilium, eſt in ſenſu tripliciter. ſ. primo, & per ſe reſpectu ſenſibilium propriorum, per ſe, ſed non primo, reſpectu communium, & per accidens tantum, reſpectu ſenſibilium, per accidens. 1ª.q.17.1.c.
3 ſenſus in actu eſt ſenſibile in actu. 1ª.quæſt.14. 2.c.° quæſt. 55.1.2m.
4 ſenſibilium aliqua immutant ſenſum, ſpiritualiter tantum, ut color, quædam materialiter, ut guſtabile & tangibile: alia uero utroque modo. 1ª.q.67.1.c.° q.78.3.c.
1 ¶Senſualitas. ° Aliquid pertinet ad ſenſualitatem dupliciter. ſ. ut præambulum, ſicut apprehenſiue ſenſitiuæ, & eſſentialiter, ut appetitiue tantum, 1ª.q.81.1.1m.
2 ſenſualitas dicitur à ſenſu, & eſt uis appetitiua ſenſitiuæ partis. 1ª.q.81.1.o.
3 ſenſualitas non nominat ſimpliciter unam potentiam, ſed unam ſecundum genus, ſcilicet appetitiuam ſenſitiuam. 1ª.q 80 2.c.
4 ſenſualitas nominat appetitum ſenſitiuum, ut indiſtinctus, incom-

incompletus, & depreſſus eſt: ideo non poteſt eſſe ſubiectum uirtutis: ſed perpetuæ corruptionis, ideo differt tantum ratione à concupiſcibili, & iraſcibili, quia nominant idem, ſed oppoſito modo, 1ª.quæſt.81.3.1m.°.12æ.quæſtio.74.3.1m.

5 °ſinguli motus ſenſualitatis, ſunt in poteſtate noſtra, non autem omnes ſimul.12æ.q.74.3.1m.°.22æ.q.154.5.c.

6 Ratio tripliciter ſe habet ad motum ſenſualitatis, de genere peccati mortalis, ſcilicet ut imperans uel conſentiens, ut reſiſtens, & naturaliter. primo modo peccat mortaliter, tertio uenialiter, non autem ſecundo, ſed meretur. 22æ.q.154.5.c.

7 ſenſualitas non poteſt ſanare à corruptione fomitis, niſi per miraculum, quod tamen non fit in hac uita quadruplici ratione, ſcilicet quia ipſe Deus ſecundum ordinem ſuæ ſapientiæ ſic diſpoſuit, & quia donum gratiæ, quæ per Chriſtum nobis confertur, quamuis ſit efficacius, quàm peccatum primi hominis, non tamen ordinatur ad remouendum corruptionem prædictam, quæ eſt naturæ, ſed ad remouendum culpam perſonæ, ſimiliter etiam huiuſmodi corruptio, quamuis ſit contra ſtatum naturæ primitus inſtitutæ, eſt tamẽ conſequens principia naturæ ſibi relictæ. Et etiam homini utile ad uitandum elationis uitium, ut ſenſualitatis infirmitas maneat poſt baptiſmum, 12æ.quæſtio.74.3.2m.

1 ¶Senſus eſt potentia paſſiua.1.q.79.3.1m.

2 ſenſus eſt uirtus corporea, ideo eſt cognoſcitiuus corporaliũ tantum, & non ſpiritualiũ.1ª.q.12.3.c.°.4.3m.°.q.8.1.c.°.12æ.q.3.3.c.°.22æ.q.46.3.c.3m.

3 Non datur ſenſus agens.1ª.q.79.3.1m.

4 °Senſus eſt quędam deficiens participatio intellectus 1ª.quæſtio.77.7.c.

5 ſenſus quandoque ſumitur pro iudicio rationis. 22æ.quæſt.46.3.c.3m.

6 ſenſus dicitur tripliciter. ſ. natura ſenſitiua, potentia, & actus. 1ª.q.79.1.1m.

7 ſenſus exteriores ſunt tantum quinque, ſecundum quinque modus immutationis ab obiectis. ſ. uiſus, auditus, olfactus, guſtus, & tactus.1ª.q.78.3.o.

8 ſenſus interiores ſecundum Ariſtotelem, ſunt tantum quatuor ſecundum quatuor modos operationum ſcilicet ſenſus communis, imaginatiua, ęſtimatiua in alijs animalibus ſiue cogitatiua in homine, & memoria ſenſitiua, licet ſint quinque, ſecundum Auicennam. ſ. ſenſus communis, imaginatiua, phantaſia, ęſtimatiua, & memoria ſenſitiua, 1ª.q.78.4.o.

9 ſenſus non apprehendit rationem eſſendi, nec intentionem entis, nec formam ſubſtantialem, niſi per accidens, ſed tantum accidentia ſenſibilia. 1ª.q.57.1.2m.°.q.67.3.c.°.quæſtio.75.6.c.ſi.

10 ſenſus non poteſt cognoſcere ſubſtantiam.12æ.q.31.5.c.

11 ſenſus nõ poteſt cognoſcere uniuerſalia, quia non poteſt recipere formam immaterialem, quia ſemper recipit in organo corporali. 1ª.q.12.4.c.°.q.85.1.c.°.12æ.q.5.1.1m.°.q.19.5.c.°.q.29.6.o.

12 Nullus ſenſus diſcurrit à cauſis ad effectus, nec econuerſo, ſed tantum intellectus.1ª.q.58.4.5.o.°.q.85.5.o.

13 ſenſus dupliciter immutatur. ſ. interius, & exterius ab obiecto.1ª.q.111.4.c.

14 ſenſus exterior apprehendit tãtum rem præſentem, interior autem etiam abſentem.1ª.q.78.4.c.6m.°.q.81.3.3m.°.12æ.q.15.1.c.°.q.17.7.3m.°.q.35.2.2m.

15 Obiectum ſenſus communis, eſt ipſum ſenſibile, quia cum ſit una potẽtia, extendit ſe ad omnia obiecta quinque ſenſuũ exteriorum. 1ª.q.1.3.2m.

16 ſenſus communis, non eſt communis ut genus, ſed ut radix & principium ſenſuum exteriorum, uel ut reſpicit obiectum ſub uniuerſaliori ratione formali. 1ª.q.1.3.2m.°.q.78.4.1m.

17 ſenſus communis fertur in omnia ſenſibilia, ſecundũ unam communem rationem, ad quam nullus ſenſuum propriorum pertingere poteſt.1ª.q.1.3.2m.

18 ſenſus communis, cognoſcit differentias ſenſibilium diuerſorum generum, & intentiones ſenſuum, nõ autem ſenſus proprius.1ª.q.14.2.1m.°.q.57.2.c.°.q.78.4.2m.

19 ſenſus proprius diſcernit inter contraria ſenſibilia, inquantũ participat aliquid de uirtute ſenſus communis, ſed ultimũ iudicium & ultima diſcretio, pertinet ad ſenſum communem, qui iudicium aliorum perficit. 1ª.q.78.4.2m.ſi.

20 ſenſus formam habẽs propriam operationem. ſ. iudicium de proprijs obiectis, ſed iudicium eorum, ſenſus communis perficit.1ª.q.78.4.2m.ſi.

21 °Sentire, & intelligere, ſunt actiones immanentes, 1ª.q.14.2.1m.°.q.54.2.c.°.12æ.q.31.5.c.

22 ſentire non ſemper accipitur pro actu ſenſus, ſed quandoq; pro actu intellectus, ſecundum quod intellectus quandoq; ſenſus dicitur 1ª.q.54.5.1m.°.22æ q.46.1.c.3m.

23 ſenſus theologiæ duplex. ſ. literalis, uel hiſtoricus, quem uoces ſignificant & ſpiritualis uel myſticus, quem res habent. Et eſt triplex allegoricus. i. figuratiuus, tropologicus. i. moralis, & anagogicus, ideſt cœleſtis. 1ª.quæſtio.1.10.o.°.12æ.q.102.2.c.

24 In ſacra ſcriptura, præter principalem ſenſum, quem auctor intendit, poſſunt alij ſenſus, non incongrue aptari.1ª.q.1.9.2m.°.10.1m.°.q.102.1.c.

25 Nulla alia ſcientia uel ſcriptura, præter ſacram ſcripturam, habet ſenſus ſpirituales, ſed tantum literalem.1ª.q.1.10.c.

26 Multiplicitas iſtorum ſenſuum, non facit ęquiuocationem, nec aliquam ſpeciem multiplicitatis.1a.q.1.10.1m.

27 ſenſui literali ſacræ ſcripturæ, nũquam poteſt ſubeſſe falſum. 1ª.q.1.10.3m.

28 ſenſus literalis eſt quem auctor ſacræ ſcripturæ intendit. 1ª.q.1.10.c.

29 ſenſus ſpiritualis ſacræ ſcripturæ fundatur ſuper literalem, & eum præſupponit.1ª.q.1.10.c.1m.

30 in una litera ſacræ ſcripturæ, ſunt plures ſenſus literales. 1ª.q.1.10.c.ſi.

31 ſenſus parabolicus continetur ſub literali, non autem figura eius. 1ª.q.1.10.3m.°.12æ.q.102.2.1m.

32 Nihil cõtinetur ſub ſenſu ſpirituali, neceſſarium fidei, quod ſcriptura non tradat alicubi manifeſte per ſenſum literalem.1ª q.1.9.2m.°.10.1m.

1 ¶Sententia eſt applicatio iuris, ad particulare factum. 12æ.q.96.1.1m.22æ.q.67.1.c.

¶ Separatio eſt delectabilis dupliciter. ſ. inquantum tollitur contrarium perfectioni rei, uel inquãtum aliqua unio fit, 12æ.q.36.3.2m.°.3m.

¶September eſt quaſi totus ſolemnis, apud Iudæos, ſicut & ſeptimus dies.12æ q.102.4.o.

SEPTENARIVS numerus uniuerſitatem ſignificat. 12æ.quæſtio.102.5.5m.

1 ¶Sepultura.°.Mos cuiuſcunque gentis in ſepultura, & in officijs eius, ſeruari debet. 3ª.q.51.2.2m.

2 Terra non conſecrata in ſepulturam, poteſt emi in ſepulturam, & ſepultura iam conſecrata, poteſt uendi ratione materiæ, in neceſſitate eccleſiæ, ſicut & calix conſecratus ratione materiæ, non autem poteſt uendi ratione conſecrationis, uel officij, uel proceſſionis in funere alicuius, ut aliquis pro pecunia ibi ſepeliatur, tamen non dantes oblationes debitas pro ſuſtentatione, poſſunt compelli dare ſecundum conſuetudinem, & poſſunt puniri per ſacramentorum ſubtractionem, non per ſacerdotem cui ſunt oblationes faciendæ, ne uideatur pro ſacramentorum, uel ſacramentalium exhibitione, aliquid exigere, ſed per aliquẽ ſuperiorem.22æ q.86.1.3m.°.quæſt.100.2.4m.°.3.2m.°.4.1m.°.2m.°.3m.

3 ſepultus non confert mortuo quo ad ſpiritum, ſed quoad honorem eius, & pium affectum uiuentium, ideo pro ea quidam commendatur.22æ.q.32.2.1m.

4 ſepulturam non ponit Chriſtus inter opera miſericordiæ, ſed ſolum ea quæ ſunt euidentioris neceſſitatis.22æ.quæſt.32.2.1m.

5 Chriſtus uoluit cruci figi, ubi ſepultus eſt Adam. ſ. in Hebron, ſed in Caluariæ locum communem damnatorum, ut oſtẽderetur quod crux Chriſti eſt in remedium, contra peccatum totius mundi, & non tantum contra peccatum perſonale Adæ. 3ª.q.46.10.3m.

6 ſepultura Chriſti, operata eſt efficienter noſtram ſalutem, ſicut & mors eius. 3ª.q.51.1.2m.°.2.4m.

7 Chriſtus fuit ſepultus conuenienti modo, & redditur ratio literalis, & myſtica omnium geſtorum circa hoc. 3ª.quæſtio.51.2.o.

8 Chriſtus fuit conuenienter ſepultus, ad probandum ueram eius mortem: ad ſpem reſurrectionis noſtræ: & ad exemplum quod abſconduntur à turbis. 3ª.q.51.1.o.°.2.4.c.°.quæſt.52.2.c.

9 Chriſtus fuit in ſepulchro tantum una die uſuali, & duabus noctibus. ſ. triginta ſex horis.3ª.q.51.4.o.°.q.52.4.c.°.quæſtio 51.2.c.

1 ¶Seraphin interpretantur ardentes ſiue accẽdentes.1ª.q.63.7.1m.°.q.3.3m.°.q.180.5.5m.°.q.203.1.3m.

2 Seraphin dicitur ab incendio, ſecundum tres proprietates ignis. ſ. motus continuus ſurſum, exceſſus feruoris, & lux, 1ª.q.108.5.5m.

3 Seraphin

9 Seraphin eſt primus ordo primæ hierarchię angelorum, quia in amando eſt completiſſima unio ad Deum, quia facit interiora amati penetrare, 1a q.63.7.1m.°.9.3m.°.quæſt.108.6.5m.°.q.109.1.3m.

4 Imagines cherubin & ſeraphin fuerũt in templo Salomonis, non quidem ad cultum, ut adorarentur, ſed ad myſteriũ. 12æ.q.102.4.6m.co.1.ſi.

1 Sermo.°.in ſermone eſt aliqua gratia gratis data, ad efficaciter loquendum, ſicut donum linguarum, ad poſſe intelligi à diuerſis.22æ.q.177.1 o.

2 Gratia ſermonis, dupliciter ſubtrahitur.ſ.uel propter culpam auditoris, uel prædicatoris, & bona opera utriuſque non merentur eam, niſi remouendo impedimenta eius.22æ.q.177.1.3m.

1 ¶Seruire.°. Qui ſeruit homini, ſufficit ꝙ ei ſubiiciatur obediẽdo in licitis, ſed qui ſeruit Deo, oportet ꝙ ſubiiciatur ei interius bonum affectum habendũ.22æ.q.105.5.0.

2 Copula carnalis, retrahit animum à ſeruitio Dei, propter uehementiam delectationis, & ſollicitudinem, 22æ.q.186.4.c.

1 ¶Seruitus.°.Seruus dicitur ad dominum, ideo ubi eſt ſpecialis ratio dominij, oportet eſſe ſpecialem rationem ſeruitutis.22æ.q.81.1.3m.°. q.104.5.0.

2 Relatio ſeruitutis & dominij, fundatur ſuper actione & paſſione, ideo proprie non conuenit naturæ, ſed perſonæ ſecundum naturam. 3a.q.20.1.2m.°. 2.c.

3 ſeruitus naturaliter refugitur, quia eſt impeditiua boni uſus poteſtatis.12æ.q.2.4.3m.

4 ſeruitus eſt contra naturam, quo ad primam intentionem naturæ, non autem contra ſecundam, quia naturalis ratio ad hoc inclinat, & hoc appetit natura, ut quilibet ſit bonus, ſed ex quo aliquis peccat, natura etiam inclinat, ut ex peccato pœnam reportet. Et ſic ſeruitus in pœnam peccati introducta eſt 12æ.q.94.5.3m.

5 ſeruitus quæ eſt de iure gentium, eſt naturalis, non quidem abſolute, ſed ratione utilitatis conſequentis, ſ. quod quis regatur à ſapiente, & iuuet eam. 12æ.quæſt.94.5.3m.°.22æ.q.57.3.3m.

6 Homo eſt ſeruus alterius hominis ſecundum corpus, non autem ſecundum mentem. 22æ q.104.5.c.2m.°.b.1m.°.quæſtio.122.4.3m.

7 Vernaculus.i.in ſeruitute natus, uel ſeruus emptus ad ſeruitium Iudæorum, ſi fiat Chriſtianus, liberatur à ſeruitute, nullo pretio dato. Si uero infidelis exiſtens ſit emptus ad mercationem, tenentur per ſtatutũ eccleſiæ infra tres menſes exponere eum uenditioni, nec in hoc iniuriam facit eccleſia.22æ.q.10.10.c.

8 In ſpiritualibus eſt duplex ſeruitus & duplex libertas.ſ.peccati, & iuſtitiæ.22æ.q.183.4.c.

9 ſeruitus triplex.ſ.peccati hominis, & Dei. 22æ.q.122.4.3m.°.q.83.4 c.

10 Homo iuſte relictus eſt à Deo in ſeruitute diaboli, licet ille iniuſtè inuaſerit eum. 3a.q.46.3.3m.°.quæſtio.48 4.2m.°.q.49.2.c.

11 ſeruitus peccati, eſt uere ſeruitus, ſed eſt libertas ſecundum opinionem tantum, ſeruitus autem Dei eſt ecõuerſo.22æ.q.183.4.c.

12 Cum per matrimonium alter coniugum alteri obligetur ad libere reddendum debitum, ſeruitutis conditionem neceſſe eſt dirimere matrimonium, dummodo ſit ignorata. Suppl.q.52.1.0.

13 Cum matrimonium ad ius naturæ referatur, poteſt ſeruus ſine domini ſui conſenſu libere matrimonium contrahere. Suppl.q.52.2.c.

14 Virum ſubiiciatur uxori in his tantum, quæ ad actum naturæ ſpectant, poteſt alteri ſe in ſeruum dare, abſque ſuæ uxoris conſenſu.Suppl.q.52.3.0.

15 Proles ac filij matrem potius ſequuntur in libertatis ac ſeruitutis conditione, quam patrem. Quanquam in quibuſdam hoc excipiatur terris, in quibus proles deteriorem ſequitur conditionem. Suppl.q.52.1 c.

¶Sexta dies creationis. 1a.q.70.1.c.°.q.72.0.°.q.90.4.c.°.quæſtio.91.4.5m.

1 ¶Sexus.°. Diuerſitas ſexuum in eodem, uel in diuerſis, cauſatur ex uirtute cœleſti, & ex diſpoſitione materiæ. 1a.quæſtio. 115.3.4m.

2 Prophetia poteſt conuenire mulieri, quia attenditur ſecundũ mentem illuminatam à Deo, ex qua non eſt diuerſitas ſexuum.22æ.q.177.2.2m.

¶Sibylla expreſſe prophetauit de Chriſto.22æ. q.2. 7.3m.°.q.72.6.1m.

¶Sicut, importat ſimilitudinem, non autem æqualitatem. 1a.q.60.4.2m.

1 ¶Significatio.°.Terminus ſingularis, idem ſignificat & ſupponit ſecundum ſophiſtas, non autem terminus communis. 1a.q.39.4. art.1.

2 Nomen non ſignificat, niſi mediante cõceptione intellectus. 1a.q.13.1.c.°.4.c.1m.°.9.2m.

3 Modus ſignificandi, ſequitur modum intelligendi. 1a.quæſt.45.2.2m.

4 Ad proprietatem locutionis, requiritur res ſignificata, & modus ſignificandi. 1a.q.39.4.5.c.

5 Variatio dictionis in principio, mutat ſignificationem, & uariatio in fine, mutat conſignificationem apud Latinos. Sed apud Græcos mutat in uerbo, etiam in prin. 3a.q.60.7.3m.

1 ¶Signi poteſt eſſe ſignum, reſpectu diuerſorum, & ſui ut eſt in alia ſpecie, non autem in eadem ſpecie. 3a.q.48.3.2m.

2 ſignum multorum ordinatorum ad unum, non eſt ambiguũ & fallax, ſed eſt certum. 3a.q.60.3.1m.

3 ſignum quandoque dicitur cauſa. ſ.quando eſt notior effectu. Sed ſæpius dicitur de effectu, & diuiditur contra cauſam. Tamen ideo potius dicit ſcriptura, ut luminaria ſint in ſigna, quàm in cauſas, ut occaſionem idolatriæ tolleret. 1a.q.70.2.2m.

4 Cauſa principalis non poteſt propriè dici ſignum effectus. licet occulti, & cauſa ſit ſenſibilis, & manifeſta, ſed tantum cauſa inſtrumentalis. 3 q.62.1.1m.

5 ſignum primo & principaliter, conuenit ſenſibilibus. Nõ autem intelligibilibus, niſi ut ſunt manifeſtata per ſenſibilia. 1a.q.60.4.1m.

6 Petere ſignum à Deo, contingit dupliciter.ſ.ad explorandum poteſtatem Dei, uel ueritatem dicti eius, & ad inſtructionẽ. Primum eſt peccatum tentationis Dei, non autem ſecundum.22æ.q.97.2.3m.

7 Multa ſigna præcedent diem Iudicij. Suppl.q.73.1.0.

8 Sol & Luna obſcurabuntur ad incutiendum terrorem hominibus. Suppl.q.73.2.c.

9 Virtutes propter rei nouitatem & ſplendorem mouebuntur. Suppl.q.73.3.0.

1 Syllogiſmus.°.In agendis ſit ſyllogiſmus cuius maior uniuerſalis, eſt intellectus practici, minor uero particularis, eſt rationis particularis.i.cogitatiuæ. concluſio autem eſt in electione operis.22æ.q.76.1.c.°.q.90.1.2m.

2 ſyllogiſmus neceſſario eſt in quolibet actu uirtutis, & peccati. Sed temperatus & intemperatus, ſyllogizant ex triplici propoſitione, continens autem, & incontinens, ex quadruplici propoſitione, ſed diuerſimode. 12æ.q 77.2.4m.

¶Syluester Papa excommunicauit eos à quibus exulauit, non quidem ex uindicta, ſed ex zelo Dei.22æ.q.108.1.4m.

1 ¶Symbolum.°.Neceſſe fuit edere plura ſymbola, cõtra diuerſas hæreſes. Nec differunt, niſi quod explicatur in uno, implicitum in alio.22æ.q.1.9.2m.°.10.1m.°.2m.

2 Edere nouum ſymbolum, pertinet tantum ad Papam, ſicut & cætera pertinentia ad totam eccleſiam.22æ.quæſt.1.10.0.°.q.11.2.3m.

3 In ſymbolis dicitur credo in Deum, in perſona eccleſiæ, cuius fides eſt formata, quæ inuenitur in omnibus illis, qui ſunt numero & merito de eccleſia: & ut ſiqui fideles fidem formatam non habent, ad hanc formam pertingere ſtudeant.22æ.q 1.9.3m.

4 In ſymbolo Apoſtolorum, melius dicitur ſanctam eccleſiam, quàm in ſanctam eccleſiam. Tamen ſi dicatur, in ſanctam eccleſiam, intelligitur in ſpiritum ſanctum, ſanctificantem eam.22æ.q.1.9.5m.

5 In quolibet concilio compoſitum eſt aliquod ſymbolum, nõ quidem aliud à præcedenti, ſed explicans aliquid implicitum in priori, contra nouam hæreſim.1.q.36.1.2m.

6 In ſymbolo patrũ, nihil explicatur de deſcenſu Chriſti ad inferos, quia nullus error exortus eſt cõtra hoc.22æ.q.1.9.4m.

7 ſymbolum patrũ, publice cantatur in miſſa, quia editum fuit fide iam manifeſtata, & eccleſia pacem habẽte. & eſt declarans ſymbolum Apoſtolorum, editum tẽpe perſecutionis, fide nondum propagata. Ideo ſymbolum Apoſtolorum occulte dicitur in prima, & in completoriũ, quaſi contra tenebras errorum præteritorum & futurorum. 22æ.q.1.9.6m.

8 ſymbolum patrum dicitur poſt euãgelium, quaſi expoſitio eius. Illud autem ſymbolum Athanaſij dicitur in prima, quaſi repulſis iam hæreticorum tenebris. Et utrunque dr̃ tantum in diebus, in quibus homines magis conſueuerũt uenire ad eccleſiam, & in quibus ſolennizatur aliquid de pertinentibus ad articulos fidei. 3a.q.83.4.c.

9 Athanaſius compoſuit manifeſtationem fidei, non quidem per modum ſymboli, ſed per modum doctrinæ, licet auctoritate Papæ, habeatur ut regula fidei, quia integrã fidei ueritatem breuiter continet.22æ.q.1.10.3 3m.

1 ¶Simile-

1 ¶Similitudo eſt relatio æquiparantiæ, non tamen ſemper denominat utrunque extremorum, ſed tantum quando forma eſt æqualiter & eadem ratione in utroque extremorū, 1ª.q.4.3.4m *q.42.1.3m.

2 Similitudo duplex. ſ. participationis eiuſdem formæ, & proportionis, 1ª.q.4.3.0.*q.14.3.2m.

3 Similitudo duplex, ſcilicet repræſentationis, & ſecundum cōuenientiam in natura. Prima requiritur inter cognoſcens & cognitum, non autem ſecunda, 1ª. quæſt.85.8.3m.*q.88.1.2m.

4 Similitudo duplex, ſcilicet ut principium, & ut principiatum. Prima dicitur exemplar, ſecunda uero imago, 1ª.q.35.1.2m.

5 Aliqua dicuntur ſimilia dupliciter. ſ. participādo unā formā, & ſecundum quod unum imitatur alterum, ſecundū proportionalitatem. Prima ſunt compoſita. Ideo nulla creatura eſt ſic ſimilis Deo, ſed ſolum ſecundo modo, 1ª.q.4.3.0.*q.44.3.1m

6 Similitudo triplex creaturæ rationalis ad Deum, ſcilicet ſecundum eſſe naturæ, ſecundum cognitionem, & ſecundū poteſtatem operandi ad beatitudinem obtinendam, 22æ.q.163.2.0.

7 Primas duas habuit angelus a principio, & tertiam appetiit. Sed homo, tantum primam habuit in ſua creatione, & reliqua appetijt, 22æ.q 163.2.0

8 Verbum, idea, Deus, & quælibet cauſa, dicitur large ſimilitudo. i. exemplar creaturæ, & effectus, non autem propriè, 1ª q.35.1 1m *q.57.1.2m

9 Similitudo conuenit uerbo* inquantum ipſum eſt quædam ſimilitudo rei intellectæ, ſicut genitum eſt ſimilitudo generantis, ſed ad amorem pertinet, non quod ipſe amor ſit ſimilitudo, ſed inquātum ſimilitudo, eſt principium amādi, & ideo genitum, ſ. uerbum, eſt principium amoris, 1ª.q 27 4.2

10 *Similitudo in diuinis, aliter pertinet ad uerbum, & aliter ad amorem, 1ª.q.27.4.2m.

11 Similitudo & diſſimilitudo in diuinis, attenditur ſecundum eſſentiam, non autem ſecundum relationes, 1ª. quæſt. 36.4.3m.

12 Similitudo & diſſimilitudo attenditur, non ſolum ſecundū qualitatem eandem uel diuerſam, ſed etiam ſecundum eundem uel diuerſum modum participandi, 12æ.quæſt.52.3.c.

13 Conceptio intellectus, eſt ſimilitudo rei intellectæ, 1ª.quæſ.27.2.c.fi.

14 Species intelligibilis noſtri intellectus, non poteſt, eſſe ſimilitudo principiorum indiuidualium, 1ª. quæſt.14.11.1m.*.12.c.

1 ¶*Simonia eſt ſtudioſa uoluntas, emendi uel uendendi aliqđ ſpirituale, uel ei annexum, 22æ.q.100.1.0

2 Simonia non eſt peccatum in ſpiritum ſanctum, 22æ.quæſt.100.1.2m

3 Simonia eſt hæreſis grauior hæreſi Macedonij, quo ad exteriorem proteſtationem, & ſimilitudinem, 22æ. quæſtio.100.1.5m.

4 Actus eſt ſpiritualis dupliciter, ſcilicet ratione principij, id eſt doni uel officij, & ratione finis. Primum licet uendere, non autem ſecundum, quia ſimonia eſſet, 22æ.quæſt.100 3.0.

5 Oratio eſt ſpiritualis utroque modo. Ideo non debet imponi non pretio, quia eſſet ſimonia. Sed licet dare eleemoſynam pauperibus, ut orent, 22æ.q.100.3.2m.

6 Licet uendere iuſtum patrocinium, & iuſtum conſilium. Nō autem uerum iudicium, id eſt ſententiam, nec uerum teſtimonium, quia ad hæc tenentur iudex & teſtis, non autē aduocatus, uel iuriſperitus. Ideo eſſet ſimonia in cauſa ſpirituali, non autem in cauſa ſeculari, 22æ.q.71.4.0.*quæſt.100 3.3m.

7 Papa poteſt incurrere ſimoniam, ſicut & alij. Et grauius eſt peccatum quanto papa eſt maior, quia non eſt dominus ſpiritualium, ſed diſpenſator, 22æ q.100.1.7m.

8 Ante collationem beneficij, licet epiſcopo ſubtrahere de fructibus eius ad pios uſus. Sed requirere ab eo cui cōfert eſt ſimonia, 22æ.q.100.4.3m.

9 Si cum clericus impendat prælato obſequium honeſtum. ſ. ad ſpiritualia, fit dignus eccleſiaſtico beneficio. Non autem ſi ſit inhoneſtum, uel ad carnalia. i. ad utilitatem conſanguineorum, uel patrimonij eius, ſed eſt munus ab obſequio, & ſimonia, 22æ.q.100.5.1m.

10 Dare aliquid aduerſarijs, ne impediant in beneficio eccleſiaſtico, ante acquiſitum ius, eſt ſimonia, non autem poſt, 22æ.q.100.2.5m.

11 Permutatio uel tranſactio beneficij eccleſiaſtici ſine licētia, eſt ſimonia, quia nomine emptionis & uenditionis, prohibetur omnis contractus ſpiritualium non gratuitus. Sed cum licentia prælati, & ex cauſa utili uel neceſſaria ſunt licitè. 22æ.q.100.1.6m

12 Accipere aliquid tēporale pro ſacramentis, eſt ſimonia. Nec conſuetudo excuſat. Non autem accipere ad ſuſtentationē 22æ.q.86.1.3m *q.100.2.0

13 Exigere aliquid pro abſolutione ab excōmunicatione, quaſi pretium abſolutionis, eſt ſimonia, non autem quaſi pœnā pro culpa, 22æ.q.100.2.3m

14 Exigere aliquid pro conſecratione, benedictione, ordinibus, chriſmate, oleo ſancto, uel alio ſpirituali, eſt ſimonia, niſi accipiantur, ut ſtipendia, 22æ.q.100.2.4m

15 Accipere aliquid pro diſpenſatione, commiſſione, correctione, doctrina et officio ſpirituali, feſto faciendo, uel prætermittendo, etiam ad ſuſtentationem, eſt ſimonia, quia ex officio ad ea obligantur, & ſtipendia habent. Tamen uiſitantes poſſunt accipere procurationes, 22æ.quæſtio. 100.3.3m.

16 Statutum de non fienda proceſſione in funere, niſi dentur, eſt illicitum, & ſimoniacum, non autem quòd proceſſio fiat, ſi tot dentur, 22æ.q.100.3.2m

17 Dare uel accipere aliquid quaſi pretium, pro prædicatione, propterea, oratione, officio, & huiuſmodi actibus ſpiritualibus eſt ſimonia. Non autem accipere pro ſuſtentatione, ſecundum ordinationem eccleſiæ, uel conſuetudinem approbatam, non exigendo ab inuitis per ſubtractionem ſpiritualium, ſed per ſuperiorem, 22æ.q.100.3.0.

18 Hypocrita non uidetur eſſe ſimoniacus, quia non dat ſpirituale, propter temporale, ſed demonſtrat ſanctitatem, & furatur laudem, 22æ.q.100 5.4m

19 Emptores ſpiritualium, imitantur Simonem Magū in actu, uenditores autem in intentione: quia noluit emere ut uēderet. Giezi uero tantum uendidit. ideo ſeruli poſſunt dici ſimoniaci, & giezitæ, primi uero, ſimoniaci tantum, 22æ q.100.1 4m.

20 Simonia mētalis, & quodlibet aliud peccatum interius, nullam pœnam eccleſiaſticam incurrit, ſed diuinam, 22æ.q.100.6.6m

21 Simonia & alia peccata, tollunt gratiam, & executionem ordinum. Non autem tollunt ſacramentum, nec impediunt ſuſceptionem eius, 22æ.q.100.6.1m

22 Emens aliquid ſimoniace, punitur priuatione cuiuslibet rei talis. Dantes autem uel mediantes, puniuntur infamia, & depoſitione ſi ſint clerici, ſed laici excōmunicatione. 22æ.q.100.6.0.

23 Recipiens beneficium ſimoniace, tenetur reſtituere illud, & omnes fructus quos potuiſſent percipi, a diligenti poſſeſſore, deductis expenſis, licet alius dederit pro eo, neſciente, præter fructus conſumptos bona fide, niſi fuerit inimicus eius, ut impediret eum, uel niſi contradixerit, nec poſt tantum habuerit, 22æ.q.100 6 3m.

24 Dans pecuniam ſimoniace, non poteſt eam repetere, licet recipiens, eam teneat iniuſtè, 22æ.q.100.6.4m

25 Res ſimoniaca, debet reſtitui eccleſiæ, in cuius iniuriam data eſt, niſi totum collegium ſit in culpa, 22æ. quæſtio.100.6.4m.

26 Nullus debet ordinari ab epiſcopo ſimoniace promoto, & occulto, licet præcipiat, uel excommunicet. Et ſi ordinetur, non poteſt exequi niſi diſpenſetur, licet ignorauerit. Si uero epiſcopus ſit aliter ſimoniacus occultus, quilibet poteſt ordinari ab eo, 22æ.q.100.6.2m

27 Suſcipiens ordinem ſacrum ſimoniace, etiam occulte, ſuſpenſus eſt quo ad ſe, & quo ad alios. Sed dans ordinem, uel dans, ſiue recipiens beneficium, uel mediens, publicè, ſunt ſuſpenſi utroque modo: occultè uero, ſunt ſuſpenſi primo modo tantum, 22æ.q 100.6.2m.1m

28 Solus papa poteſt diſpenſare, cum promoto ſimoniace ſcienter. In alijs autem caſibus, epiſcopus poſt renunciationem facit quadruplicem diſpenſationem. ſ. paruam. i. quo ad communionem laicam magnam, ut ſit in ſuo ordine in alia eccleſia: maiorem, ut ſit in eadem in minoribus; maximam uero, ut in eadem eccleſia, in qua aliquid ſimoniace acquiſiuit, maiores ordines exequatur, non tamē quòd prælationes accipiat, 22æ.q.100.6.7m

1 ¶Simplex aut totum cognoſcitur, aut nihil, 1ª.q.58.5.c.*q.85.6.c* 22æ.q.2.2.2m

2 Pluralitas rationum, non repugnat maximæ unitati, & ſimplicitati, niſi quæ reducitur ad diuerſitatem rei. Ideo conuenit Deo, licet ſit omnino ſimplex, 1ª.q.3.0*q.9.1.c*q.13 2.c.*q.28.2.c.

1 ¶Simplicitas ad uirtutem ueritatis pertinens, dicitur ſimplicitas, quia non tendit in diuerſa, ueritas autem dicitur, in quantum ſigna concordant ſignatis. Ideo ſimplicitas & ueritas, differunt tantum ratione, 22æ. quæſt. 109. 2. 4m *q. 111. 3. 2m.

2 Simplicitas eſt uirtus, ad quam pertinet directe præſeruare ſe a deceptione. 22æ. q. 111. 3. 2m

3 Simplicitas facit intentionem rectam, non quidem directe, quia hoc facit omnis uirtus, ſed indirecte, ſcilicet excludendo duplicitatem, per cuius oppoſitum dicitur, 22æ. quæſt. 109. 2. 4m.

1 ¶Simpliciter dicitur dupliciter. ſ. abſolute, ideſt ſecundũ naturam ſuam, ſiue ſine adiuncto, & totaliter, ideſt uniuerſaliter, ſiue omnino, 22æ. q. 58. 10. 2m. *. quæſt. 109. 4m. *. 3ª. q. 50. 5. c.

2 Vnumquodque dicitur ſimpliciter, ut eſt in actu, ſecundum quid uero ut eſt in apprehenſione, 22æ. q. 6. 6. c

¶Simulatio proprie, eſt mendacium in ſignis factorum exteriorum. Ideo ſemper eſt peccatum. Sed large ſumitur pro fictione, 22æ. q. 111. 1. 0.

¶Sinagoga fiebat in diuerſis locis, ad doctrinam: templũ autem tantum in uno loco, ad ſacrificium. Et utrique ſuccedit eccleſia, 12æ. q. 102. 4. 3m

1 ¶Synderelis non eſt potẽtia, ſed eſt habitus naturalis primorum principiorum moralium, 1ª. q. 79. 12. 0* 13. c. fi. * 3m. * 12æ. q. 94. 1. 2m * 22æ. q. 47. 6. 1m * 3m

2 Actu ſynderelis eſt, remurmurare malo, & inclinare ad bonum, 1ª. q. 79. 1. c.

¶Syneſis eſt uirtus beneiudicatiua de agibilibus, ſecũdum legem communem, gnome uero, ſecundum altiora principia, ſcilicet iuris naturalis, ideo eſt altior, 1ª. quæſtio. 22. 1. 1m. *. 12æ. q. 57. 6. 0. *. 22æ. quæſt. 48. c. fi. *. quæſt. 51. 3. 4. 0. *. q. 53. 2. c.

1 ¶Siniſtrum. *. Dextra pars mundi, eſt auſtralis, ſiniſtra uero, aquilonaris, 12æ. q. 102. 4. 6m. co. 2.

2 Paris dextra, ſignificat bona ſpiritualia, & ſiniſtra, bona temporalia, 12æ. q. 101. 4. 6m. co. 2

1 ¶Sinonyma dicuntur nomina ſignificantia idem, ſecundum eandem rationem, 1ª. q. 13. 4. 1m.

¶Situs. *Quæ pertinent ad ſitum, dicuntur de Deo metaphorice; ut ſedere, & ſtare, 1ª. q. 3. 1. 4m

1 ¶*Sobrietas proprie eſt circa potum inebriatum. Largè uero, eſt circa omnem materiam, quia ſobrius dicitur, quaſi brlam, ideſt menſuram ſeruans, 22æ. q. 143. c. princ. *. q. 149. 2. 0.

2 Sobrietas eſt ſpecialis uirtus, 22æ. q. 149. 2. 0

3 Sobrietas eſt maxime neceſſaria iuuenibus, quia in eis uiget concupiſcentia. Mulieribus autem, quia in eis deficit robur mentis. Senibus uero & epiſcopis, omnibus miniſtris eccleſiæ, & regibus, propter officia, & operationes eorum, 22æ. q. 149. 4. 0.

1 Socrates ditiſſimus Thebanus, abiecit magnum pondus auri, ut Athenis uacaret philoſophiæ, 22æ. q. 186. 3. 3m

¶Sodomia. i. coitus maſculorũ, eſt ſpecies luxuriæ contra naturam, 22æ. q. 142. 4. 3m. fi. *q. 154. 11. 0. * 12. 4m. * 3ª. quæſt. 70. 2. 1m.

¶Sol aliqualiter influit in omnia corpora, 22æ. quæſtio. 47. 5. 2m.

1 Sol propter diſtantiam loci, non eundem caloris effectum habet in Dacia, quem habet in Aethiopia, 1ª. quæſtio. 115. 6. 2m.

1 ¶Solemnitas unicuique adhibetur, ſecundum conditionem eius, & tantum cum quis totaliter mancipatur alicui rei, 22æ. q. 188. 7. c.

1 ¶Solertia non eſt uirtus, quia ſe habet ad bonum, & ad malum, & magis dependet ex naturali ingenio, quam ex aſſuetudine, 22æ. q. 49. 4. 0

2 Solertia eſt ſubtilitas quędam, in non perſpectu tempore medij, ſecundum Ariſtotelem. Vel eſt habitus, ex repentino inueniens quod conuenit, 22æ. q. 48. c.

3 Solertia ualet ad bene conſiliandum, ſed neceſſaria eſt in repentinis, 22æ. q. 49. 4. 2m.

1 ¶Solicitudo eſt ſtudium adhibitum ad aliquid conſequẽdũ, quod maius eſt, ubi eſt timor, & minus eſt, ubi eſt ſecuritas, 22æ q. 47. 9. 3m *q. 55. 6. c.

2 Solicitus dicitur quaſi ſolers citus, quia ex ſolertia animi, uelox eſt ad proſequendum agenda, 22æ. q. 47. 9. c. * quæſt. 49. 4. c.

3 Solicitudo pertinet ad prudentiam, 22æ. q. 47. 9. 0. *q. 48. 5m. *q. 53. prin. q. 54. 2. c

4 Solicitudo temporalium, eſt illicita tripliciter. ſ. ſi in eis ponatur finis, uel ſuperfluum ſtudium, uel timor, 12æ. q. 108. 3. 5m * 22æ. q. 55. 6. 0 * 7. 3. 5. 2m * q. 188. 7. c.

5 Solicitudo de futuris prohibetur, niſi immineat tempus eorum, 22æ. q. 55. 7. 0 * q. 188. 7. 2m.

1 ¶*Solitarius. * Homo poteſt ſolitarius uiuere dupliciter. ſ. uel quaſi ſocietatem humanam non ferens propter animi ſæuitiam, & hoc eſt beſtiale, uel per hoc quod totaliter diuinis rebus inhæret, & hoc eſt ſupra hominem, & ideo philoſophus dicit in primo politicorum, quod ille qui alijs nõ cõmunicat, aut eſt beſtia, aut Deus. i. diuinus. 12æ. q. 61. 5. c. fi. 22æ. q. 88. 8. 5m

2 *Si autem abſque præcedenti exercitio, ſolitaria uita aſſumatur, eſt periculoſiſſima, niſi per diuinam gratiam ſuppleatur, quod in alijs per exercitium acquiritur: ſicut patet de beatis Antonio & Benedicto, 22æ. q. 188. 8. c. fi.

¶Solitudo non eſt eſſentia perfectionis, ſed eſt inſtrumẽtum congruum contemplationi, non autem actioni, 22æ. quæſt. 188. 8. 0.

1 ¶Solus, remouet conſortium dupliciter. ſ. uel ſimpliciter. i. ſolitarius. ſ. qui non eſt cum alio eiuſdem naturæ, uel conditionis, uel reſpectu, alicuius: primo modo ſtat cathegorematice, ſed ſecundo modo ſincathegorematice, 1ª. quæſt. 31. 3. 4. 0.

2 Solus proprie determinat tantum ſubiectum, ſolum, autem, & tantum, poſſunt congrue addi ſubiecto & prædicato, 1ª q. 31. 3. 2m * 4. c.

3 *Hæc proprie non conceditur, Pater, uel Trinitas, eſt ſolus Deus, niſi ex parte prædicati intelligatur aliqua implicatio, 1ª. q. 31. 3. 2m

4 Hæc propoſitio, ſolus Deus eſt pater, cathegorematice eſt falſa, ſed ſyncathegorematice eſt uera in triplici ſenſu, & eſt falſa in uno ſenſu. ſ. formaliter, & communiter, 1ª. quæſt. 31. q. 3. 3m.

5 Hæc propoſitio, ſolus pater eſt Deus, & aliæ ſimiles, cathegorematice ſunt falſæ, ſed ſyncathegorematice ſunt ueræ in duplici ſenſu, & falſæ in uno ſenſu, 1ª. q. 31. 4. 0

6 Hæc propoſitio, ſolus Deus creat, uel generat, uel eſt Deus, & aliæ ſimiles, ſunt falſæ cathegorematice: ſed ſunt ueræ ſyncathegorematice, in duplici ſenſu, 1ª. q. 31. 3. 0

1 ¶Somnium. * Cauſa ſomniorum duplex, ſcilicet interior, id eſt, præcedens cogitatio, uel diſpoſitio corporis, & exterior ſcilicet aer, cœlum, Dæmon. & Deus, per angelos, 22æ. q. 95. 6. 0. *. quæſtio. 154. 5. c. *. quæſt. 172. 1. 2m. *. 3ª. quæſtio. 80. 7. c.

2 Somnium quandoque eſt cauſa futurorum euentuum, ſcilicet inducendo ad operandum, & quandoque eſt ſignum eorum. ſ. quando idem eſt cauſa utriuſque, 22æ. q. 95. 6. c. *. q. 154. 5. c.

¶Somnolentia & ocioſitas, ut reducuntur ad torporem, ſunt filiæ acidiæ, 22æ. q. 35. 4. 3m

1 ¶Somnus. * In ſomnis nullus poteſt mereri, nec demereri, quia tunc non poteſt haberi perfectum iudicium rationis: ſed poteſt eſſe ſignum præcedentis meriti, uel peccati, 1ª. q. 84. 8. 0* q. 94. 4. 2m * 22æ. q. 154. 5. 0.

2 Somnus poteſt eſſe peccatũ mortale, uel ſaltem occaſio peccati mortalis ſcilicet quando ea hoc omittitur illud, quod quis facere debet, uel fit aliquid quod inclinat ad malum, 12æ. q. 7. 5 c

1 ¶Sors proprie dicitur, cum aliquid fit, ut conſiderato eius aduentu, aliquid innoteſcat, 22æ. q. 95. 3. 8. c

2 Sors triplex, ſcilicet diuinatoria, diuiſoria, & conſultoria: prima quæritur cognitio futuri: ſecunda habendi: tertia hendi, 22æ. q. 95. 8. c.

3 Sors cuius euentus expectatur ex ſtellis, eſt uana & falſa: ſi autem à fortuna eſt uana tantũ ſors diuiſoria, ſi uero a diabolo, eſt illicita, & prohibetur ſecundum canones: ſed ſi expectatur à Deo, non eſt mala ſecundum ſe, licet ſit peccatum quadrupliciter. ſ. ſi fiat ſine neceſſitate, uel ſine reuerentia, uel in terrenis, uel in electionibus eccleſiaſticis, 22æ. q. 95. 8. c

1 ¶Species duplex. ſ. natura communicabilis plurib. indiuiduis immediate ſecundum nomen & rationem æqualiter, participatam, ut homo, & intentio quieſcens in anima, ut ſpecies in anima, 1ª. q. 13. 9. 0.

2 Vnumquodque ſortitur ſpeciem ſecundum actum, & nõ ſecundum potentiam, ſed ſecundum formam, in compoſitis ex materia & forma, 1ª. q. 53. 1. c. * 12æ. q. 1. 3. c.

3 Illud ſecundum quod aliquid ſortitur ſpeciem, oportet eſſe fixum & ſtans quaſi indiuiſibile: & quicquid attingit illud ſub illa ſpecie continetur. & quicquid recedit ab eo in plus uel minus, pertinet ad aliam ſpeciem perfectiorem uel imperfectiorem, 12æ. q. 52. 1. c.

4 Nihil prohibet eſſe aliquam ſpeciem in aliquo genere, quæ aliqualiter

æqualiter operetur in omnibus ſpeciebus eiuſdem generis, ſicut ſol influit in omnia corpora, 22æ. quæſtio. 47. 5.2m.

a ¶Spectacula de utilibus & neceſſarijs ad uitam, ut uenatione, diſtrahunt animum, & debent uitari a pœnitente, licet ſint licita, cum debitis circunſtantijs, 22æ. quæſtio. 167 2.c.2m.

2 Spectacula turpium, uitanda ſunt ab omnib. ſed maxime a pœnitentibus, 22æ.q.102 6.8m°q.167.2.2m

3 In ſpectu ſpectaculorum ſaepium, & ad peccata prouocantium ſtudioſa, eſt prohibita, & eſt peccatum, & eſt mortale quandoque: unde & commiſtionem animalium diuerſæ ſpeciei, prohibat lex, ad tollendam uniuerſaliter occaſionem concupiſcentiæ. Animalia enim diuerſarum ſpecierum, non commiſcentur de facili, niſi hoc per homines procuretur & ſic in aſpectu coitus animalium, excitatur homini concupiſcentiæ motus: unde etiam in traditionibus Iudæorum, prohibitum inuenitur, ut Rabbi Moyſes dicit, ut homines auerterent oculos ab animalibus coeuntib. 22æ. q.102.4. 6.8m°q.167.2.c.2m.

¶Speculatio dicitur a ſpeculo, non autem a ſpecula: & reducitur ad meditationem, quia eſt uiſio cauſæ per effectum, 22æ.q.180. habeo ibi eſſe quies.3.2m

¶Speculum.*. In ſpeculo fracto, reſultant multæ imagines, quia habet multas ſuperficies, ſalſantes ſingulas reuerberationes, quia non habent ibi eſſe quieſcens, 3ª.q.76.3.c

1 ¶Spes eſt uirtus, 22æ.q.17.1.0

2 Spes eſt uirtus theologica, 12æ.q.62.3.0°22æ.q.17.5.0.°q.18. 1 b.°2.4m.

3 Spes poteſt eſſe informis, ideſt ſine charitate, 12æ. q.65.4.0.°. 5.2m.

4 Spes informis, non eſt uirtus, 12æ.q.65.4.0°5.2m

5 Obiectum principale ſpei eſt gloria animæ, non autem gloria corporis, ſed obiectum ſecundarium, 22æ.q. 17.5.1m° q.18.2.4m°3ª.q.7.4.1m

6 Spes habet duplex obiectum, ſ. bonum expectatum, & auxilium Dei, 12æ.q.40.7.c°q 42.1.2°q.62.4.3m°22æ.q.17.1.1m. °q.17.2.4.5.c°6.3m°7.c°q.18.2.c.°q.19.1.c.°.3ª.quæſtio.7. 6.1m.

7 Obiectum eius habet quatuor conditiones, ſ. bonum arduū, futurum, & poſſibile, 12æ.q.40.1. 0°2.5.6.7.8.c°q.41.2.c.° q.41.3 c°q.3m°22æ.q.17.1.7.c°q.18.1.1m°2.c.3m°q.20.4.2 °q.21.1.c°q.144.1.c

8 Obiectum ſpei, non eſt poſſibile, ut eſt differentia veri, ſed vt poſſibile, dicitur ſecundum aliquam potentiam, 12æ.q.40 3.2m.

9 Spes poteſt eſſe de actu uirtutis, qui eſt in poteſtate noſtra, 12æ.q.42.3.3m

10 Spes eſt tantum eorum quæ non habentur à ſperante, 3ª.q. 7.8.2m°9.1m

11 Spes, & præſumptio, ſunt de malo abuſiue, pro inordinato timore, 12æ.q.21.3.1m.

12 Spes directe reſpicit proprium bonum, non autem bonū alienum, quia ſignificat motus. Motum autem ſemper eſt ad proprium terminum proportionatum mobili, 12æ.queſt. 17.3.c.

13 Sperare licet in homine, ut in cauſa ſecundaria, non autem vt in cauſa principali, ſed tantum in Deo, 22æ.q.17.4.0°5. c°q.25.1.3m.

14 Proprium & principale obiectum ſpei virtutis, eſt beatitudo æterna. ſecundarium autem, ſunt alia bona, 22æ. q.17.2.4. 0°5 c.1m°q.18.2.c.3m

15 Spes eſt de beatitudine, ut de ultimo fine, ſed eſt de gratia, vt deducente ad finem, 12æ.q.69.2. 1m°3.c.

16 Spes abſolute, eſt tantum de bono proprio, ſed ut præſupponit amorem, poteſt aliquis alteri ſperare uitam æternam, 22æ q.17.3.c°q.18.2.3m°3.2m°3ª.q.7.4.3m

17 Nec eſt in beatis, 12æ.q.67.4. 5.0.°22æ.q.18.2.0° 3.c°quæſt.19 11.3m.

18 Nec in damnatis, ſed tantum in uiatoribus hic, uel in purgatorio, vel in limbo patrum, 22æ.q.18.3.0.

19 Spes eſt ſubiectiue in potentia appetitiua, non autem in cognoſcitiua, 12æ.q.40.2.0°22æ.q.18.1.c

20 ſpes eſt iraſcibili ſubiectiue, 1ª.q.59.1.2m°12æ.q.23.1.2.c.°.q. 40.1.b.°c.3m

21 ſpes uirtus eſt ſubiectiue in voluntate, 1ª q.50.4. 3m°q.82.5. 2.°22æ.q.18 1.0°3.d.26.q.1.5.0.°.q.2.2.c.°Veri.q.253.5m°. Virt.q.1.c.fi.°12m°q.4.2.0

22 In brutis eſt ſpes, paſſio, & deſperatio, 22æ.q.10.3.0°3 d.26.q. 1.1.c.

23 Aliquid eſt cauſa ſpei dupliciter. ſ faciendo aliquid eſſe poſſibile, ut diuitiæ, fortitudo, & omnia augens poteſtatē hominis, vel faciēdo æſtimationem de poſſibili, ut doctrina, & perſuaſio: ſed experientia eſt cauſa ſpei utroque modo, licet ſit cauſa defectus eius tantum ſecundo modo, 12æ. quæſtio. 40.5.0°q 42.5.1m°q.15.3.c. Amor.235. Appetitus.31.

Baptiſmus.12. Concupiſcentia.3. Confeſſio.56.

24 ſtultitia & experientia, ſunt cauſæ ſpei per accidens, remouendo ſcientiam, qua vere æſtimatur aliquid non eſſe poſſibile, 12æ.q.40.5.3m°6.c.fi.°3m. Correctio.3. Enoch. Fides 101. Fiducia.7. Miſericordia, 43. Oratio 41. Paulus 24

25 Iuuentus eſt cauſa ſpei, quia parum habet de præterito, & memoria, & multum de futuro, & multos ſpiritus: ideo cor ampliatur, & ſiunt animoſi, ſed parum experti, 12æ.q. 40 6 0.

26 ſenes deficiunt ſpe, propter experientiam, quæ facit æſtimationem impoſſibilis, 12æ.q.40.5.2m

27 In ebrijs ſunt duæ cauſæ ſpei. ſ. conſideratio, & caliditas, & multiplicatio ſpirituum propter vinum, 12æ.q.40.6. 0°q. 45.3.c.

28 ſpes quo ad rem ſperatam, eſt ex gratia & meritis, ſed quo ad habitum eſt tantum ex gratia, 22æ.q.17.1.2m.°.3.d.26. q.2.1.3m°Virt.q.4.5.2m. Peccatum.96. Pignus.1. Præſumptio.2.12. Saluati 7. ſepultura.2.13. Timor.11.15.31.

29 ſpes præſupponit merita in propoſito, non autē in actu, 12æ. q 62.4. 2m°q.65.4.c°3.d.26.q.2.ar.3.q.1.1m°Virt.quæſtio. 4.1.3m.

30 ſpes ſemper procedit ex gratia, uel habita, vel expectata, nō autem ſemper ex habita, 12æ.q.62.4.2m°2.d.43.5.4m.°4.d. 2.q.2.2 3m

31 ſpes præſupponit amorem, & deſiderium rei ſperatæ, 22æ.q. 128 6m.

32 Effectus.*Spes extendit ſe in Deum, ratione diuinæ largitatis, à quo reſultat donum timoris, ex cōſideratione propriæ prauitatis, d.26.q.2.1.4m

33 ſpes per ſe adiuuat operationē dupliciter. ſ. ratione obiecti, & ratione effectus. ſ. delectationis, 12æ.q.40.8.0.

34 ſpes ſupra expectationem addit certitudinem, 3.d.26.q.1.3. 1m°q.2.1.2.c. Amor.235.236. Audacia.6.9.&c.

35 ſpes addit ſupra deſiderium quēdam conatum, & eleuationem animi, ad conſequendum bonum arduum, 12æ.q. 25.1.c°q.46.1.c.

Oppoſitum uidetur dicere.2.d.3.q.16.c.

Reſpondeo dicendum, quòd aliquid dicitur eſſe ſpecies dupliciter. ſ. logicè loquendo. i. ſignificans aliquid prædicabile de multis differentibus numero, ſiue ſit completum in natura, ſiue non, ſicut quælibet pars: & metaphyſicè, id eſt, completum in natura, ita quòd nullo modo ſit pars alterius. Anima ergo rationalis eſt ſpecies primo modo, non autem ſecũdo modo.

Anima. 46. 175 Quòd diuerſitas in nobilitate animarum, ſequitur nobilitatem corporum, in ſtatu innocentiæ, & peccati, non autem in ſtatu gloriæ.

Oppoſitum videtur dicere. Ver.q.12.6.4^m.q.24.8.6^m.

Reſpondeo dicendum dupliciter. ſ. primò ꝙ uia generationis, perfectio animæ eſt, propter corpus melius diſpoſitum. Sed uia intentionis naturæ, bona diſpoſitio corporis, eſt propter perfectionem & nobilitatem animæ.

Secundò dicendum, quòd forma recepta, ſequitur modum recipientis quantum ad aliquid, prout habent eadem in ſubiecto Eſt non in eo materialiter, uel immaterialiter, multipliciter, uel uniformiter, ſecundum exigentiam ſubiecti recipiẽtis. Sed quantum ad aliquid forma recepta, trahit ſubiectum recipiens ad modum ſuum, prout ſcilicet nobilitates quæ ſunt de ratione formæ, communicantur ſubiecto recipienti. Sic non ſubiectum per formam receptam nobilitatur. Et hoc modo per gloriam immortalitatis, corpus corruptibile immortale efficitur, & ſimiliter per irradiationem, ab immobili ueritate eleuatur mens prophetæ ad hoc quòd mens mobilia immobiliter uideat, ut habetur. Veri. quæſtio. 12.6.4^m.

Anima. 47. 176 Quòd anima rationalis eſt hoc aliquid, ut ſubſiſtens, non autem ut completum in ſpecie.

Immo anima rationalis, eſt ut ſpecies.2.d.3.q.1.6.c.

Reſpondeo dicendum, ſicut dubio 174.

Anima. 49. 177 Quòd animæ rationales multiplicantur ſecundum numerum in eadem ſpecie.

Immo anima eſt forma immaterialis, & ſubſtantiæ immateriales non multiplicantur ſecundum numerum in eadem ſpecie. 1^a.q.7 .1.c q.76.2.1^m.2.d.17.q 2.2.5^m. Spiritu.8.c.

Reſpondeo dicendum dupliciter. ſ. primò, quòd animæ rationales dicuntur immateriales, quia non ſunt dependentes a materia. ut habetur.1.q.7 .6 1^m.2.d.15.q.1.2.5^m.

Secundò dicendum, ſicut Dubio 115.

178 Quòd anima rationalis non educitur de potentia materiæ, ſed creatur a ſolo Deo. Animà. 51.

Oppoſitum uidetur dicere, quia agens agit ſibi ſimile in ſpecie 2.d.18.q.2.1.4^m. Potentia.q.3 9.5^m.6m.20^m.

Reſpondeo dicendum, ꝙ licet anima rationalis dicatur non educi de potentia materiæ ſimpliciter, quia non ab homine per actionem eius de potentia in actũ educitur, ſed a Deo ſolo creatur; dicitur tamen educi ſecũdũ quid, quia ꝑ actionẽ hominis diſponitur materia, ut ſit neceſſitata ad receptionem animæ. Agens autem agit ſibi ſimile in ſpecie, quando forma ſecundum quam ſimilitudo attenditur, ſimpliciter ꝑ actionem eius de potentia in actum educitur, ut habetur. 2. d.18.q.2.1.4^m.

179 Quòd anima rationalis immediatè unitur corpori, & non mediantibus quibuſdam diſpoſitionibus. Anima. 60.

Immo diſpoſitiones dicuntur non ſolum præcedere, ſed etiam manere cum forma ſubſtantiali.4.d.44.quæſtio.1.ar.1.quæſtio.1.5^m.

Reſpondeo dicendum dupliciter, ſcilicet primò, quòd diſpoſitiones ſunt mediæ in ipſa alteratione præuia, ſed non in introductione animæ. Vnde poteſt dici aliquid eſſe medium inter animam & corpus, & ſi non in eſſendo, tamen in mouendo, & uia generationis, ut habetur, contra. 2. c.71.ſi.

Secundò dicendum, ꝙ dimenſiones eaſdem remanere in materia ſub forma corrupti & geniti, poteſt intelligi dupliciter: uno modo ſecundum eſſentiam ſpecificam; & ſic bene remanent in utroque: Alio modo ſecũdum numerum; & hoc dupliciter, ſ. uel numero eædem numeroſitate eſſentiæ, & ſic ẽt bene remanent in utroque. uel numero numeroſitate ſubiecti. Et hoc item dupliciter, uel actu, & ſic non remanent eædem numero: quia nullum accidens numero etiam ſucceſſiuè poteſt eſſe in diuerſis ſubiectis, uel in potentia: & hoc dupliciter, uel in potentia naturali; & ſic non poſſunt remanere eędem numero: quia per agens naturale non poteſt idẽ numero iterato reparari; uel in potentia obedientiali, uidelicet in potentia in ordine ad agens diuinum; & ſic eædem dimenſiones actu eædem numero numeroſitate ſubiecti remanent in materia poſt corruptionem rei, quæ poſtea per agens diuinum recuperantes idem numero ſubiectum, efficiuntur in actu, ut patet in reſurrectione hominis.

180 Quòd anima rationalis, immediatè unitur materiæ primæ, ut forma. Anima. 61.

Immo multæ formæ ſunt inter materiam primam, & formã animalis, contra.2.cap 87. Meth.5.lec.17.

Reſpondeo dicendum tripliciter. ſ. primò, quòd dicuntur eſſe multæ ſucceſſiuè, ante introductionem animæ, non autem ſimul cum anima, niſi uirtualiter, ſicut etiam eadem eſt forma, qua ignis eſt ignis, & corpus, & ſubſtantia, ut habetur. 3^a q.75.6.2^m.2.d.12.4.c.d.18.q.1.2. Contra 4. Cap.80.2^m. Spiritu.1.9^m. Anima.9.11.c. Quol.11.1.c. Opuſ.42.c.15.ſi. Anima.2 lec.5.ſi.

Secundò dicendum, quòd anima rationalis immediatè unitur materiæ primæ, ut forma, & per eſſentiam ſuam eſt ſpiritus & forma corporis: quia in ea non ſunt duæ formæ, ſicut nec in corpore eius ſunt duæ formæ Sed anima eſt forma corporis, dans ei totum ordinem eſſe perfecti. ſ. dans ei eſſe ſubſtantiale, eſſe corporeum, & eſſe animatum, & ſic de aliis, ut habetur. 1^a.q.76.5.con.75.6.2^m. Veri.q.16.1.15^m.q.26.5.c. Anima.8.c.1^x. Theſſ.ca.uic.ſi.

Tertiò dicendum, ſicut Dubio 179 reſponſione prima.

181 Quòd anima ſeparata cruciatur igne inferni, per triſtitiã, non autem per alterationem. Anima. 77.

Immo animæ ſeparatæ à corpora, ante reſurrectionem præmiantur & puniuntur etiam pœnis corporalibus. Opuſc.3. cap.179.

Reſpondeo dicendum, quòd puniuntur pœnis corporalibus per hoc quòd cognoſcunt, quòd rebus corporalibus ſubduntur, non autem per alterationem corporalem, ut habetur. Opuſ.3.c.179.

183 Quòd operationes ſenſitiuæ non manent in anima ſeparata. Anima. 78.

Oppoſitum uidetur dicere. 1^a.q.77.8.4^m.

Reſpondeo dicendum, quòd manent uirtualiter, ſicut & potentiæ ſenſitiuæ uirtute tantum in anima, ſicut in principio, uel radice, non autem in actu, ut habetur, 1^a.q.77. 8.c.4^m.

184 Quòd potentiæ immateriales manent actu in anima ſeparata, non autem potentiæ organicæ, ſed ut in principio, uel radice. Anima. 79.

Oppoſitum uidetur dicere, 1^a.q.77.8.4^m.

Reſpondeo

Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio 183.

Anima. 84. 185 Quòd anima ſeparata intelligit per ſpecies tunc infuſas, & per acquiſitas hic, non autem per ſpecies innatas, nec tunc abſtractas, nec conuertendo ſe ad phantaſmata, ſed ad ſuperiora.

Oppoſitum uidetur dicere, 2.d.50.q.1.2.1^{m}.

Reſpondeo dicendum, quòd quamuis ſpecies intelligibiles, per ſe loquendo, ſint eiuſdem rationis, dum ſunt in anima coniuncta corpori, & cum ſunt in anima ſeparata; tamen per accidens ſunt rationis diuerſæ, inquantum anima in qua ſunt, diuerſimode ſe habet in coniunctione ad materiam, vel in ſeparatione ab ea. Et ideo per ſpecies illas, anima coniuncta non intelligit, niſi conuertendo ſe ad phantaſmata. Sed cum fuerit ſeparata, intelliget per eas, etiam ſine tali conuerſione, ut habetur. 3.d.31.q.2.4.c.4.d.50.q.1.2.1^{m}.

186 Quod in collatione & diſcurſu, eſt connaturale animabus

Anima. 95. beatorum.

Immo diſcurſus eſt in anima damnata, non autem neceſſario in anima beata. 3.d.31.q.2.4.o.

Reſpondeo dicendum dupliciter, ſcilicet primo, quia in tertia parte loquitur de ſcientia infuſa, ſed in tertio ſententiarum de ſcientia acquiſita.

Secundo dicendum, quòd in tertio ſententiarum intelligit quoad neceſſitatem, ſed in tertia parte quoad poſſibilitatem, vel certitudinem, ut habetur. 3.d.31.q.2.4.c.

188 Quod cuiuſlibet potentiæ ſenſitiuæ obiectum eſt forma,

Anima. 96. prout eſt in materia corporali. Ideo eſt cognoſcitiua particularium tantum.

Oppoſitũ uidetur dicere à ſimili, quia uidetur cognoſcitiua vniuerſalium, cum potentia ſenſitiua communicet in actibus intellectiuæ partis Quol.7.11.3^{m}.

Reſpondeo dicendum, quòd quamuis in actibus intellectiuæ partis communicet, ſicut repræſentans obiectum; quia obiectum intellectus eſt phantaſma, tamen non communicat ſicut inſtrumentum actus eius, ut habetur ſecundo loco.

190 Quòd anima hic nihil intelligit, ſine phantaſmate.

Anima. 100. Oppoſitum uidetur dicere. 1^{a}.q.61..1.o.d.1.q.1 ar.2.q.1.o

Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio. 1107.

191 Quòd anima rationalis cognoſcit omnia, quę cognoſcit in

Anima. 105. prima veritate.

Oppoſitum uidetur dicere, 1^{a}.q.12.11.3^{m}.

Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio.752.

Anima. 107. 192 Quòd Deus eſt primum obiectum intellectus animæ rationalis. quia ratio & cauſa ueritatis alicuius obiecti, primo apprehenditur a potentia.

Oppoſitum uidetur dicere, 1^{a}.q.12.11.3^{m}. q 84.5.o.q.88.3.1^{m}. Verit.q.8.7.6^{m}.q 10.6.6^{m}.8.c.ſi.

Reſpondeo dicendum, ſicut dubio.751.

Anima. 108. 193 Quòd anima cognoſcit omnia, in rationibus æternis.

Oppoſitum uidetur dicere. Ver.q.8.7.6^{m}.q.10.6.6^{m}.8.c.ſi.

Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio.752.

195 Quod anima tripliciter patitur, ſcilicet à Deo, a læſione corporis, & à propria operatione.

Anima. 114. Oppoſitum uidetur dicere. Veri.q.1.9.10.c.

Reſpondeo dicendum, tripliciter ſcilicet, primo quòd, ut habetur, $12^{æ}$.q.45.2.3^{m}.

Intellectus habet duos actus, ſcilicet percipere & iudicare. vnde quoad primum anima patitur, quia ſentire & intelligere cõſiſtunt in quodam pati ſecundum Ariſtotelem 2. de anima. Sed quoad ſecundum eſt è contrario; quia intellectus poſſibilis eſt principium actiuum ſui actus, ut habetur uerit. q.1.9.c.

Secundò dicendum, quòd anima iudicando, agit actione immanente, non autem actione tranſeunte, & tranſmutante illum, in quo agit, ſed è conuerſo.

Tertiò dicendum, quòd anima agit ſecundum modum ſignifi

Anima. 124. candi, non autem ſecundum rem, ut habetur ueri.q.8.11.3^{m}.

196 Quòd omnis motus cognitiuæ & appetitiuæ uirtutis reducitur in naturam, ſicut in primum principium.

Immo motus cognitiuę uirtutis, reducitur in uerum, & motus appetitiuæ in bonum, $12^{æ}$.q.10.1.1^{m}.

Reſpondeo dicendum dupliciter, ſcilicet primo quòd reducitur in naturam ſicut in principium actiuum: ſed reducitur in uerum uel bonum, ſicut in ſuum obiectum.

Secundo dicendum, quòd reducitur in naturam, & ad unum in communi: ſed non ſemper in particulari determinate, ut

Anima. 126. habetur, $12^{æ}$.q.10.1.1^{m}.

197 Quòd anima differt realiter à ſuis potentijs.

Oppoſitum uidetur dicere Spiritu.11.7^{m}.

Reſpondeo dicendum, quòd quandoque dicitur, quòd anima eſt ſuæ potentiæ, & econuerſo, ſed non proprie, ſed denominatiuè, quaſi à principaliori ſua uirtute, ut habetur. 1^{a}.q.77. 1.1^{m} Spiritu.11.7^{m}.ſi.

198 Quòd in potentijs unius animæ, non poteſt eſſe niſi vna intentio. Anima. 128.

Immo homo ſimul plura intendit. 12.q.12.ar.4.c.ſi

Reſpondeo dicendum, quòd ſimul plura intendit, ſicut etiam contingit ſimul plura intelligere, inquantum ſunt aliquo modo unum, non autem diſtincta, ut habetur, $12^{æ}$.q.12.3.c. 3^{m}.4.o.

199 Quòd omnes potentiæ animæ, radicantur in una eſſentia Anima. 129.

animæ. Ideo oportet, quòd quando intentio animæ vehementer trahitur ad unam operationem vnius potentiæ, retrahatur ab operatione alterius, quia vnius animæ, non poteſt eſſe niſi vna intentio.

Oppoſitum uidetur dicere, $12^{æ}$.q.12.3.c.ſi.

Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio.198.

201 Quòd potentiæ animæ, ſunt accidentia eius per ſe, & ſunt Anima. 133.

in ſpecie qualitatis.

Immo potentiæ animæ ſunt in genere actionis, cum potentia & actus dicantur ad idem genus pertinere, 1^{a}.quæſt. 77.1.c.

Reſpondeo dicendum tripliciter, ſcilicet primo quod potentię animæ ſecundum ſuã eſſentiam ſunt in ſecunda ſpecie qualitatis, ſed ut fluunt ab eſſentia animæ, ſic potẽtia ad actũ eſt in genere actionis. Dicuntur enim potentiæ animæ eſſe in genere actionis, non quidem per ſe, ſed reductiuè, ut principia ſuarum actionum.

Secundo dicendum, quòd potentia per ſe ad actum ordinata, eſt in eodem genere cum actu. Subiectum autem, non niſi p accidens, ad accidens ordinat. Sed ſubſtantia per ſe ordinatur ad actum qui eſt eſſe, ut habetur. Anima.13.cap.Phi. lec.5.ſi.

Tertio dicendum, ſicut Dubio.51.

202 Quòd capacitas animæ, non eſt, nec poteſt eſſe infinita in Anima 134.

actu, ſed poteſt ampliari in infinitum.

Oppoſitum uidetur dicere, 1^{a}.q.23.6.o.1.d.44.o.

Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio,736.

204 Quòd omnes potentiæ animæ, ſunt paſſiuæ, præter intel- Anima. 153.

lectum agentem, & potentias uegetatiuas, quæ ſolæ ſunt actiuæ.

Oppoſitum uidetur dicere Veri.q.1.10.c.q.2.1.b.3.

Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio.183.

205 Quod multi habitus poſſunt ſimul eſſe in eadem potentia Anima. 161.

Oppoſitum uidetur dicere à ſimili, 1^{a}.q.94.3.1^{m}.$12^{æ}$.q.63.4. 3^{m}.2.d.30.q.2.1.7^{m}.Verit.q.1.10.2^{m}.

Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio.1111.

206 Quòd uirtus eſt neceſſaria potentiæ ſenſitiuæ appetitiuæ, Anima. 171.

ſcilicet concupiſcibili & iraſcibili, in quibus eſt ſubiectiue, non quidem ſecundum ſe, ſed ut ſunt rõnales participatiuę. Immo etiam uoluntati, quæ eſt rationalis per participationem, $12^{æ}$.q.56.6.2^{m}.

Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio.1199.

207 Quod anima & Angelus non conueniunt in vltima diffe- Anima. 172.

rentia.

Immo Gregorius nominat Angelum rationale animal. 1^{a}. q. 51.1.2^{m}.

Reſpondeo dicendum, quòd ratio ſumitur dupliciter, ſcilicet uno modo ſtricte & proprie, ſecundum quòd nomen rationis ſumitur ab inquiſitione & diſcurſu, ſiue ſecũdum quòd ratio dicit quandam obumbrationem intellectualis naturę, ut dicit Iſaac. quòd ratio oritur in umbra intelligentię. Et ſic rationale eſt differentia animalis, & Deo non conuenit, nec Angelis. Alio modo ſumitur ratio communiter, ſcilicet pro qualibet cognitione uirtutis non impreſſæ in materia. Et ſic rationale cõmuniter conuenit Deo & Angelis, & hominibus ut habetur, $22^{æ}$.q.49.5.3^{m}.1.d.25.q.1.1.1^{m}.d.33.1.3^{m}.2. d. 3.q.1.2.4^{m}.6.2^{m}.

210 Quod anima uegetatiua non agit, niſi in corpus ſibi unitum. Animà. 190.

Oppoſitum uidetur dicere, 1^{a}.q.78.2.c.

Reſpondeo dicendum, quòd uis nutritiua & augmentatiua, habent ſuum effectum in eo in quo ſunt, ſed uis generatiua habet ſuum effectum, non in eodem corpore, ſed in alio, ut habetur, 1^{a}.q.78.2.c.ſi.

213 Quòd animalia quæl.bet præter perfecta, poſſunt generari Animal. 10.

ex ſemine, & ſine ſemine per putrefactionem.

Oppoſitum uidetur dicere, 1^{a} q.71.1^{m}.

Reſpondeo dicendum, quòd licet poſſint ſic generari: differunt tamen ſpecie, ſaltem quoad modos originis, quamuis non quoad ad ſubſtantiam.

214 Quòd animalia generata ex putrefactione, & animalia ge- Animal. 24.

nerata per coitum, non ſunt eiuſdem ſpeciei, 1^{a}.q.71.1^{m}.

Oppoſitum,

Oppoſitum, uidetur dicere, 2.d.15.quæſt.1.1.2^{m}. Meth.7.lec.6. lec.8.

Reſpondeo dicendum tripliciter, ſ. primo quòd utraque animalia ſunt eiuſdem ſpeciei, ſecundum ſententiam eius. Non autem ſecundum opinionem Auerroys Commentatoris, quã aliquando ponit, ut famoſam & probabilem, non autem ut ueram.

Secundo dicendum, q animalia perfecta quæ generantur tantum ex ſemine, & animalia imperfecta quæ generantur tantum ex putrefactione, differunt ſpecie, nõ autem media, quę generantur utroque modo.

Tertio dicendum, quòd animalia generata ex ſemine, & generata ex putrefactione, differunt ſpecie, quo ad modos originis, non autem quo ad ſubſtantiam.

Animal 14. 213 Quòd in generatione animalis, præcipuè hominis, ſunt neceſſariæ multæ generationes, non continuæ, ſicut etiam multæ formæ.

Oppoſitum, uidetur dicere. 1^{a}.q.76.3.c.fi.2.d.18.q.2.3.1^{m}

Reſpondeo dicendum, ſicut dubio.180.650.

221 Quòd appetitus quilibet, ſequitur cognitionem.

Appe.4. Oppoſitum uidetur dicere.12^{æ}.q.17.8.c.q.16 1.c.

Reſpondeo dicendum dupliciter, primo quòd ſequitur cognitionem alterius.i.Dei ordinantis naturam, nõ autem ꝓpriã cognitionem habentis appetitum.

Secundo dicendum, ſicut Dubio.225.reſponſione ſecunda.

Appet. 5 222 Quòd appetitus eſt ad res: ſed cognitio eſt a rebus.

Immo cognitio noſtra, eſt cauſa rerum. 3.d.14 4.2^{m}

Reſpondeo dicendum, quòd cognitio noſtra ſpeculatiua eſt à rebus: ſed cognitio practica eſt cauſa rerum, ut habetur.4.d.8 q.2.ar.1.q.4.1^{m}.Perihet.lec.3.d.

223 Quòd appetibile non mouet appetitum ſenſitiuum, nec rationalem, niſi apprehendatur.

Appe.23. Oppoſitum uidetur dicere. 1^{a}.q. 59.6.c.quæſtio.60.1.c.quæſt. 80.1.c.

Reſpondeo dicendum, ſicut dubio.221.225.

225 Quòd appetitus naturalis, ſemper ſequitur formam in re

Ap pe.28. exiſtentem, & non aliquam apprehenſionem: alij autem formam apprehenſam.

Immo quilibet appetitus ſequitur cognitionem. 1.d.1.q.4.1.1^{m} Veri.q.15.3.c.q.23. 1.c.q.25.1.c.Ma.q.14.1.4^{m}.

Reſpondeo dicẽdum dupliciter, ſ. primo, quia ut dicitur. 12^{æ}. q.26.1.c.1.d.1.q.1.1^{m}.4.d.49.q.3. ar.1.q.1.c. Perihet.lec.14. appetitus naturalis ſequitur cognitionem alterius.i. Dei ordinantis naturam omnium, ſecundum q etiam Deus a quibuſdam dicitur natura naturans, ut habetur. 12^{æ}.q.85.6.c. principio. Non autem ſequitur propriam cognitionem habentis appetitum naturalem.

Secundò dicendum. q aliquis appetitus poteſt dici intellectualis dupliciter. Vno modo, quia ſequitur cognitionem intellectualem ipſius deſiderati, inquantum ſequitur formam apprehenſam. Et ſic diſtinguitur contra appetitum naturalem. Alio modo, quia ſequitur naturam uel formam intellectiuã ipſius appetentis. Et ſic quilibet appetitus intellectualis in homine, dicitur naturalis, prout naturale diſtinguitur contra uiolentum. Nam natura quandoque diuiditur contra rationem & uoluntatem, tum tamen ipſa ratio & uolũtas, ad naturam hominis pertineant, ut habetur. 12^{æ}.q.5 1.1.1^{m}. Primo igitur modo appetitus intellectualis præſupponit cognitionem aliquam. Sed ſecundo modo non præſupponit in ipſo appetente aliquam cognitionem, immo ſine tali cognitione, naturale deſiderium hominis ad ſcire, dicitur intellectuale, ante omnem cognitionem in appetente ipſius deſiderati actualem. Secus eſt de cognitione potentiali. Ex quibus patet, quod homo ante omnem cognitionem ſenſitiuã deſiderat ſcire naturaliter appetitu naturali, poſt uero cognitionẽ imperfectam, deſiderat ſcire perfecte appetitu intellectuali propriè, prout diſtinguitur contra appetitum naturalem.

Appe. 48. 226 Quòd nullus appetitus mouetur ad ſuum obiectum, niſi apprehendatur ſub ratione boni uel mali, conuenientis uel nociui.

Oppoſitũ uidetur dicere, 2.d.24.q.1.a.2.c.3.d.27.art.1.q.2.2.^{m}.

Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio, 1200.

Appe. 51. 227 Quod appetitus ſenſitiuus, & appetitus rationalis, ideſt, uoluntas, ſunt duæ potentiæ.

Immo appetitus ſenſitiuus, eſt uoluntas in hominibus, 3.d.q. 17.art.1.q.2.c.

Reſpondeo dicendum, quòd appetitus ſenſibilis poteſt in homine dici uoluntas, non quidem ſecundum eſſentiam, ſed inquantum eſt obediens rationi, ſecundum Philoſophum, ut habetur 3.d.17.art.1.q.2.c.

231 Quòd appetitus ſenſitiuus & uoluntas, ſunt rationales par-

Appe. 53. ticipatiuè.

Immo uoluntas eſt rationalis per eſſentiam. 3.d.23.q.1.art 3.q. 1.c.diſt.27.q.2.art.3.1^{m}.5^{m}.Verit.q.22.3.6^{m}.3.0.Verit.q.1.3. 12^{m}.10.11^{m}.

Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio. 199.

235 Quòd uera aqua exiuit de latere Chriſti in cruce. Aqua 7.

Immo fuit humor phlegmaticus, ut quidam dixerunt, 3^{a}.q.66. 4 3^{m}.principio.

Reſpondeo dicendum, quòd fuit pura aqua, ſed miraculoſe egrediens à corpore mortuo, ſicut & ſanguis eius, ut habetur. 3^{a}.q.66.4.3^{m}.fi.

237 Quòd ars eſt recta ratio factibiliũ, & habitus operatiuus. ars.2.

Immo nihil aliud ars eſſe uidetur, quàm quædam rectitudo rationis, ut per determinata media ad determinatum finem actus humani perueniant. Poſter.1.principio.

Reſpondeo dicendum, quòd ratio accepta pro potentia rationali diſcurſiua, ſic ars non dicitur ratio, ſed rationis rectitudo. Sed ratio accepta pro habitu directiuo rationis, ſic ars eſt ratio, dum dicitur, quòd ars eſt recta ratio rerum factibilium ideſt, habitus directiuus rationis.

238 Quòd artes, quæ ordinantur ad opus rationis, dicuntur liberales, quæ uero ordinantur ad opus corporis, dicuntur ſeruiles. ars.7.

Immo artes quæ ordinantur ad opus rationis, dicuntur ſeruiles & practicæ, cum ratio ſit potentia diſcurſiua. 1^{a}. d.33. 1.3^{m}.

Reſpondeo dicendum, quòd artes liberales ſunt ſpeculatiuæ. Sed dicuntur artes, quia habent aliquid per modum operis, ut habetur. 12^{æ}.quæſt.57.3.3^{m}.22^{æ}.quæſt.47.2. 3^{m}.poſter.1.prin.

241 Quòd in aliqua materia eſt uirtus agẽs, ad productionem formæ artis, in aliqua uero non. ars.19.

Immo in materia nulla eſt potentia actiua. 3^{a}.q. 32.4.c.3^{m}.2. d.18.q.1.2.c.fi.Phi.2.lec.12.fi.

Reſpondeo dicendum, ſicut dubio.641.

243 Quòd Chriſtus aſcendit ſuper omnes cœlos, & ſuper omnem creaturam. aſcendere.4.

Oppoſitum uidetur dicere.3.d.22.q.3.ar.3.q.1.1^{m}

Reſpondeo dicendum. ſicut dubio. 330.

244 Quòd neſcitur, ubi Chriſtus corporaliter ante aſcenſionẽ manſerit, cum hoc ſcriptura non tradat. aſcendere.7.

Oppoſitum uidetur dicere.3.d.22.q.3.ar.2.q.3.3^{m}.

Reſpondeo dicendum, quòd tripliciter poteſt intelligi, quòd aliquid ſciatur. ſ. per reuelationẽ, per ſeipſum, & hoc certitudinaliter, & coniecturaliter per aliqua ſigna, ut habetur. 12^{æ} q.112.5.c. Primo igitur loco, loquitur primo & ſecundo modo. Sed ſecundo, loquitur tertio modo.

247 Quòd Sathan dicit affuiſſe, non autem aſtitiſſe Deo.

Oppoſitum, uidetur dicere.4.d.49.q.2.6.2^{m} aſſiſtere 3

Reſpondeo dicendum, quòd diabolus non dicitur Deo aſtitiſſe, quaſi ipſum Deum per eſſentiam uiderit, ſed dicitur aſtitiſſe, quia a Deo uiſus eſt, & ad eum Dei prouidentia ſe extẽdit, per modum quo dicimus illa nobis præſto eſſe, quæ noſtræ prouidentiæ ſubiacent, ut habetur.4.diſt.49. quæſtio.2. 6.2^{m}.

248 Quòd Deus poſſit aſſumere naturam angelicam, ſine corruptione perſonalitatis angelicæ. aſſumere 11.

Oppoſitum, uidetur dicere.3.d.2.q.7.ar.1.q.2.c.

Reſpondeo dicendum dupliciter. Primo quòd in tertio ſententiarum loquitur de Angelo iam creato, ſed in tertia parte loquitur de Angelo, quem Deus de nouo poſſet creare, ut habetur à ſimili. 1^{a}.q.25.6.0

Secundò dicendum, quòd quælibet natura poſſet de potentia Dei abſoluta aſſumi, ſed tantum natura humana ſecũdum congruentiam, ut habetur. 3^{a}.q.4.1.0.3.d.2.q.1.0.contra 2. cap.53.3^{m}.4^{m}.

249 Quòd ſi perſona diuina aſſumeret duas naturas humanas, tunc illa perſona eſſet tantum unus homo, & non plures. aſſumere.17.

Oppoſitum uidetur dicere. 3.di.1.q.2.3. 2^{m}.3^{m}.4^{m}.5^{m}.diſt.2. 3.4.5.0.

Reſpondeo dicendum dupliciter. ſ. primo quòd ſicut ipſe dicit.3.d.6.q.3.2. 1^{m}. natura humana aſſumpta habet modũ accidentis, & aſſimilatur habitui, qui eſt ultimum prædicamentum. Et accidentia numerantur ſecundum ſuppoſita, ut habetur. 1^{a}.q.36 4.7^{m}.q.39.3.c.Potentia.q.9.6.c. Et ſic accipit naturam humanam in tertia parte. Ideo exemplificat de ueſte, & formis eorum, quæ ſunt apud nos in quib. formæ, ſeu naturæ non pluriſicantur, non pluriſicato ſuppoſito, niſi ſint accidentia, uel ſe habeant per modum accidẽtium. Sed in tertio ſententiarum conſiderauit, q natura humana ſecũdum ſe eſt ſubſtantia, & ſignificatur nomine ſubſtantiuo, q pluriſicatur ratione ſuæ formæ, & non ratione ſuppoſiti.

Secundo

Secundo dicendum, quòd in tertio attendit, in præmiſſa propoſitione quòd homo prædicatur, prædicata uero tenentur formaliter. Ideo ſunt plures homines. propter plures naturas. Sed in tertia parte conſiderauit, quod ly homo in prædicato reſtringitur ad ſtādum, pro ſuppoſito, ratione adiectiui ſibi adiuncti.

Aſſumere 3. 250 Quòd hæreticum eſt, Deum eſſe unitum homini accidentaliter.
Oppoſitum uidetur dicere. 3^{a}.q.36.4.7^{m}.q.39.3.c. Pot.q.9.6.c.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio. 249.

Aſtrologia. 2. 251 Quòd Aſtrologia & perſpectiua ſunt magis naturales, quàm mathematicæ materialiter, ſed formaliter & principaliter, ſunt econuerſo.
Oppoſitum uidetur dicere Phy. 2. lec. 3. fi. lec. 10 à med. D.
Reſpondeo dicendum, quòd iſtæ ſcientiæ dupliciter poſſunt conſiderari, ſcilicet uel ut ſunt habitus cognoſcitiui, & ſic formaliter & principaliter ſunt magis mathematicæ, quam Phyſicæ, quia demonſtrant per principia & media mathematica, ut dicitur in omnibus locis allegatis pro utraque parte. Vnde. $2a^{æ}$.q.9.2.3^{m}. dicit, quòd quilibet habitus cognoſcitiuus formaliter reſpicit medium, & illud eſt potius. Et Poſter. 1. lec. 41. dicit, quòd formalis ratio ſcibilis, ſumitur ſecundum principia. Et ibidem. lec. 25. dicit, quòd quædam ſcientiæ dicuntur mathematicæ ſimpliciter, quia ſunt de ſubiecto abſtracto à materia. Quædam uero non ſimpliciter, ſed per applicationem principiorum mathematicorum ad res materiales, ſicut Aſtrologia. Vel ſecundum quòd quælibet ſcientia eſt quaſi quidam motus rationis, ut ipſe dicit. 1^{a}.q.73. art. 2.c. ubi ſic ait. Omnis operatio, motus quidam dicitur. Et Anima. 2. lec. 1. ſic ait, propria ratio uitæ eſt ex hoc, quòd aliquid eſt natum moueri per ſeipſum, large accipiendo motum, prout etiam intellectualis operatio motus quidam dicitur. Et hoc idem dicit. Poſter. 1. lec. 41. Et quia motus ſpecificatur & denominatur ex termino ad quem, ut habetur quinto Phyſi. ideo cum ſcientiæ mediæ per applicationem rerum mathematicarum ad materiam ſenſibilem terminentur ad res Phyſicas, ideò ut ſic, ſunt magis naturales, quàm mathematicæ.

Attingere. 1. 252 Quòd attingere naturam ſuperiorem, contingit dupliciter ſcilicet obiectiuè, & ſecundum naturam.
Immo tunc tranſcenderet limitem naturæ inferioris. 3. d. 13. artic. 2. q. 2. 2^{m}. 3^{m}.
Reſpondeo dicendum, quòd ſicut habetur 3^{a}.q.1.3 3^{m}. 1. d. 8. q. 3. 2. c. 2. diſt. 1. q. 1. 3. 2^{m} 3. diſt. 1. q. 1. 3. 4^{m}. Veri. q. 29. 3. 3^{m}. capacitas creaturæ eſt duplex, ſcilicet uel potentiæ naturalis, uel potentiæ obedientialis: de prima loquitur in tertio ſententiarum, de ſecunda alibi.

Auaritia 14. 254 Quòd auaritia etiam tertio modo ſcilicet, ut eſt tantum inordinatus appetitus diuitiarum, radix eſt omnium peccatorum.
Oppoſitum uidetur dicere, à ſimili. 2. diſt. 5. q. 1. 3. c. 1^{m}. diſt. 22. q. 1. 1. 7^{m}. diſt. 42. q. 2. 1. c. 2^{m}. 3. 1^{m}.
Reſpondeo dicendum. ſicut Dubio. 1144.

Audacia, 3. 255 Quòd audacia eſt peccatum contrarium fortitudini.
Immo audacia eſt materia fortitudinis. 1^{a}. q. 21. 1. 1^{m}. q. 95. 3. 2^{m}. $22^{æ}$. q. 123. 3. 0. q. 141. 3. c. 2^{m}. 3 diſt. 26. q. 2. 2. 4^{m}. diſt. 33 q. 2. artic. 2. q. 2. 0.
Reſpondeo dicendum, quòd ut habetur. $2 2^{æ}$. q. 127. 1. 0. 3. di. 26. q. 1. 3. 5^{m}. audacia quandoque eſt inordinata, & contrariatur fortitudini. Aliquando uero ſumitur ſine inordinatione, & ſic eſt materia fortitudinis.
Secundo dicendum, quòd ut dicitur. $12^{æ}$ q. 4 .1. 1^{m} nomina paſſionum poſſunt ſumi dupliciter, ſcilicet abſolute, & ſic ſignificant paſſiones. Et ut recedunt à ratione, & ſic ſunt nomina uitiorum. Primo ergo modo audacia eſt materia fortitudinis. Secundo autem modo contraria eſt fortitudini.

Audacia 1. 256 Quòd ſicut ſpes eſt prior quàm audacia, ita timor eſt prior quam deſperatio.
Immo deſperatio eſt prior timore. $12^{æ}$.q.25.3.c.fi.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio. 453.

Audacia 6. 257 Quòd ſicut ex timore non ſemper ſequitur deſperatio, niſi ſit intenſus, ſic nec ex ſpe audacia, niſi ſit uehemens.
Immo primum eſt econuerſo. $12^{æ}$.q.24.4 3 c.fi.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio. 453.

Audacia 12. 258 Quòd audacia non cauſatur ex ira, niſi mediante ſpe.
Immo ira conſequitur audaciam, quia nullus iraſcitur, niſi audeat uindicare $12^{æ}$. q. 23. 3. c. fi 4. 2^{m}. 3^{m}. Veri. q. 26 3. 3^{m}.
Reſpondeo dicendum, quod ex ira non cauſatur propriè audacia ſed augetur, quia ira eſt quid auſiuum ſecundum Philoſophum. Vnde irati ſeduntur prompti & audaces ad inuadendum, ut habetur. $12^{æ}$.q.45.4. art. 3. 3^{m}. fi.

Auerſio. 2. 259 Quòd conuerſio poteſt eſſe, ſine auerſione à Deo, ut in peccato ueniali.
Oppoſitum uidetur dicere, 4. diſt. 15. q. 1. 2. 1^{m}.
Reſpondeo dicendum, quòd ſicut ipſe dicit. $12^{æ}$.q.89.3.0. hoc poteſt intelligi dupliciter, ſcilicet uel in ſtatu innocentiæ, uel in nobis. Si primo modo, ſic non potuit eſſe conuerſio ſine auerſione, ut ibidem probatur. Si autem in nobis, hoc eſt dupliciter, ut habetur ibidem. 6.0. ſcilicet uel quando homo incipit habere uſum rationis, uel poſt. Si primo modo ſic etiam non poteſt. Si autem poſt, hoc eſt dupliciter, ut ipſe dicit. 2. diſt. 42. q. 1. 3. 3^{m}. quia auerſio à bono incommutabili contingit dupliciter, uel actu tantum, ut in quolibet ueniali uel actu & habitu. Et ſic eſt in omni peccato mortali tantum.

261 Quòd corpus hominis dicitur augeri, per additionem materiæ. Augmentum. 12.
Oppoſitum uidetur dicere, quia ſecundum aliquos corpus hominis, per ſeipſum multiplicatur, & ad perfectam peruenit quantitatem per augmentum. 4. diſt. 44. q. 1. ar. 2. q. 4. c. prin.
Reſpondeo dicendum, quòd ſecundo loco dicit, ſecundum aliquos, ſed in primis locis loquitur ſecundum ſententiam propriam.

263 Quòd ſi dubitatur de aliquo, an ſit baptizatus, debet baptizari ſub hac forma. Si non es baptizatus, ego te baptizo. In nomine patris, &c. Baptiſmus 42.
Immo iniuria ſit baptiſmo, ſi baptizatus rebaptizetur. Vnde Athanaſius puer ludo ſimulans, ſe eſſe epiſcopum, baptizauit aliquos, quos Alexander epiſcopus eius, iudicauit non eſſe rebaptizandos. 4. d. 6. q. 2. ar. 1. q. 1. 1^{m}. 4^{m}. cōtra. 4. c. 59. fi.
Reſpondeo dicendum, quòd aut rebaptizat quis ſcienter. aut dubitatiue, aut ignoranter. Si primo modo, ſic ſit iniuria ſacramento. Si uero dubitatiuè, ſcilicet dubitando probabiliter, quòd ſit baptizatus & non conſcientia ſcrupuloſa, ideſt leui ſcrupulo uel ſuſpicione, idem uidetur, quia potuit & debuit certificari, uel conſulere peritiores ſe. Si autem ignorat, & non eſt craſſa ignorantia, ſed quaſi inuincibilis, an ſit baptizatus uel non, tunc debet baptizari ſub prædicta forma, ut habetur in locis primo allegatis. Vnde Alexander epiſcopus, prædictus iudicauit non eſſe rebaptizandos, quia Athanaſius puer, eos baptizauerat cum debita forma, & intentione, ut habetur. 4. diſt. 6. L. 4^{m}.

267 Quod ſacerdos malus baptizans, peccat mortaliter, niſi in neceſſitate, & ſine ſolennitate. Baptiſmus 87.
Oppoſitum uidetur dicere, $22^{æ}$.q.3.5.c.fi.q.60.2.3^{m}.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio. 403.

269 Quòd puer moriens ſtatim poſt baptiſmum, ſtatim uolat ad cœlum. Baptiſmus. 122.
Immo pueris baptizatis morientibus, deſunt propria merita, nec habent uſum liberi arbitrij. $12^{æ}$.q.5.7.2^{m}. fi. q. 113. 3. 1^{m}.
Reſpondeo dicendum, quòd pueris baptizatis ſubuenit meritum Chriſti, ad beatitudinem conſequendam, licet deſint eis merita propria, & uſum liberi arbitrij non habeant, eo quòd per baptiſmum, ſunt Chriſti membra effecti, ut habetur. $1a^{æ}$. q. 5. 7. 2^{m}. fi. q. 13. 3. 1^{m}. 4. diſt. 4. q. 3. art. 3. q. 3. 1^{m} fi.

270 Quòd beatitudo eſt operatio, & ultima perfectio. Beatitudo. 1.
Oppoſitum uidetur dicere. 1. diſt. 1. q. 2. 1^{m}.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio. 611.

271 Quòd eſſentia beatitudinis conſiſtit in actu intellectus, ſed delectatio eius in uoluntate. Beatitudo. 17.
Oppoſitū uidetur dicere. $12^{æ}$ q. 11. 1. 1^{m}. 4. c. 2^{m}. 4. di. 1. q. 1. 1. e. 1^{m}.
Reſpondeo dicendum, quòd eſſentialiter beatitudo conſiſtit in actu intellectus, ſed conſequenter ſeu concomitanter, conſiſtit in actu uoluntatis, ut habetur in primis locis.

273 Quòd beatitudo non conſiſtit in conſideratione ſcientiarum ſpeculatiuarum. Beatitudo. 36.
Oppoſitum uidetur dicere. $22^{æ}$.q.170.4.c.
Reſpondeo dicendum, quod conſideratio ſcientiarum ſpeculatiuarum, eſt quædam participatio ueræ, & perfectæ beatitudinis, non autem ſubſtantialis beatitudo, ut habetur. $1a^{æ}$.q.3. 6 c. fi. q. 66. 3. 1^{m}. 1. 2^{m}. $22^{æ}$.q. 180. 4. c.

274 Quòd beatitudo nō conſiſtit in contemplatione angelorū. Beatitudo. 37.
Oppoſitum uidetur dicere, cùm angeli ſint principia intellectus humani. Quol. 3. q. 3. 2. 0. Meth 2. lec. 2.
Reſpondeo dicendum, quòd angeli ſunt principia intellectus humani, non quidem producendo ipſum in eſſe, ut Deus ad quem eſt naturalis appetitus hominis, ſed illuminando, dirigendo, & confortando, ut habetur. 1^{a}.q.111.1.0.

277 Quòd beati in patria, omnes rationes rerum quæ in Chriſto ſunt, non cognoſcunt, & ſi ipſum comprehendant. Beatus 3.
Immo tunc beati omnia opera diuina cognoſcent. 1^{a}.q.12.8. 4^{m}. 1. d. 2 /. L. fi.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio. 366.

280 Quòd beati ſunt in ſtatu impetrandi, non autem merendi. Beatus. 1/ 11.

Oppo-

Oppoſitum uidetur dicere.2.d.5.q.2.a.
Reſpondeo dicendum tripliciter, primo, quòd meritum dupliciter ſumitur, ut habetur.2.d.18.2.c.Ver.q.1.2.2^{m}.ſcilicet propriè, ideſt actio, cui iuſtè debetur merces, ad quod requiruntur tria, ſ.ſtatus uiæ, dominium operis, & charitas: & ſic nec Angeli, nec alij beati meruerunt, niſi ſolus Chriſtus, qui fuit ſimul comprehenſor, & uiator. Alio modo impropriè, ideſt, quælibet conditio, qua aliquis eſt dignus aliquo, ſicut dicitur, q. ſpecies Priami digna eſt imperio: & ſic Angeli per myſteria nunc nobis exhibita, dicuntur mereri gaudium accidentale.
Beatus 283 Quòd beati non interſunt rebus uiuorum, ſecundum legem communem.
57. Oppoſitum uidetur dicere.4. diſtin.50 quæſtio.1.3.0. Quo.11. quæſt.1.3.0.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio.575.
Bonitas 8 284 Quòd omnia ſunt bona, bonitate Dei.
Immo omnia ſunt bona ſeipſis, & non per aliam bonitatē. 12^{æ} q.55.2.1^{m}.Veri.q.1.2.1^{m}.7^{m}.
Reſpondeo dicendum dupliciter, ſcilicet primo, quòd omnia ſunt bona bonitate Dei, ut principio effectiuo. exemplari, & finali, ſed ſunt bona ſeipſis bonitate eſſentiali; quæ tamen eſt a Deo, ut habetur.1^{a}. quæſt.6.4.0.12^{æ}. q.23.2.1^{m}.q.17.3. c.1.d.1.L.10^{m}.d.19.q.5.4. 3^{m}.contra 1.c.40. Veri.q.21.4.0.q. 27.1.7^{m}.
Secundo dicendum, quòd ſicut Dubio.1171.
Bonitas. 285 Quòd quodlibet bonum creatum eſt bonum particulare,
13. ſed ſolus Deus eſt bonum uniuerſale.
Immo in Deo non eſt uniuerſale nec particulare.1^{a}.q.14.1.3^{m} 1.d.35.5.0.d.36 q.1.1.1^{m}.contra 1.cap.56.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio.475.
Bonitas. 287 Quòd Deus eſt ſummum bonum.
16. Oppoſitum uidetur dicere, quia beatitudo eſt ſummum bonū. 1^{a}.q.26.3.1^{m}.12^{æ}.q 3.1.2^{m}.4.d.49.q.1.ar.2.q.1.2^{m}.cōtra 3. cap.14.1^{m}.Opuſ.20.cap.8.Veri.q.1.9.7^{m}.
Immo uirtus infuſa, eſt maximum bonum ſimpliciter. Veri. q.1.9 7^{m}.
Reſpondeo dicendum tripliciter, ſ. primo quòd ordo bonorū poteſt ſummi dupliciter. ſ. uel reſpectu rectitudinis uitæ. Et ſic uirtutes ſunt maxima bona, potentiæ ſunt media, exteriora uerò minima. Vel reſpectu beatitudinis. Et ſic beatificans Deus eſt maximum, beatus medium, uirtus autem minimū bonum.
Hæc ſolutio habetur.1.diſt.1 L 4^{m}.2. diſtin.27.L.Veri. quæſt. 12.3.15^{m}.
Secundò dicendum, quòd bonum eſt duplex. ſ. uel ſubſiſtens. Et ſic Deus eſt ſummum bonum. Vel bonum inhærens. Et ſic beatitudo eſt ſummum bonum in patria, & uirtus in uia. Hæc ſolutio ſumitur. 12^{æ}. q.18.4.c.2. diſtin.1.q.2.5.c.Dio.4. lec.9.10.
Tertiò dicendum, quòd maximum bonum, dicitur dupliciter, ſcilicet uel ſimpliciter. Et ſic Deus eſt maximum bonū. Vel in genere boni creati. Et ſic beatitudo eſt maximum bonum. Virtus autem infuſa dicitur maximum bonum, inquantum per eam homo ut in uia, ordinatur ad ſummum bonum ſimpliciter, ſcilicet ad Deum. Sed uirtus acquiſita dicitur maximum bonum ſecundum quid, in quantum per eam homo ordinatur ad ſummum bonum, in genere bonorum humanorum. Hæc ſolutio colligitur. Veri.q.1.1. 3^{m}.9.7^{m}.
291 Quòd ſubiectum cuiuslibet mali, eſt bonum deficiens. i. im
Bonitas. potentia.
69. Oppoſitum uidetur dicere. Opuſc.5.cap.118.
Reſpondeo dicendum, quod nec tamen contraria ſunt ſimul, quia malum non eſt in bono ſibi contrario, ut habetur. 1^{a}. q.11 2.1^{m}.
292 Quòd ſummum malum, non contrariatur ſummo bono
Bonitas. ſecundum rem, ſed ſecundum uocem.
73. Oppoſitum, uidetur dicere, 12^{æ}. quæſtio.73.4.0. Ma. quæſt. 2.10.0.
Reſpondeo dicendum, quòd nullum malum opponitur ſummo bono contrariè, nec bono priuatiuè, niſi indirectè, ideſt, ſecundum rationem communem boni, ut habetur.1^{a}.q.17. 4.3^{m}.q.49.3.2^{m}.1.di.36.q.1.2.c.2.diſt.1.q.1.1.1^{m}. Veri.q.2. 1.4^{m}.
Bonitas. 293 Quòd nulla creatura eſt bona per eſſentiam.
82. Immo omnis creatura eſt bona per eſſentiam. Veri. quæſt.21. 1.1^{m}.
Reſpondeo dicendum, quòd omnis creatura eſt bona per eſſentiam, inquantum eſſentia eius non inuenitur ſine habitudine ad bonitatem Dei, ut habetur. Veri.q.21.2.1^{m}.6.
Bonitas. 87. 294 Quòd qualibet re creata poteſt eſſe alia res creata melior, bonitate eſſentiali, & accidentali.
Oppoſitum uidetur dicere. Veri.q.29.3.6^{m}.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio.503.
299 Quòd uirtus eſt bona ſeipſa, non per aliam bonitatem. Bonitas.
Oppoſitum uidetur dicere. 2.d.27.2.1^{m}. 141.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio.1171.
300 Quod bonum quod ponitur in diffinitione uirtutis nō eſt Bonitas.
bonum tranſcendens ſed bonum rationis. 142.
Oppoſitum, uidetur dicere.12^{æ}.q.55.4.1^{m}.q.94.2.c.2.diſt.27.2. 1m.Veri.q.1.2.8^{m}.
Reſpondeo dicendum, quòd in locis primo allegatis, loquitur de eo quod ponitur in diffinitione uel formaliter, uel explicite, uel in actu, uel immediatè, quia diffinitio quorumcunque ſpecialium non datur per tranſcendentia, ſed per primum genus, & per ultimam differentiam, ut habetur. Meth. 7.lect.12 princ. Poſt. 2. Sed in locis ſecundo allegatis, intelligit uel in uirtute, uel in potētia, uel ſimpliciter, uel immediate, eo modo quo dicitur.12^{æ}.q.94.2.c. Quol.2.q.2.1.c.Meth.4. lect.1. quòd ens eſt de ratione omnis entis. Et ſimiliter de bono, reſpectu cuiuslibet boni.
302 Quòd capitale uitium, dicitur a capite membro, uel quia Capitale.
pœna capitis punitur, uel quia eſt cauſa finalis per ſe multo 1.
rum peccatorum.
Immo capitalia uitia non ſunt cauſa finalis per ſe multorum peccatorum, quæ ex bono oriuntur.2.d.5.q.1.3.c.1^{m}.di.22. q.1.1.7^{m}.di.42.q.2.1.c.2^{m}.3.1^{m}.
Reſpondeo dicendum, quòd capitalia dicuntur, quia ut in pluribus alia peccata oriuntur ex eis, licet quandoque aliquod uitium ex bono oriatur per abuſum, ut habetur. Ma. q.8.1.8^{m}.
301 Quòd charitas poteſt dici uirtus generalis. Charitas,
Immo charitas eſt uirtus ſpecialis, & nullo generalis. 22^{æ}.q.23 4.
4.5.0 q.58.6.0.3.d.27.q.2.a1.4.q.2.3.0.Ma.q.8.2.c.6.q.11.2.c Veri.q.2.2.c.5.0.
Reſpondeo dicendum, quòd charitas poteſt dici uirtus generalis inquantum ordinat actus omnium uirtutum ad bonum diuinum. Sed ut reſpicit bonum diuinum ut propriū obiectum, ſic eſt uirtus ſpecialis, ut habetur. 22^{æ}.q.58.6.c. 3^{a}.q.85.2.1^{m}.
305 Quòd charitas eſt radix omnium uirtutum. Charitas.
Immo actus uel habitus, non habet rationem radicis, ſed ratio 7.
nem rami.2.diſt.3.q.1.3.c.1^{m}.di.12.q.1.1.7^{m}.di.42.q.2.1.c. 2^{m}.3.1^{m}.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio.1144.
307 Quòd charitas eſt forma omnium uirtutum.
Oppoſitum uidetur dicere. Veri.q.2.5.4^{m}.16^{m}.18^{m}. Charitas.
Reſpondeo dicendum, quòd charitas eſt forma uirtutum effe 9.
ctiuè, quia imponit eis formam, non autem exemplariter, uel eſſentialiter, ut habetur.22^{æ}.q.23.8.c.1^{m}.Veri.q.2.3.4^{m}. 16^{m}.18^{m}.
309 Quòd motus mentis humanæ in fruitione Dei, in qua cō Charitas.
ſiſtit uita æterna, eſt actus charitatis.
Immo uita æterna conſiſtit in uiſione Dei.12^{æ}.q.5.4.c.Io.14 14.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio.271.
310 Quòd charitas uiæ, non poteſt æquari charitati patriæ. Charitas.
Oppoſitum uidetur dicere.1^{a}.q.117.2.3^{m} fi. 21.
Reſpondeo dicendum quòd non eſt eadem ratio quantitatis charitatis uiæ, quæ ſequitur cognitionem fidei & charitatis patriæ, quæ ſequitur cognitionem apertam, ut habetur.22^{æ}. q.24.7.3^{m}. Sed aliqui homines etiam in ſtatu uiæ ſunt maiores aliquibus angelis, non quidem actu, ſed uirtute, inquātum habent charitatem tantæ uirtutis, ut poſſint mereri maiorem beatitudinis gradum quem quidam angeli habent, ut habetur.1^{a}.q.117.1.3^{m}.fi.
311 Quòd charitas non eſt in nobis naturaliter, nec cauſatur Charitas.
ex actibus noſtris, ſed infunditur a Deo.
Oppoſitum uidetur dicere, a ſimili.2.d.3.q.2.1.0.d.28.4.0. 40.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dub.n.679.
312 Quòd uiſio beata, charitas & huiuſmodi, quæ pertinent ad Charitas.
præmium eſſentiale, non augentur in beatis, ea quo iā ſunt 44.
perfectè beat.
Oppoſitum uidetur dicere.4.di.49.q.1.ar.4.q.1.0.
Reſpondeo dicendum, quòd ſicut Dubio.250.159.180.
313 Quòd charitas poteſt augeri in infinitum. Charitas.
Oppoſitum uidetur dicere. Veri.q.1.11.17^{m}.q.2 2.10^{m}. 45.
Reſpondeo dicendum, quod eſt infinita, ex parte Dei, uel finis, non autem ſecundum ſe, ut habetur. Veri.q.1.11.17^{m}.quæſt. 2.10^{m}.
316 Quòd charitas datur, ſecundum menſuram ſubiecti, ſ. ſecū Charitas.
dum capacitatem naturæ, & conatum. 54.
Immo charitas uiæ non datur ſecundum capacitatem naturalium, ſed ſecundum uoluntatem ſpiritus.22^{æ}.q 24.3.b.

Reſpondeo

Reſpondeo dicendum, ꝙ non oportet, ꝙ homo feratur in charitate totaliter in id quod ſ..itur. Sed eius, qui habet meliora naturalia, poteſt eſſe minor conatus & econuerſo. Et ideo non eſt ſimile de angelis, qui ſunt iam perfecti, & de hominibus in uia.

Charitas. 63. 317 Quòd ordo charitatis manebit in patria.
Oppoſitum uidetur dicere. Veri. q. 2. 9. 12^{m}.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dub. 100.

Caſtitas 7 319 Quòd caſtitas eſt ſubiectiuè in anima.
Immo caſtitas eſt ſubiectiuè in concupiſcibili. Veri. q. 14. 4. c. ſi.
Reſpondeo dicendum, quòd caſtitas conſiſtit quidem ſicut in ſubiecto in anima, ſed materiam habet in corpore. Pertinet enim ad caſtitatem, ut ſecundum iudicium rationis, & electionem uoluntatis, aliquis moderate utatur corporalibus membris, ut habetur. 22ª. q. 151. 1^{m}.

Catechiſmus. 3. 320 Quòd catechiſmus pertinet tantùm ad ſacerdotes.
Immo catechiſmus pertinet ad lectorem. 3ª. q. 71. 4. o.
Reſpondeo dicendum, quòd catechiſmus pertinet ad ſacerdotes principaliter, ſed ad lectorem ſecundario, quo ad inſtructionẽ credendorum, ad diaconum. Sed ad inſtructionẽ conuerſiuam pertinet ad epiſcopos, & prædicatores, & ad quemlibet fidelem. Sed ad inſtructionem morũ, pertinet ad anadochum, id eſt patrinum, ut habetur. 3ª. q. 61. 4. o. d. 6. q. 2. ar. 2. q. 2. o. ar. 3. q. 3. 2^{m}. d. 24. q. 2. ar. 1. q. 2. c. ſi. contra 4. c. 74.

Cauſa. 47 325 Quòd effectus non trahit neceſſitatem, vel contingentiam à cauſa remota, & prima, ſed à proxima.
Oppoſitum uidetur dicere. 1ª. q. 19. 8. c. Veri. q. 25. 5. c. Ma. q. 16. 7. 15^{m}. quol. 11. 3. c. quol. 12. 4. 1^{m}.
Reſpondeo dicendum dupliciter, ſcilicet primo quòd in locis primo adductis, loquitur quo ad aſſimilationem, & denominationem, quia effectus aſſimilatur cauſæ proximæ, & denominatur ab ea, non autem a cauſa remota, & prima. Sed in locis ſecundo adductis, loquitur quantum ad cauſalitatem, quia contingentia, & neceſſitas omnium rerum, eſt principaliter a Deo, quia omnis cauſa primaria, plus influit in cauſatum cauſæ ſecundæ, quàm cauſa ſecunda, ut dicitur in prima propoſitione libri de cauſis.
Secundo dicendum, quòd in locis primo allegatis, intelligit de cauſa prima in genere. Sed in locis ſecundo allegatis, loquitur de cauſa prima ſimpliciter, ſcilicet de Deo.

Cauſa. 40 326 Quòd oĩa nobiliori modo ſunt in cã ſua, quã ĩ ſuo cauſato.
Immo non oportet, ꝙ illud quod eſt de nobilitate cauſati, ſit de nobilitate cauſæ. 1ª. q. 4. 2. 2. 3. o.
Reſpondeo dicendum, ꝙ primũ dictum eſt uerum cauſaliter, ſecundum uerò formaliter, vt habetur. Opuſc. 72. q. 10.

Cœlum 10 329 Quòd corpora beatorum, erunt ſuper omnes cœlos.
Oppoſitum uidetur dicere à ſimili. 3. d. 22. q. 3. ar. 3. q. 1. 1^{m}.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dub. 330.

Cœlũ. 11. 330 Quòd non oportet aliquã partẽ cœli eſſe ſuperiorẽ Chriſto, ſed ipſum eſſe ſuper omnẽ circũferentiã cœli empyrei.
Oppoſitum videtur dicere. 3. d. 22. q. 3. ar. 3. q. 1. 1^{m}.
Reſpondeo dicendum, quòd iſta duo ſtant ſimul, ſcilicet ꝙ non oportet aliquam partem cœli eſſe ſuperiorem Chriſto, ſeu Chriſtum eſſe ſuper omnem circumferentiam cœli empyrei, ut dicit in tertia parte, & quòd Chriſtus non eſt extra cœlum empyreum, ſed aſcendit in altiſſimam partem eius. Tamen ſi in tertia parte diceret, ſicut habent aliqui libri, ꝙ corpus Chriſti eſt extra cœlũ, debet intelligi quoad neceſſitatem, quia non eſt de neceſſitate corporis beati, eſſe in loco. Sed in tertio ſententiarum, loquitur quoad decentiam, quia decet ipſum eſſe in nobiliſſima parte cœli.

Cœlũ. 18. 333 Quod cœlũ empyreum habet influentiam in inferioribus.
Oppoſitum uidetur dicere. 2. d. 2. q. 2. 3. o. d. 13. 4. 1^{m}.
Reſpondeo dicendum, ꝙ ſicut habetur à ſimili. 12ª. q. 113. q. 3. 3^{m}. ſi. influentia eſt duplex, ſcilicet uel cognita per uiã naturalis rationis, id eſt per numerum ſphærarum cœleſtium qui nõ ſciunt niſi per motum. Et ſic accipit in ſecundo Sententiarum. Ideo dicit ibi. ꝙ ſecundum Philoſophos, corpus nõ agit niſi moueatur. Et contra. 1. c. 85 dicit, ꝙ corpora non mouent, niſi mota. Vel influẽtia occulta, qua totũ uniuerſum eſt unũ, ſecundũ ordinem partiũ, quod eſt ſecundũ uirtutẽ, id eſt ſola continuatio influxus diuini, qua inferiora gubernãtur à Deo per ſuperiora. Et ſic accipit in prima parte. Ideo dicit ib. ꝙ ſicut corpora gubernãtur per angelos, nõ tantum per inferiores, ſed eoſ per medios, & per primos, ita corpora inferiora per cœlos, & omnia corpora per ſupremũ cœlũ. Et quol. 6. 9. c. ſi. dicit ꝙ proprium eſt cœlo empyreo, inquãtum eſt ſupremum corpus, attingens quodammodo ordinem ſubſtantiarum ſeparatarum, influere ſine motu.

Cœlũ 31. 334 Quòd motus cœli eſt naturalis.
Immo motus cœli eſt uoluntarius. 2. d. 14. 3. 1^{m}. Meth. 12. lect. 6.
Reſpondeo dicendum, ꝙ motus cœli eſt naturalis, ratione materiæ tantùm, ſed eſt uoluntarius, ex parte motoris, ut habetur. 1ª. q. 70. 3. 4^{m}. 5^{m}. 12ª. q. 6. 5. 2^{m}. 2. d. 14. 3. 1^{m}. 4. d. 22. q. 2. ar. 2. q. 1. c. 4. d. 48. q. 2. 2. 10^{m}. cõtra. 2. c. 29. Lib. 3. c. 23. 25^{m}. li. 4. c. 9. ſi. Veri. q. 1. 9. 11^{m}. Poten. q. 5. 5. c. Spiritu. 6. 7^{m}. Anima 8. 18^{m}. Opu. 3. c. 72. Meth. lect. 5. Phi. 2. Cæ. 2. lect. 3.

339 Quòd motor cœli, coniungitur orbi, ſecundum totum. ſecundum Philoſophos. Ideo motor non mouetur per accidẽs, ad motum cœli. Cœlũ. 47.
Oppoſitum uidetur dicere. 2. diſt. 7. q. 1. 2. c. Ma. q. 16. 6. 17^{m}.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dub. 119. 120. 121. 125.

340 Quòd certitudo eſt tantùm in cognitione. Certitudo. 2.
Immo certitudo eſt in appetitu naturali, & ſarte. 12ª. q. 4. 2. 3^{m}.
Reſpondeo dicendum, quòd certitudo eſt in appetitu naturali, inquantũ infallibiliter inclinatur à Deo, dirigẽte ipſum in finem, & non quia appetitus naturalis cognoſcat finem. 12ª. q. 4. 2. 3^{m}. 22ª. q. 18. 4. c. 3. diſt. 26. q. 2. 4. c.

342 Quòd circumciſio conferebat gratiam, quoad omnes effectus poſitiuos, & priuatiuos.
Immo circumciſio conferebat gratiam tantum quo ad effectus priuatiuos, & ad meritũ vitæ æternæ. 4. d. 1. q. 2. ar. 4. q. 3. o. Circunciſio. 24.
Reſpondeo dicendum tripliciter, ſcilicet primo ꝙ in quarto loquitur de circunciſione primo, & per ſe. Sed in aliis locis ex conſequenti, ut dicit dominus Petrus de Tarãtaſio, in quarto ſententiarum, quia legalia iuſtificabant diſpoſitiuè, & remotè, non autem completiuè, niſi per modum ſigni, & non per modum cauſæ, quia ut dicit etiam Sanctus Doctor. 4. diſ. 1. q. 2. ar. 2. q. 1. 2^{m}. Pœna circunciſionis nõ eſt ſatisfactoria, ſed eſt ſignum eius.
Secundo dicendum, ꝙ ſecundum eundem dominum Petrum, circumciſio confert gratiam, quo ad omnes effectus, & poſitiuos, ſed non ita copioſe, ſicut baptiſmus.
Tertio dicendum, ꝙ in quarto ſententiarum, loquitur ſecundum opinionem Magiſtri ſententiarum. Sed in aliis locis, ſecundum ſententiam propriam, ut patet ex modo loquendi.

343 Quòd circumciſio conferebat gratiam, & erat meritoria ex opere operante tantum, id eſt inquantum erat fidei ſignũ, de paſſione Chriſti futura, nõ autem ex opere operato, id eſt, non ex uirtute circumciſionis. Circunciſio. 24.
Immo operabatur, & erat meritoria, etiam ex opere operato 4. d. 1. q. 2. ar. 4. q. 2. c.
Reſpondeo dicendum, dupliciter. ſ. primo, ꝙ ſicut dicit dominus Petrus de Palude in quarto ſententiarum. d. eadem, aliquid dicitur conferre gratiã ex opere operato dupliciter. ſ. uel cauſando effectũ, & diſpoſitionẽ ad gratiã. ſ. characterem uel ornatũ, uel nihil cauſando, ſine quo tamen Deus nõ daret gratiã, quod tñ ſufficit ſine opere operante in paruulis. Secundo modo circumciſio cõferebat gratiã ex opere operato, non autem primo modo, ſed tñ ſacramenta nouæ legis.
Secundo dicendum ſicut in tertia reſponſione Dubij. 342.

34[illegible] Quòd tẽpus ſacrũ eſt circũſtantia peccati, quod ſit in eo. Circumſtantia. 7.
Immo eſt differentia peccati, cum aliquando ſit, vt obiectum contemptus. Ma. q. 2. 6. 2^{m}.
Reſpondeo dicendum dupliciter, primò, quòd ſi quis facit aliquid indecens in tempore ſacro, tempus ſacrum, quod conſideratur, vt circunſtantia eſt per accidens reſpectu actus indecentis, qui in eo ſit, poteſt conſiderari, ut obiectum reſpectu alterius actus, ſcilicet circunſtantiæ, qui eſt, contemnere tempus ſacrum, ut habetur Ma. q. 2. 6. 2^{m}.
Secundo dicendum, ꝙ præceptum etiam tertium de ſanctificatione ſabbati, myſticè, id eſt, quo ad ceſſationem à peccatis, & quo ad quietem mentis in Deum, eſt præceptum generale. Sed ut per ipſum prohibentur ad literam opera ſeruorũ, id eſt, opera mechanica, eſt præceptum ſpeciale. Sub opere tamen manuali intelliguntur omnia humana officia, ex quibus homines licitè victum lucrantur, ſiue membris, ſiue pedibus, ſiue lingua fiant, ut habetur. 22ª. q. 122. 1^{m}. q. 187. 3. c. 2. d. 37. ar. 3. q. 2. 3^{m}. quol. 7. 17. c. ſi.

346 Quòd nulla circunſtantia aggrauat peccatum in infinitũ. Circunſtantia. 8.
Oppoſitum uidetur dicere, 4. d. 16. q. 3. ar. 2. q. 4. 3. o. Ma. q. 2. 8. o. Opuſ. 12. ar. 6.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dub. 991.

347 Quòd nulla circumſtantia, præter intentionem peccantis, dat ſpeciem peccato. Circunſtãtia. 14.
Oppoſitum uidetur dicere, 4. d. 16. q. 3. art. 2. q. 3. c. Ma. q. 2. 6. 6^{m}.
Reſpondeo dicendum, ꝙ in prima ſecundæ loquitur de inordinatione, quæ non poteſt eſſe inuenta, cum ſit pura priuatio, nulli tribuant ſpeciem. Sed in aliis locis loquitur de circumſtantiis poſitiuis. Tamen etiam iſtæ, ſi eſſent omnino ignotæ, & inuoluntariæ, nullo modo uariarent ſpeciem.

349 Quòd claritas corporis glorioſi erit à gloria animæ. Claritas
Oppoſitum uidetur dicere à ſimili, 3. d. 16. q. 2. 1. 3^{m}. 2. c. 3^{m}.
Reſpondeo dicendum, quòd nulla eſt penitus repugnantia,

quia illa claritas cauſata eſt immediatè à gloria animæ Chriſti, ut dicit in tertia parte, ſed mediatè à Deo, ut aſſerit in tertio ſententiarum.

Clementia. 7. 352 Quòd clementia, & manſuetudo, non ſunt maximè uirtutes, niſi ſecundum quid.
Oppoſitum uidetur dicere. Veri. q. 1. 9. 7^{m}.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio. 587.

Coactio 5. 353 Quòd uoluntas non poteſt cogi.
Oppoſitum uidetur dicere 12^{æ}. q. 6. 4. 0. 5. 2^{m}.
Reſpondeo dicendum, quod uoluntas poteſt cogi, reſpectu actus imperati, non autem reſpectu actus eliciti, ut habetur. 12^{æ}. q. 6. 4. 0. 5. 1^{m}. 2. diſt. 15. q. 1. 3. 5^{m}. diſt. 25. 3. 1^{m}. 4. diſt. 38. q. 1. art. 1. q. 1. 2^{m}.

Cognitio. 23. 356 Quòd cognoſcere aliquid in uniuerſali, eſt imperfectius, quàm cognoſcere in ſpeciali.
Oppoſitum uidetur dicere, 1. diſt. 3. q. 3. 2. 3. cõtra 2. cap. 92. Ver. q. 19. cap.
Reſpondeo dicendum, quod cognitio uniuerſalis in prædicando, ex parte obiecti eſt imperfectior particulari, ſed ex parte medij, uel etiam cognitio uniuerſalis in cauſando eſt econuerſo, ut habet. 1^{a}. q. 55. 3. 2^{m}. Ver. q. 8. 10. 1^{m}. Ma. q. 16. 6. 16^{m}.

Coitus. 1. 357 Quòd in coitu abſorbetur uſus rationis propter uehementiam delectationis.
Oppoſitum uidetur dicere 2^{æ}. q. 150. 4. 3^{m}. q. 156. 4. 2^{m}.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio. 372.

Collectiuum. 1. 358 Quòd collectiuum nomen ſignificat duo, ſcilicet multitudinem ſuppoſitorum, & unitatem ordinis.
Oppoſitum uidetur dicere à ſimili. 3^{a}. q. 3. 7. 2^{m}.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio. 926.

Color. 2. 359 Quòd color eſt obiectum materiale uiſus, formale uero eſt lumen.
Immo color eſt obiectum formale uiſus. 1^{a}. q. 19. 3. c. q. 45. 4. 1^{m}. 1^{æ}. q. 1. 1. 3^{m}. q. 8. 2. c. q. 10. 1. c. Veri. q. 14. 8. 4^{m}. Veri. q. 1. 4. c. Quol. 3. 27. a.
Reſpondeo dicendum tripliciter, ſcilicet primo quòd ſicut innuitur. Ver. q. 14. 8. 4^{m}. obiectum formale eſt duplex, ſcilicet quo, & quod. Primo modo color eſt obiectum materiale, ſed lumẽ eſt obiectum formale. Sed ſecundo modo, eſt econuerſo. Vnde unius potentiæ poſſunt eſſe plura obiecta ſubordinata, ſcilicet obiectum quod, & obiectum quo.
Secundo dicendum, quod ut habetur Phi. 2. lect. 5. ſi. unum & idem reſpectu diuerſorum, eſt materiale & formale, ſicut partes diffinitionis reſpectu diffiniti, ſe habent ut formale, ſed reſpectu diffinitionis, ut materiale, & pars una reſpectu alterius, ſicut genus reſpectu differentiæ. Ideo color reſpectu corporum, eſt obiectum formale uiſus, ſed reſpectu luminis, eſt materiale.
Tertio dicendum, quòd ut habetur. 1. d. 17. q. 1. 1. c. Ma. q. 2. 2. 5^{m}. 11^{m}. color eſt lux incorporata. Vnde duplex eſt lumen ſcilicet lumen extrinſecum in medio inter colorem, & uiſum, & lumen intrinſecum, quòd includitur in colore. Lumen igitur extrinſecum, non eſt ratio formalis coloris, ſed lumen intrinſecum, eſt ratio formalis coloris. Et Veri. q. 2. 4. 4^{m}, habetur, quod lux in colore, eſt quaſi formale, & terminatio diaphani, eſt quaſi materiale. Et Meth. 10. lect. 4. habetur, quod in nigro eſt minimum de luce, quæ facit colores actu, ut patet in lib. de Senſu, & ſenſato.

Color. 3. 360 Quod color non eſt coloratus, ſed clarus. Similiter albedo non eſt alba.
Oppoſitum uidetur dicere à ſimili. 2. d. 27. 2. 1^{m}.
Color. 4. Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio. 1171.
361 Quòd lumen facit, quòd color qui eſt uiſibilis in po^{a}. fiat uiſibilis in actu.
Oppoſitum uidetur dicere. 1^{a}. q. 12. 5. 1^{m}. Anima 4. 4^{m}. Anima. 2. lect. 14. ſi. lib. 3. lect. 10. medendo.
Reſpondeo dicendum dupliciter, ſcilicet primo quod ſicut habetur. 1^{a}. q. 79. 1. 2^{m}. Anima. 4. 4^{m}. de hoc ſunt duæ opiniones oppoſitæ, & recitat quãdoque unam, & quandoque aliã, dum diſputat in theorica, licet quando determinat hoc in phyſicis, magis adhæret ſecundæ opinioni.
Secundo dicendum quòd ut dicitur. Quol. 7. q. 2. 1. 2. Anima. 2. lect. 14. ſi. agens eſt duplex, ſcilicet uel perfectum, quod perfectè poteſt imprimere ſuam formam, uel imperfectum. quod hoc tamen poteſt, niſi confortetur à fortiori agente, Et ſic color eſt uiſibilis in actu imperfecto, tamen eſt uiſibilis in potentia ad actum perfectum, ad quem reducitur per lumen.

Columba 2. 362 Quòd columba quæ apparuit ſuper Chriſtum baptizatum fuit uerum animal.
Oppoſitum uidetur dicere, 1. d. 16. 3. 3^{m}.
Reſpondeo dicendum, quod fuit uerum animal, ueritate eſſentiæ ſed non ueritate omnium proprietatum columbæ, ut à ſimili poteſt colligi. 1^{a}. q. 68. 4. c. 2^{æ}. q. 77. 2. 1^{m}.

364 Quod omne compoſitum eſt aliquid, quod non conuenit alicui partium eius, & eo eſt aliquid, quod non eſt ipſum. Compoſitio. 4.
Oppoſitum uidetur dicere. Meth. 7. lect. 14.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio. 1157.
365 Quòd nullus intellectus, comprehendere poteſt eſſentiam Dei.
Comprehendere. 6. Immo beati in patria comprehendunt naturam Dei. 1^{a}. q. 12. 7. 1^{m}. Opuſc. 72. q. 16.
Reſpondeo dicendum, quod comprehendere, ut habetur. 1^{a}. q. 12. 11^{m}. 7. 0, uno modo accipitur pro termino, ſcilicet inſequutionis, quando ſcilicet aliquid tenetur. Et ſic beati in patria habent meritum ſpei, & noſcunt illam ineffabilem generationem. Et ſic Philoſophi non comprehendet uni diuinam naturam. Vnde non attingerunt ad illam generationem. Alio modo accipitur comprehendere propriè, quod eſt concludere aliquid in terminis continentis. Et ideo illo modo nihil comprehendit Deum, quia ipſe excedit omnem intellectum, ut etiam habetur. Opuſc. 72. q. 26.

367 Quòd commune eſt duplex, ſcilicet ſecundum rem, & ſecundum rationem. Primum eſt in diuinis tantum, ſecundũ uerò in omni natura.
Commune. 1. Immo primum eſt etiam in creaturis, quia natura humana eſt etiam communis multis ſecundum rem. 1^{a}. q. 13. 9. c.
Reſpondeo dicendum, quod commune poteſt ſumi dupliciter, ſcilicet uel materialiter, id eſt pro re, quæ ſubſtat communitati, uel formaliter, id eſt pro ipſa communitate, quæ eſt quædam unitas multorum, ſicut etiã diſtinguitur de uniuerſali. 1^{a}. q. 85. 1. 2^{m}. 3. 1^{m}. 4^{m}. 1. d. 19. q. 5. 1. c. d. 33. 1. 3^{m}. 3. diſ. q. 2. 1. 1^{m}. Meth. 7. lect. 13. princip. Anima. Lib. 1. lect. 2. fin. Senſu. lect. 15 Opuſc. 30. 5. 0. Primo igitur modo intelligitur. 1^{a}. q. 13. 9. c. ſed ſecundo modo in cæteris locis, ut etiam patet Dubio. 928.

370 Quod uirgo Maria mater Chriſti, fuit concepta in peccato originali.
Conceptio. 19. Immo fuit immunis à peccato originali & actuali. 1. d. 44. 3. 3^{m}.
Reſpondeo dicendum, quod nulla eſt omnino repugnantia, ſeu contradictio, etiam quo ad apparentiam Primo quia in primo Sententiarum, nullam mentionem facit de conceptione eius, ſed ſolũm loquitur de ea & de eius immunitate poſt ſanctificationem eius, ut patet per auctoritatem ſancti Anſelmi, quam ibi exponit, ſicut etiam poſſet dici de quolibet ſanctificato uel in utero, uel p baptiſmũ, quia tunc fuit immunis ab omni peccato originali, & actuali.
Secundo, quia licet dicat, quòd fuit immunis, tamen non dicit, quod ſemper fuerit immunis, ſed ſine ſigno uniuerſali, ſicut etiam dicit de alijs hominibus, quòd aliquando ſunt ſine peccato etiam ueniali in hac uita, ſed non ſemper, nec diu, ut patet. 3^{a}. q. 79. 4. 2^{m}. 3. d. 3. q. 1. L. 1^{m}. 4. d. 12. q. 2. art. 2. q. 1. 1^{m}. d. 21. q. 2. 1. 4^{m}. Ma. q. 7. 12. 4^{m}.
Tertio, quia ſi quis uelit pertinaciter aſſerere quod ſanctus doctor intendit loqui de conceptione beatæ Virginis, ſcire debet, quod non eſt ad propoſitum materiæ, de qua ibi tractabat aliquid inſerere de conceptione paſſiua matris Chriſti. qua concepta fuit, ſed potius de conceptione paſſiua Chriſti, de qua etiam alibi dicit, quòd fuiſſet aliquid in Adam, non infectum peccato originali, ex quo in ipſa aſſumptione, formatus ſit Chriſtus, eſt hæreticus, ſed carnis eius emundatio, à præcedenti infectione, talem intellectu præceſſit aſſumptionem, ut habetur. 3. d. 3. q. 4. art. 1. 0. art. 2. c. a. L. princip. Ioan. 3. lect. 5. Sed totum occurrebat in primo ſententiarum ad conceptionem paſſiuam Chriſti, aliquid de conceptione actiua, qua Virgo beata concepit Chriſtum, propter auctoritatem ſancti Anſelmi introductam ibidem, in qua dicitur, quòd Deus præparauit ipſam unigenito ſuo in matrem.
Quarto, quia ſanctus Thomas ibidem dicit, ſicut etiam aſſerit ſanctus Anſelmus, quòd puritas matris Chriſti, fuit ſub Deo, inquantum fuit in ea potentia ad peccandum. Sed hoc non per peccatum actuale, ut ipſe dicit. Veri. q. 24. 9. 2^{m}. niſi forte beata Virgo in ſua natura conſideretur, ut etiam ipſa adducit de omnibus angelis & hominibus, contra. 3. c. 109. Ergo per peccatum originale.
Quinto, quia ibi exponit auctoritatem ſancti Anſelmi, qui ubique tenuit expreſſe, ſicut omnes ſancti communiter affirmant, beatam Dei matrem conceptam fuiſſe omnino cum peccato originali.

372 Quod concupiſcentia non ligat totaliter rationem.
Concupiſcentia 11. Immo in concupiſcentia abſorbetur uſus rationis, propter uehementiam delectationis. 12^{æ}. q. 34. 1. 1^{m}. q. 37. 1. 2^{m}. q. 72. 5. 4^{m}. 2. diſt. 20 q. 1. 2^{m}. 4. d. 9. art. 5. q. 3. c.
Reſpondeo dicendum, quòd concupiſcentia dicitur eſſe ſine ratione.

ratione, non quidem quia totaliter auferat iudicium rationis, ſed quia tunc in nullo procedit ſecundum iudicium rationis, niſi ſit tanta ut faciat inſanire. Tunc.n.ligat totaliter rationem.22æ.q.50.a.3m.q.56.a.2m.

Concupiſcibilis.6. 374 Quòd omnia mala pertinent ad concupiſcibilem, ſicut ad primam radicem, non autem ſicut ad proximum principium.

Oppoſitum uidetur dicere.2.d.5.q.1.3.c.1m

Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio 1114.

Concupiſcibilis.7. 375 Quòd omnis motus concupiſcibilis cauſatus ex apprehenſione, ſemper eſt peccatum, non autem ſi ſit ex qualitate organi.

Immo primi motus naturales ſenſualitatis, nullo modo ſunt peccata.2.d.24.q.3.a.2.o.d.41.q.2.1.5m.3.d.39.quæſt.2.1.4m. Quol.4.11.o.

Reſpondeo dicendum, quòd primi motus dicuntur dupliciter ſcilicet primo primi.i.naturales ſine imaginatione. Et ſecundo primi.i.primi motus ſenſualitatis, ex imaginatione. Secundi ſunt peccata, ſed leuiſſima, primi uero nullo modo, ut habetur in primis locis.

Cõfeſſor.13. 379 Quòd de quolibet confeſſore dicit. Non eſt inuentus ſimilis illi.

Oppoſitum uidetur dicere.4.d.49.q.5.ar.3.q.2.3m.art.5.q.3.c. Veri.q.26.a.8m.Heb.11.12.

Reſpondeo dicendum, quòd unus ſanctus præcipuè laudatur de una uirtute & alius de alia, propter excellentiorem promptitudinem ad actum unius uirtutis, quàm alius, uel ad actum unius uirtutis, quàm ad actum alterius. Et ſimiliter ſanctus quilibet habet aliquam præeminentiam, ſecundum ſpecialem uſum alicuius uirtutis, ut habetur. Iob princ.

Cõfirmatio.10. 380 Quòd confirmans, & confirmandus, debent eſſe in gratia & debent eſſe confeſſi, & ieiuni de conſilio, non autem de præcepto.

Oppoſitum uidetur eſſe a ſimili.Io.9.Ro.2.fi.

Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio.796.

Cõfirmatio.32. 381 Quòd beata uirgo per ſecundam ſanctificationẽ, fuit ſimpliciter confirmata in bono per gratiam habitualem, ita quòd non poſſet per liberum arbitrium flecti in contrarium.

Immo nullus purè uiator, nec etiam beata Virgo in præſenti uita, poteſt confirmari ſimpliciter, nec ab omni immunitate peccati conſeruari per gratiam habitualem cõtra.3.c.162. fin.Veri.q.24.9.o.

Reſpondeo dicendum dupliciter, ſcilicet primò, quòd gratia non immobilitat in bono, ut quis poſſit peccare, niſi ſit perfecta ſcilicet coniungens fini, ut habetur.1a.q 62.3.2m.12æ. q.106.1.2m.2.d.4.3.5m.d.20.q.3.5m.contra.3.c.155.162.fi. Lib.4.cap.69.

Secundo dicendum, quòd ultra gratiam habitualem, quilibet ulterius indiget cuſtodia diuinæ prouidentiæ in præſenti uita, ut habetur.contra.3.c.162.fi.

Conſcientia.8. 384 Quòd conſcientia errans ligat.

Immo error conſcientiæ, habet uim abſoluendi uel excuſandi. Quol.7.uel 8.q 6.5.o.fi.

Reſpondeo dicendum, quòd error conſcientiæ, quãdoque habet uim abſoluendi, quando ſcilicet procedit ex ignorantia eius, quod quis ſcire non poteſt, uel ſcire non tenetur. Et in tali caſu, quamuis factum de ſe ſit mortale, tamen intendẽs peccare uenialiter, peccaret uenialiter, ſicut ſi aliquis intenderet accedere ad uxorẽ ſuã, cauſa delectationis tñ, & ita intẽderet peccare uenialiter, tunc ſi alia ei ſupponeretur, eo neſciente, nihilominus uenialiter peccaret. Quandoque uerò error conſcientiæ, non habet uim abſoluendi, uel excuſandi, quando ſcilicet ipſe error peccatum eſt, ut cum procedit ex ignorantia eius, quod quis ſcire tenetur & poteſt. ſicut ſi crederet fornicationem ſimplicem, eſſe peccatum ueniale. Et tunc quamuis crederet peccare uenialiter, non tamen peccaret uenialiter, ſed mortaliter, ut habetur. Quol.7.uel 8 q.6 5.c.fi.

Conſenſus.2. 385 Quòd conſenſus poteſt attribui uoluntati, & rationi.

Immo conſenſus eſt actus uoluntatis.ſ.complacentia & applicatio eius, ad aliquid exiſtens in poteſtate eius, 12æ.q. 15. o.q. 74.5.1m.4.d.29.1.a

Reſpondeo dicendum, quòd conſenſus in actum, pertinet ad rationem ſuperiorem, ſecundum quòd in ratione uoluntas includitur ſecundum Philoſophum, ut etiam habetur. 12æ. q.10.1.b.q.15.4.o.q.74.7.1m.

Conſtantia.5. 387 Quòd conſtantia pertinet ad continentiam.

Immo continentia eſt ſpecies conſtantiæ. 22æ.quæſtio. 53. 5.3m.

Immo conſtantia, eſt pars potentialis fortitudinis.22æ.quæſt. 128.6m

Immo conſtantia comprehendi poteſt ſub magnificentia. 22æ. q.128.6m. Et poteſt etiam pertinere ad perſeuerantiam, 22æ q.128.6m, quia perſeuerantia diuiditur in firmitatẽ & conſtantiam.3.d.33.q.3.ar.3.q.2.c.3m

Reſpondeo dicendum, quòd conſtantia in rebus arduis, & terribilibus, eſt pars fortitudinis. In delectabilibus uerò, eſt pars continentiæ. Sed continentia eſt ſpecies conſtantiæ, ſecundũ quòd conſtantia importat ſtabilitatem, in quacunque materia. Et ſic poteſt comprehendi ſub magnificentia, non quidẽ ut pars eius potentialis, uel ſubiectiua, ſed ut aliquid requiſitum ad eam per modum partis integralis. Et ſimiliter poteſt pertinere ad perſeuerantiam, ut habetur. 22æ. quæſtio. 155.5.2m

389 Quòd continentia, ut eſt abſtinentia ab omni delectatione uenerea, eſt uirtus, non autem quæ eſt cum prauis concupiſcentijs, quibus reſiſtit. Continẽtia.1.

Immo continentia non eſt uirtus, ſed aliquid minus uirtute. 12æ.q.58.3.2m.22æ.q.14.3.1m

Reſpondeo dicendum dupliciter ſ.primo, quòd continentia ſumitur tripliciter.ſ.primo, ſecundum quòd aliquis habet rectam rationem, cum prauis concupiſcentijs, quib. reſiſtit. Secundo prout homo abſtinet ab omni delectatione uenerea, etiam licita. Tertio, qua quis abſtinet ab omni actu illicito. Prima igitur non eſt uirtus, quia non operatur bonum faciliter, & delectabiliter. Sed reducitur ad temperantiam, ut imperfectum ad perfectum. Secunda uero, & tertia, eſt uirtus. Sed ſecunda reducitur ad temperantiam, ut pars ſubiectiua. Tertia uerò, ut pars potentialis, ut habetur. 22æ.q.155.a.o. 4.0.3 d.33.q.3.ar.2.q.1.1m

Secundo dicendum, quòd continentia etiam prima, eſt uirtus, largè ſumendo uirtutem.ſ.pro omni principio actus laudabilis, ut habetur.22æ.q.155.1.c.fi.

390 Quòd continentia & perſeuerantia, ſunt partes conſtãtiæ, firmiter perſiſtentes. Prima contra concupiſcentias. Secunda uerò contra triſtitias. Continẽtia.9.

Oppoſitum uidetur dicere.22æ.q.53.5.2m

Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio 387

391 Quod continentia eſt tantum in uoluntate ſubiectiuè. Continẽtia.10.

Immo non eſt in ui appetitiua, ſed in ratione.12æ.q.158.3.2m. 22æ.q.13.5.3m.d.33.q.2.at.4.q.2.c.

Immo eſt in concupiſcibili.3.d.33.q.2.ar.4.q.2.o.

Reſpondeo dicendum, quòd continentia poteſt attribui rationi, ſicut primo mouenti, & incontinentia cõcupiſcibili, licet utraque immediatè ſit in uolũtate, ut in proprio ſubiecto, 22æ. q.155.3.c.fi.

392 Quòd contingens, ut contingens cognoſcitur directè a ſenſu, ſed indirectè ab intellectu. Contingent.6.

Oppoſitum uidetur dicere.4.diſt.50.quæſtio.1.3.o. Quol.11. q.1.3.o.

Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio 551.

397 Quòd ad contritionem de uenialibus, non requiritur propoſitum non peccandi, ſicut de mortali, ſed ſufficit diſplicẽtia eius, & ſuæ cauſæ. Cõtritio.6.

Oppoſitum uidetur dicere a ſimili, de pœna eius qui ad uenialia fuit magis immerſus.4.d.21.q.1.ar.3.q.3.o.di.46.q.1.3.c. Opuſc.12.ar.6.

Reſpondeo dicendum, quòd non requiritur de neceſſitate, ſed eſt laudabile, ut habetur in locis primo allegatis.

399 Quòd conuerſio in Deum eſt triplex, ſcilicet per gloriam, meritum, & præparationem, quæ requirit triplicem gratiam, ſcilicet conſummatam, habitualem, & operationem Dei. Conuerſio.1.

Oppoſitum uidetur dicere a ſimili 2.d.5.q.2.1.o.d.28.4.o.

Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio.111 649.

404 Quòd corpus prius uiuum, & poſtea mortuum, non eſt idẽ corpus numero. Corpus.12.

Oppoſitum uidetur dicere.3a.q.50.5.o.Quol.2.q.1.1.o.Quol.3. 4 1m.Quol.4.n.5.o Opuſc.3.c 155 157.

Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio.79.

405 Quòd ex ſtens in peccato mortali, etiam occulto, corrigẽs ex officio, peccat, non autem corrigens ut frater, niſi propter ſcandalum. Correctio.6.

Oppoſitum uidetur dicere 12æ q.60.2.3m.Math 7.Ro.2.

Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio.756.

407 Quòd Philoſophi cõcedũt creationem eſſe, ſed ab æterno. Creatio 4.

Immo voluerunt motum incœpiſſe per uiam naturæ.i.per generationem.Meth.12.lect.1.prin.Lect.7.princ.

Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio 912.

409 Quòd creara, requirit potentiam genere infinitam. Creatio.17.

Oppoſitum uidetur dicere a ſimili.1.d.1.4 1.3.o.4 d q.1.ar.3. q.1.1m.d.8 q.1 1 4m.

Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio 152.

Creatio. 410 Quòd Deus non poteſt communicare creaturæ potentiam
18. creandi aliquid uirtute propria,& principaliter, nec inſtrumentaliter.
Immo poteſt inſtrumentaliter.2.d.1.q.1 3.o.4.di.5.q.1.artic.3.quæſt.5.5m.
Reſpondeo dicendum,dupliciter, Primò quod creatura poteſt agere ſupra naturam,& cooperari creatori per uirtutem diuinam,ut agens inſtrumentale,non autem ut agens principale,ſcilicet non quidem quantum ad illos effectus, qui ſunt immediatè a Deo,ut creatio,& ſanctificatio, ſed quantum ad aliquos effectus, qui fiunt mediante creatura, uirtute diuina:nõ autem poteſt dici,cooperari creatori uirtute propria creaturæ,ut habetur.4.d.8. q.2.3.4m.Ma.q.16.9. 3m. Opuſc.1.c.23.
Secundo dicendum,ſicut Dubio.409.
412 Quòd creatio paſſiua creatur, non quidem alia creatione,
Creatio. ſed ſeipſa.
25. Oppoſitum uidetur dicere a ſimili.2.d.27.2.1m
Reſpondeo dicendum , quòd creatur ſeipſa , non ut terminus creationis,ſed ut quo aliud creatur,ut habetur.1a.q.44.o
413 Quòd creatio eſt in inſtanti.
Creatio. Immo principium temporis , non eſt menſura creationis, 1a.
2. q.46.3.1m.
Reſpondeo dicendum,ſicut Dubio.129.
Immo creatio menſuratur æuo, uel tempore large ſumpto.ſ.pro numero cuiuſcunque ſucceſſionis.2.d.1.q.1.6.3m.Verit.q.8.4.15m.
Creatura 417 Quòd in omnibus creaturis,differunt ſuppoſitũ & natura.
2. Oppoſitum uidetur dicere. 1a.q.3.3.c.1.d.25.1. 3m.3.d. .q.1.3.o.1.4.c.55 4m.Potentia.q.7.4.c.q 9.1.c.Spiritu.5.9m.Anima 17.10m.Opuſc.31. lectio.6.o.Opuſc.37.c.4.Meth.7.lect.11.fi.Lib.8 lect.3.lib.9.lect.ult.
Reſpondeo dicendum,ſicut Dubio.114.
Credere. 419 Quòd quilibet tenetur explicitè credere articulos fidei,alia uero implicitè.
9. Immo non tenetur explicitè credere omnes articulos fidei,ſed tantum quantum ſufficit ad dirigendum in ultimum finem.3.d.25.q.2.artic.1.q.2.o.q.3 c.ar.2.q.3 o.L.Ver.quæſt.14.11.o.
Reſpondeo dicendo, , quòd iſta non repugnant , niſi quis dicat,quòd primum dictum intelligitur de omnibus articulis fidei,cum tamen ſanctus Doctor loquatur de articulis indefinitè, ſine ſigno uniuerſali. Vel ſi intelligatur uniuerſaliter, tunc debet reſtringi ad articulos generales,de quibus Eccleſia ſolemnizat,ut habetur 22æ. q.1.7.o. Veri.q.14 11.c.fi.In ſecundo uerò dicto,accipit articulos largè.ſ.pro omni dicto, de quo eſt fides.
Dãnatio. 421 Quòd damnati blaſphemant Deum mente, & uoce, & in
4. hoc peccant.
Oppoſitum uidetur dicere.1a.q.63.2.o.Io.8.lect.6
Reſpondeo dicendum,ſicut dubio.444
425 Quod obſtinatio in damnatis,eſt perpetua culpa & pœna.
Dãnatio. Sed non demerentur,quia non ſunt in uia,ſed ad terminos
22. pœnæ deuenerunt.
Oppoſitum uidetur dicere.4.d.22.q.1.1.3m.q.3.c.2m
Reſpondeo dicendum,ſicut Dubio.280
Dãnatio. 426 Quòd bona quæ damnati fecerunt hic, proſunt eis in in-
12. ferno
Immo ex bonis damnatorum quæ fecerunt,nõ minuetur dolor eorum,ſed magis augebitur.4.d.43.at.5.q.1. 4m.d.50.q.2 ar.2.q.1.c
Reſpondeo dicendum, q̃ proſunt eis in inferno ad mitigationem pœnæ, impediendo ne incurrant,non autẽ ſubtrahendo pœnam, nec fortificando ſubiectum , nec minuendo remorſum conſcientiæ,ut habetur in locis primo adductis.
Datio. 12 430 Quòd nulla creatura poteſt dare Spiritum ſanctum
Immo homines,& Chriſtus ſecundum quòd homo,dicuntur dare Spiritum ſanctum,3a.q.8.1.1m.3.d.13.q.2.1.1m
Reſpondeo dicendum,q̃ dare Spiritum ſanctum dicitur dupliciter.ſ.authoritate,& ſic eſt tantum Dei.Et miniſterio, & ſic homines,& Chriſtus ſecundum q̃ homo, dicuntur eum dare,ut habetur,3a.q.8.1.1m.3.d.13.q.2.1.1m.Gal.3.lect.2
Debitũ. 8 431 Quòd Deus nulli eſt debitor
Immo Deus eſt debitor homini,ratione promiſſi.2.d.27.2.3m 3.4m.contra,2.c.29
Reſpondeo dicendum quadrupliciter,ſcilicet primo q̃ debitũ ut dicitur.Quol.5.q.10.1.c.ſumitur dupliciter,ſ. ſecundum ſe,ut finis,& propter aliud,ut ea quæ ſunt ad finem.Secundo modo Deus nulli debitor eſt , quia ut dicitur, 1a. q.21.1.3m.debitum ſic importat ordinem exigentiæ,uel neceſſitatẽ alicuius ad quod ordinatur . Sed Deus non ordinatur ad aliud,ſed omnia ad ipſum,nec obligatur alteri,12æ.q.111.1.2m.Sed primo modo eſt debitor homini , nõ ut obligatus ei, ſed ut homo ei ſubijciatur,ut recipiat promiſſum.
Secundo dicendum,q̃ debitum eſt duplex.ſ.neceſſitatis,& congruitatis,uel utilitatis,ut habetur,12æ.q.99.5.c.4.d.5.q.2.ar.2.q.2.1m. Secundo modo Deus eſt debitor, non autem primo modo.
Tertio dicendum, q̃ debitum eſt duplex.ſ.morale, & legale,ut habetur,12æ.q.99.5.o. 22æ.q.31.3.3m.q.80.1.c.q.117.5.1m q.118.3.2m.Opuſc.19.c.9.19.Primum conuenit Deo, nõ autem ſecundum
Quarto dicendum,q̃ Deus eſt debitor, non ut obligatus ei, ſed quia reddit debitum in ordine ad ſuam ſapientiam , & ſuã uoluntatem principaliter.Secundariò autem ſecundum ordinem uniuſ creaturæ ad aliam,ut habetur,1a.q.21.1.3m.4 c.12æ.q.114.1.3m.contra,2.c.28.29.Verit.q.6.2.c.q.23 3.3m 6.3m.6m.Potentia,q.3.16.17.c
435 Quòd nullus defectus reducitur in Deum, ſicut in cauſam Defectus.
Oppoſitum uidetur dicere,Quol.4.4.c.fi. 10.
Reſpondeo dicendum dupliciter,ſ.primo,q̃ cauſa defectus cõtingit dupliciter,ſ.ex propria intentione,& præter intentionem.Et ſic ſemper oportet cauſam eſſe defectiuam, non autem primo modo.Ideo primo modo conuenit Deo,non autem ſecundo modo,ut habetur,Quol.4.4.c.fi.
Secundo dicendum,ſicut Dubio.503
436 Quòd deitas,non poteſt ſupponere pro perſona. Deitas. 2.
Oppoſitum uidetur dicere,3.d.8.3.6
Reſpondeo dicendum, q̃ deitas in communi accepta,ſ.pro eſſentia,licet non ſupponat pro perſona,tamen aliquãdo propriè trahitur ad ſupponendũ ꝓ perſona,eo modo quo Magiſter exponit,ut habetur,1.d 8.3.o
437 Quòd nulla delectatio,eſt quid optimum
Immo aliqua delectatio poteſt eſſe ſummum bonum hominis delectatio
12æ.q.34.3.o.q.39.4.1m.3 d.38.2.c.6m.4.d.49.q.3.at.4.q.3.c 7.
Reſpondeo dicendum dupliciter,ſ.primo q̃ aliquid poteſt dici ſummum bonum uel optimum dupliciter,ſ. uel per ſe , uel per aliud. Nulla ergo delectatio eſt quid optimum per ſe,cũ ſit propter aliud,ſcilicet propter operationem.Sed tamen eſt propter aliud ſummum bonum hominis,in qua omnium accidit beatitudini,quæ eſt huiuſmodi
Secundo dicendum,ſicut Dubio,287
438 Quòd delectatio maximè corrũpit æſtimationem prudentiæ,& præcipuè in ueneteis,quia totam animam abſorbet delectatio 44.
Immo non ligat totaliter rationem,22æ.q.150.4.3m
Reſpondeo dicendum,ſicut Dubio,372
440 Quòd dæmones uigent acumine ſcientiæ,& lumen intellectuale in eis eſt perſpicuum Dæmõ.6
Immo error eſt in intellectu dæmonum,1a.q.58.5.o.2.d.7.q.2 1.1m.Ma.q.16.6.o
Reſpondeo dicendum,q̃ error eſt in intellectu dæmonum, ſolum reſpectu ſupernaturalium, & non reſpectu aliorum,ut habetur in ſecundis locis.
441 Quòd dæmones,cognoſcunt futura contingentia
Reſpondeo dicendum,q̃ cognoſcunt non quidem futura contingentia in ſe,ſed in ſuis cauſis,uel per aliqua ſigna,ſicut & cogitationes cordium cognoſcere poſſunt, quæ per aliquos corporis motus manifeſtantur, ſecundum Auguſtinum, ſicut & medici cognoſcunt,2.d.7.queſ.2.1.b.1.Opuſc.10.c,38 Opuſc.11.ar.36.o Dæmon 13.
444 Quòd in dæmonibus non ſunt propriè niſi duo peccata,ſ. Dæmon
ſuperbia,& inuidia 37.
Immo in dæmonibus eſt odium,& peccatum in Spiritum ſanctum,& multæ aliæ deformitates peccatorum. 2.d. 43.6.6m contra,3.c.109
Reſpondeo dicendum , q̃ ſub ſuperbia & inuidia, prout ſunt in dæmonibus,comprehenduntur omnia peccata,quæ ab illis oriuntur,inter quæ eſt odium,ut habetur, 1a. q.63.2.3m. 22æ.q.36.4.o.Ma.q.10.3.o.Io.8.lect.6
445 Quod tentatio dæmonum non ſemper eſt peccatum,quia uitari non poteſt ſicut uitari poteſt tentatio carnis.Ideo tentatio carnis ſine peccato eſſe non põt,ut patet per gloſſam Dæmon 47.
Immo tentatio carnis,ſiue primus motus eius, non ſemper eſt peccatum,2.d.24.q.3.2.o.d.41.q.2.1.3m.3.d.39.queſ.2.1.4m Quol.11.o
Reſpondeo dicendum,ſicut Dubio,373
446 Quòd dæmones non permittuntur facere omnia quæ poſſunt naturaliter , nec datur eis poteſtas faciendi aliquid ſupernaturaliter. Dæmon 71.
Immo uxor Loth ſecundum aliquos,mutata eſt in ſtatuam ſalis,mediantibus dæmonibus,Ma.q.16.9.3m
Reſpondeo dicendum,quòd ſi uxor Loth,mutata eſt in ſtatuã ſalis mediantibus dæmonibus , hoc tamen fuit uirtute Dei, ut habetur.Ma.q.16.9.3m.

448 Quòd

Demonſtratio. 3. 48 Quòd ex quolibet effectu notiori, poteſt demonſtrari, proprium eius cauſam eſſe.
Oppoſitum videtur dicere. Princ. 23. c. Poſter. 1. lect. 2.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dub. 323.

Denominatio. 4. 450 Quòd in reſpectiuis ſit denominatio ab extrinſeco, non autem in abſolutis.
Immo in relatiuis poteſt aliquid diſponi, & denominari per aliquid ſui generis, non autem in abſolutis. 4. d. 8. q. 1. art. 2. quæſt. 1. 1^{m}.
Immo nihil denominatur à relatione, quaſi ab extrinſeco, ſed quaſi inhærente. contra. 2. c. 13.
Reſpondeo dicendum, quòd aliquid denominatur reſpectu alterius dupliciter, ſcilicet quando reſpectus eſt ratio denominationis, & quando non, ſed tantum cauſa. Et ſic denominatur ab aliqua forma, ei inhærente, non autem primo modo, ſed ab extrinſeco tantum, ut habetur. Verit. q. 1. 4. 2^{m}.

Deſiderium. 6. 451 Quòd deſiderium naturale rationalis creaturæ, eſt ad cognoſcendum genera, ſpecies, & rationem omnium rerum, non autem omnia indiuidua, uel futura contingentia, quæ ſolus Deus in ſua æternitate cognouit.
Oppoſitum uidetur dicere, quoad cognoſcendum omnia Indiuidua, & futura contingentia, quia homo habet naturalem inclinationẽ ad cognoſcẽdũ futura. 1^{a}. q. 86. 1. o. $12^{æ}$. q. 47. 3. 1^{m}. q. 9. 1. 3^{m}. 2. d. 7. q. 3. 3. 1^{m}. 4. d. 30. q. 1. 3. o. Verit. q. 2. 5. 6. o q. 10. 3. o. quol. 8. uel 11. q. 1. 3. o. Opuſc. 19. Aia. 3. lect. 8.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dub. 441.

Deſiderium, 8. 454 Quod deſiderium animæ beatæ quieſcit ex parte appetibilis, non autem ex parte appetentis.
Oppoſitum uidetur dicere, 4. d. 49. q. 1. ar. 4. q. 1. o.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dub. 159.

Deſperatio. 7. 4 3 Quòd deſperatio eſt prior timore, ſicut ratio, & cauſa eius, ideo timor conſequitur deſperationem uincendi.
Oppoſitum uidetur dicere. $12^{æ}$. q. 45. 2. 2^{m}.
Reſpondeo dicendum, quòd ex timore non ſemper ſequitur deſperatio, niſi quando fuerit intenſus, ut habetur ſecundo loco.

Deſperatio. 8. 4 4 Quòd deſperatio oritur occaſionaliter ex timore Dei, & ex horrore peccatorum, non autem directè.
Oppoſitum uidetur dicere. $12^{æ}$. q. 23. 3. c.
Reſpondeo dicendum, quòd oritur ex timore Dei per abuſum eius, non autem ſiquis bene utatur eo, ut habetur in primo loco.

Deus. 4. 457 Quòd Dei non eſt demonſtratio, niſi per effectum.
Oppoſitum videtur dicere à ſimili. Trin. 23. c. Poſter. 1. lect. 2.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dub. 448.

Deus. 3. 458 Quòd Deum eſſe, non eſt per ſe notum, ſed eſt primum inter omnia credibilia.
Immo Deum eſſe, eſt per ſe notum, & Deum eſſe, & alia huiuſmodi, quæ per rationem naturalem poſſunt eſſe nota, non ſunt articuli fidei, ſed præambula. 1^{a}. q. 2. 1. 2. 1^{m}.
Reſpondeo dicendum, quòd Deum eſſe, eſt per ſe notum ſimpliciter, non autem quoad nos, ut habetur. 1^{a}. q. 2. 1. o. 1. d. 3. q. 1. 2. o. contra. 1. c. 10. 11. Lib. 3. c. 38. 1^{m}. Verit. q. 10. 12. o. Potentia. q. 7. 2. 11^{m}. Trin. 3. 6^{m}.

Deus. 6. 459 Quòd Deum eſſe, non eſt nobis naturaliter notum ſecundum ſe, ſed ſecundũ ſimilitudinem, & participationem eius.
Oppoſitum uidetur dicere. 1^{a} q. 4. 2. 4^{m}.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dub. 458.

Deus. 11. 461 Quòd in ſolo Deo eſſe, & eſſentia ſunt idem realiter.
Oppoſitum uidetur dicere. 1^{a}. q. 3. 3. c. 1. d. 25. 1. 3^{m}. 3. d. 3. q. 3. 3. o. Potentia. q. 9. 1. c.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dub. 114.

Deus. 23. 462 Quòd anima attribuitur Deo ſecundum ſimilitudinem actus.
Oppoſitum uidetur dicere. 1^{a}. q. 4. 3. 4^{m}.
Reſpondeo, dicendum, ſicut Dub. 471.

Deus. 26. 463 Quòd Deus non eſt genus, nec ſpecies.
Oppoſitum uidetur dicere. 2. d. 3. q. 2. c. ſi.
Reſpondeo dicendum, quòd diuinum eſſe, eſt proprium & determinatum, non per additionem alicuius contrahentis, ſed per negationem omnis adhibiti, ut habetur. 2. d. 3. q. 2. 2. c. ſi.

Deus. 27. 464 Quòd Deus non eſt in genere, nec in prædicamento per ſe, nec reductiuè, ut principium.
Immo Deus eſt in genere ſubſtantiæ reductiuè, ut menſura, & principium omnium rerum, & ſicut punctus, & unitas. 1^{a}. q. 3. 5. c. ſi. 2^{m}. 2. d. 8. q. 4. 2. 3^{m}. Potentia. q. 1. 7. 1^{m}. q. 7. 3. 7^{m}. 8. 2^{m}. q. 9. 3. 3^{m}. Trin. 2. 4.
Reſpondeo dicendum tripliciter, ſcilicet, Primo quòd aliquid eſt in genere reductiuè dupliciter, ſcilicet uel tanquam limitatum, determinatum, & reſtrictum ad illud genus. Vel ſine limitatione, determinatione, & reſtrictione. Et ſic ſecundo modo Deus eſt in genere, & non primo modo, ut habetur. 1^{a}. quæſt. 3. 5. c. ſi.
Secundo dicendum, quòd principium eſt duplex, ſcilicet uel intrinſecum, ideſt de eſſentia generis, tanquam contentum ſub genere. Vel extrinſecum, ideſt efficiens uel exemplare. Deus ergo eſt in genere reductiuè, ut principium ſecundo modo, non autem primo modo.
Tertio dicendum, quòd licet dicatur Potentia. q. 7. 3. 7^{m}. quòd Deus eſt in genere, ut principium, ſicut punctus, & unitas, cũ utrumque ſit principium limitatum, & intrinſecum, tamen ibi comparatio ſit, quo ad rationem communem principij, non quo ad rationem principij limitati, uel intrinſeci, ut habetur. Meth. 5. lect. 1. ſecundum Philoſophum.

466 Quòd in ſolo Deo ſunt idem ſuppoſitum, & natura, & in omnibus creaturis differunt. Deus. 31.
Oppoſitum videtur dicere. 1. q. 3. 3. c. 1. d. 23. 1. 3^{m}. 3. d. 3. q. 1. 3. o. contra. 4. c. 33. 4^{m}. Potentia. q. 9. 1. c. Spiritu. 5. 9^{m}. Anima. 17. 10^{m}. Opuſ. 32. lect. 6. o. Opuſc. 37. c. 4. Meth. 7. lect. 11. ſi. lib. 8. lect. 3. lib. 9. lect. 11. Anima 3. lect. 8.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dub. 114.

467 Quòd in Deo non eſt materia, nec potentia, ſed eſt purus actus. Deus. 32.
Oppoſitum uidetur dicere. 1^{a}. q. 4. 4. o.
Reſpondeo dicendum, quòd in Deo non eſt potentia paſſiua, ſed potentia actiua, ut adducitur Dub. 494.

468 Quòd quicquid entitatis, bonitatis, & perfectionis eſt in creatura quacunque, totum eſt eminentius in Deo. Deus. 34.
Immo non oportet, quòd illud quod eſt de nobilitate creaturæ, ſit de nobilitate creatoris. 1^{a}. q. 4. 2. c. 3. o.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dub. 326.

470 Quòd in Deo non eſt quantitas. Deus. 39.
Oppoſitum uidetur dicere. 1^{a}. q. 42. 1. 1^{m}.
Reſpondeo dicendum, quòd magnum dicitur dupliciter, ſcilicet vel abſolutè, ideſt habens quantitatem continuam quæ dicitur magnitudo. Vel comparatiuè, ideſt excedens minus. Et ſic prædicatur de Deo, non autem primo modo, ut habetur. Potentia. q. 87. 7^{m}.

471 Quòd in Deo eſt ſimilitudo omnium rerum, ſecundum formam, & ſecundum materiam. Deus. 40.
Immo nullo modo Deus eſt ſimilis creaturis. 1^{a}. q. 4. 3. 4^{m}. 1. d. 19. q. 1. 2. c. d. 35. 4. 6^{m}. d. 48. 1. 4^{m}. contra. 1. c. 29. Verit. q. 2. 11. 1^{m}. q. 23. 7. 11^{m}.
Reſpondeo dicendum, quòd Deus eſt ſimilis creaturis, nõ quidem ſimilitudine propriè dicta, ſed largè, vt etiam adducetur. Dub. 1146.

472 Quòd Deus cognoſcit omnia ſingularia diſtinctiſſimè. Deus. 60.
Oppoſitum uidetur dicere. 3. d. 14 q. 1. ar. 2. 2^{m}. contra. 1. c. 69. ſi.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dub. 477.

474 Quòd ſciẽtia dicitur analogicè de ſcientia Dei, & creaturæ. Deus. 69.
Oppoſitum uidetur dicere. $12^{æ}$. q. 49. 4. o. 1. d. 35. 1. 3^{m}. 3. d. 23. q. 1. 1. c. 1. c. 56. 92. Verit. q. 1. 1. c.
Reſpondeo dicendum, quòd analogia eſt duplex, ſ. uel determinatæ habitudinis, uel analogia proportionalitatis, ut habetur 1. Prol. 1. 2^{m}. Veri. q. 2. 11. c. Secundo modo ſcientia dicitur analogicè de ſcientia Dei, & de ſcientia creaturæ, non autem primo modo.

473 Quòd ſciẽtia Dei nõ eſt habitus, nec qualitas, nec effectus demonſtrationis, uel principiorũ, uel habens cauſalitatem. Deus. 70.
Immo ſcientia Dei eſt effectus diuinæ artis, & habet cauſalitatem. 1. d. 38 1. c.
Reſpondeo dicendum, quòd ſcientia Dei habet cauſalitatem reſpectu ſcitorum tantum, ſecundum quòd conſequitur formam diuinæ artis, & finem, ut habetur. 1. d. 38. 1. c.

475 Quòd ſcientia Dei, non eſt uniuerſalis, nec particularis, nec in potentia, uel habitu, ſed ſemper in actu. Deus. 71.
Immo ſcientia Dei, eſt uniuerſaliſſima 2. d. 3. q. 3. 2 c. ſi.
Reſpondeo dicendum, quòd in ſecundo Sententiarum, accipit uniuerſale largo modo, ſcilicet pro eo quod ſe extendit ad multa. Sed in aliis locis, accipit uniuerſale propriè, ſcilicet pro eo, quod in diuerſis habet diuerſa eſſe, ut habetur. 1. d. 4. 2. 3^{m}. d. 21. q. 2. 1. 4^{m}. Ma. q. 16. 6. 16^{m}. 7. 5^{m}.

477 Quòd Deus ſcit infinita, etiam ſcientia viſionis. Deus. 76
Oppoſitũ uidetur dicere 1. d. 39. q. 1. 1. 3. o. 3. d. 14. ar. 2. q. 2. 2^{m}. q. 4. 2^{m}. contra. 1. c. 69 ſi.
Reſpondeo dicendum, quod quia ſcientia uiſionis Dei, eſt de omnibus rebus, quæ aliquando ſunt, ideo accipiendo omnia entia, tam de genere ſubſtantiæ, quàm de generibus accidentium, de quibus conſtat, quod erunt infinita, propter infinitas cogitationes, affectiones, & loquutiones, quę multiplicabuntur in infinitum in beatis, & in damnatis, in perpetuum duraturis, etiam remota æternitate generationis ante & poſt, ideo ſcientia uiſionis, Deus ſcit infinita, ſicut intelligit in loco primo allegato. Si uero accipiantur entia com-

pleta,& ſubſiſtentia, ſcilicet ſuppoſita, ſicut accipiunt ur in locis ſecundo adductis, oatet quod ſunt finita, ſi generatio incepit, nec ſemper durare debeat, ut fide tenetur.

Deus. 79. 478 Quod Deus ſcivit aliqua quę neſcit,& econuerſo. 1^{a}.q.14. 15.3^{m}.1.d.18.q.1.1 o d.41.5.o.Verit.q.2.13.1^{m}.

Oppoſitum videtur dicere, quia ſcitum eſt in ſciente, ut ipſe dicit.1.d.35.5.3^{m}.

Reſpondeo dicendum, quod Deus poteſt ſcire, quod neſcit diuiſim, non autem coniunctim. Sed nullo modo poteſt, plura ſcire, quàm ſcit, ut habetur. In locis primo allegatis.

479 Quod mala pertinent ad ſcientiam Dei practicam.

Deus. 80. Immo pertinent tantum ad ſcientiam eius ſpeculatiuam. Verit.q.3.3.c.

Reſpondeo dicendum, ꝙ ſcientia Dei eſt duplex, ſ. vel ſimplicis notitiæ vel approbationis. Secunda eſt tantum bonorum. Sed prima eſt etiam malorum, ut habetur. Verit.q.7.8.c.

Deus. 93. 481 Quod Deus non poteſt videri per eſſentiam in hac vita mortali.

Immo Paulus,& Moyſes, viderunt Deum per eſſentiam. 1^{a}.q. 12.11.2^{m}.22^{ae}.q.174.4.c 5 1^{m}.q.175.3.o.q.180.5.c.4.d.49.q. 2.7.4^{m}.1^{m}.Verit.8. .5^{m}.6^{m}.q.10 11.c.1^{m}.2^{m}.q.11.6.12^{m}. 7.c.9.1^{m}.14.c.q.13.2.o.q.18.1.13^{m}.Iſa.c.Ioã.1.lect.11 A.2^{ae}. Corint.12 Lect.1.2.per totum.

Reſpondeo dicendũ, quintupliciter, ſcilicet primo, quia quod aliqui dicuntur vidiſſe Deum, debet intelligi per imaginariam, vel corporalem viſionem, per ſpecies interius, u elexterius apparentes, ut habetur. contra. 3.c.47.princ. Verit.q. 10.11.c.4^{m}.Iſa.1.princip.c.6.

Secundo dicendum, quod poteſt miraculosè fieri, quod diuina virtute, aliquis intellectus creatus, non habens niſi diſpoſitiones viæ, eleuetur ad videndum Deum per eſſentiam; Nec tamen ex tali viſione, poteſt dici beatus ſimpliciter, ſed ſecundum quid tantum, inquantum ſcilicet communicat in actu beati, ut habetur.4.d.49.q 2.2.c.

Tertio dicendum, ꝙ dicitur Dominus loqui ad Moyſen, facie ad faciem propter eminentiſſimum modum claræ viſionis, quo Moyſes ſuper alios prophetas vidit, ut habetur. 12^{ae}.q. 98.3.2^{m}.

Quarto dicendum, ꝙ dicitur, ꝙ quidam vident in ſpeculo æternitatis, non quidem quia ipſe Deus dicatur ſpeculum æternitatis, ſed ipſæ ſpecies, quæ ſunt in animo prophetæ Et dicuntur ſpeculum æternitatis, inquantum reſultat in eis diſpoſitio ſapientiæ æternæ, ut habetur. Iſa.6.

Quinto dicendum, ſicut Dub.486.

Deus. 102 483 Quòd Deus non eſt primũ cognitum ab intellectu noſtro.

Immo Deus eſt primum obiectum intellectus, quia ratio,& cauſa veritatis alicuius obiecti, primo apprehenditur a potentia.22^{ae}.q.1.1.c.Quol.7.q.2.2.c.

Reſpondeo dicendum, ſicut Dub.752.

Deus. 112. 484 Quòd videre Deum facie ad faciem, eſt videre eum per eſſentiam immediatè.

Oppoſitum videtur dicere, 1^{a}.q.12.11.1^{m}.ſi.12^{ae}.q.98.3.2^{m}.

Reſpondeo dicendum, ſicut Dub.481.486.

Deus. 113. 485 Quòd eſſentia Dei per nullam ſpeciem creatam repræſentari poteſt.

Immo Deus & angeli cognoſcuntur a nobis per ſpecies impreſſas,& non per ſpecies abſtractas.1^{a}.q.12.2.c.13.c.

Immo anima rationalis repræſentat Deum.1^{a}.q.12.2.c.

Reſpondeo dicendum dupliciter, ſcilicet primo, ꝙ hoc non oſtendit, ꝙ Deus videatur in patria per ſpeciem ſuam. Nam oſtenſum eſt, hoc eſſe impoſſibile. Sed in via cognoſcitur quandoque Deus, non quidem per ſpeciem a creaturis acceptam, ſed interius à Deo formatam. Vnde ibidem dicebatur, ꝙ non quærebatur de viſione Dei per eſſentiam, ut habetur. Opuſ.72.q.7.

Secundo dicendum, quòd anima rationalis repræſentat Deũ, ſecundum quòd Deus refertur ad creaturas, ut cauſa,& conſeruans, ut habetur. Opuſ.61.cap.47.

Deus. 116 486 Quòd eſſentia Dei non poteſt videri ab aliquo intellectu creato, ſine lumine naturali, ideſt gloriæ.

Oppoſitum videtur dicere. Verit.q.10.11 c.1^{m}.11^{m}.

Reſpondeo dicendum, quòd lux vel lumen gloriæ, poteſt accipi dupliciter, ſcilicet vel per modum qualitatis permanentis, ſicut lux in igne, aut carbunculo, aut in ſtellis. Vel per modum paſſionis tranſeuntis, ſicut lux in aere, ut habetur. 22^{ae}. q.174.3.2^{m}. Verit.q.13.2.c. Paulus ergo in raptu,& Moyſes, viderunt eſſentiam Dei ſine lumine gloriæ, primo modo, non autem ſecundo modo.

Deus. 145 48, Quòd ratio aliqua eſt voluntatis Dei.

Immo nulla eſt ratio voluntatis Dei. Verit q.23.1.3^{m}.

Reſpondeo dicendum, ꝙ ratio aliqua eſt voluntatis Dei, nõ quidem ex parte eius, ſed ex parte voliti propter aliud, ut habetur. 1^{a}.q.19.5.o.q.23.5.c.1.d.41.3.c.contra. 86. Lib.2. cap.28. 29. Lib.3.c.97.Verit.q.6.2.c.q.23.6.6^{m}.Ephe.1. lect.1.ſi.

490 Quòd voluntas Dei, eſt omnino immutabilis, licet effectus eius mutentur. Deus. 149

Immo Deus mutat ſententiam. 1^{a}.q.19.7.2^{m}.

Reſpondeo dicendum, quòd Deus mutat ſententiam, ideſt ordinem cauſarum ſecundarum, non autem conſilium voluntatis ſuæ, ut habetur. 1^{a}.q.19.7.2^{m}.4.diſt.4. quæſt.2.ar.2.q.2. 1^{m}.cont 3.cap.96.ſi.Verit.q.6.4.1^{m}.q.12.11.3^{m}. Heb.6. lect. 4 poſt Med.

493 Quòd potentia ſecundum propriam rationem principij operationis conuenit Deo reſpectu actionum notionalium, ſecundum quas aliqua procedunt ſecundum rem, non autem reſpectu aliarum. Deus. 181

Immo principium dicitur ſignificare proprietatem,& non eſſentiam vel potentiam.1^{a}.q.36.4.c.

Reſpondeo dicendum, quòd potentia propriè accipitur pro principio operationes,& ſic conuenit Deo. Sed large accipitur pro proprietate conſequente naturam rei, ut habetur. 1. diſt.3.q.4.1.o.

494 Quòd potentia actiua, propriè conuenit Deo, non autem paſſiua. Deus. 184

Immo potentia Dei non eſt actiua, nec paſſiua, ſed eſt ſuperactiua.1.d.7.q.1.1 3^{m}.Potentia q.2.1.1^{m}.

Reſpondeo dicendum, dupliciter, ſcilicet primo, ꝙ nullum nomen propriè conuenit Deo, quo ad modum ſignificandi, qui ſumitur a modo eſſendi in creaturis, qui in infinitum diſtat a modo quo Deus eſt. Ideo dicit, ꝙ potentia Dei non eſt actiua, ſed ſuperactiua, ideſt excellentiori modo ſe habẽs, quam potentia actiua in creaturis. Tamen quo ad rem ſignificatam potentia actiua propriè conuenit Deo, quia omne quod dicit perfectionem abſolutè, conuenit Deo, ut habetur. 1^{a}. q.13.3. o 1.d 8.q.2.3.2^{m}.d.22.2.o.d.35.1.2^{m}.contra 1.cap.3^{m}.

Secundò dicendum, quòd in primo Sententiarum loquitur de potentia generatiua in diuinis, cui propriè non conuenit ratio potentiæ actiuæ, quæ habetur.5.& 9. Metha.d. ꝙ potentia eſt principiũ tranſmutandi aliud, quia in diuinis nõ eſt aliud. Nec generatio ibi eſt traſmutatio, ſed ſimplex emanatio.

496 Quòd cum pater ſit principium generationis,& pater,& filius ſint principium ſpirationis, in patre erit potentia generandi,& in patre,& in filio potentia ſpirandi. Deus 194.

Immo ſicut pater,& filius ſunt unus Deus, propter unitatem formæ ſignificatæ per hoc nomen Deus, ita ſunt unum principium, propter unitatem formæ ſignificatæ per hoc nomẽ principium.1^{a}.q.36.4.c.ſi.

Reſpondeo dicendum dupliciter ſcilicet, primo quòd potentia ſpirandi in utroque, non eſt alia,& alia, ſed una,& eadem numero, ſicut eſt unum eſſe numero, ut habetur.1^{a}. q.36.4.7^{m}.

Secundo dicendum, quòd potentia dicitur principium, non quia ſit ipſa relatio principij, ſed quia eſt idem quod principium, ut habetur. Potentia.q.1.1.3^{m}.

498 Quòd Deus diſpenſare non poteſt, ut homini liceat non ſubdi ordini eius, etiam in his ſecundum quæ homines ad inuicem ordinantur. Deus. 198

Oppoſitum videtur dicere.1.d.47.4.c.

Reſpondeo dicendum, dupliciter, ſcilicet primo, ꝙ Deus poteſt diſpenſare, agendo præter ordinem ſuæ prouidentiæ, quoad res ſubiectas ordini, non autem quoad rationem ordinis, quæ eſt in Deo, vt habetur. 1^{a}.q.105.6.c.contra 3.c.98. Potentia.q.6.1.3^{m}.

Secundo dicendum, ſicut Dub.501.

499 Quòd Deus poteſt reparare virginitatem perditam. Deus 204

Immo præteritum non fuiſſe, non poteſt fieri etiam ex parte Dei, ut ꝙ mulier corrupta, non fuerit corrupta 1^{a}.q.10.5.3^{m}. q.15.4.o.22^{ae}.q.152 3.3^{m}.1.d.42.q.2.2.c.3^{m}.2.d.2.q.1.1.7^{m} cõtr.2.ca.25.quol.5.2.3.c.quol.9.vel 10.q 2.1^{m}.Opu.9.q 82.

Reſpondeo dicendum, ꝙ Deus poteſt reparare virginitatem perditã, quo ad omnem integritatem, non autẽ ratione præteriti, quia cõtradiceret, ut habetur.1^{a}.q.25.4.5^{m}.22^{ae}.q.152. 3.3^{m}.3^{a} q.89.3.1^{m}.3.d.31.q.1.ar.4.q.1.5^{m}.quol 5.q.2. 1.o.

501 Quòd nihil prohibet eſſe aliqd in potẽtia diuina, quod nõ vult,& quod nõ continetur ſub ordine quem ſtatuit rebus. Deus 218

Oppoſitum, videtur dicere.1^{a}.q.47.4.c.

Reſpondeo dicendum, quadrupliciter, ſcilicet primo, ꝙ Deus poteſt diſpenſare, agendo præter ordinem ſuæ prouidentię, quo ad res ſubiectas ordini Dei, non autem quo ad rationẽ ordinis, quæ eſt in Deo, ut habetur.1^{a}.q.105.6.c.cont.3.c 98. Pot^{a}.q.6 1 3^{m}.

Secundo dicendum, ꝙ Deus poteſt agere,& diſpenſare, præter ordinem ſuæ iuſtitiæ, ſecundũ quòd in aliquo opere creaſo determinatur, non autem ſecundum quòd iuſtitia Dei, eſt ordinatio

ordinatio uoluntatis eius in eo, vt habetur. 1ª. diſt. 43. quæſt. 1. 2. 1^{m}.

Tertio dicendum, q; diuina potentia non eſt ita ordini eius alligata, quin poſſit quandoque præter ordinem cauſarum ſecundarum aliquid agere, cum ſibi placuerit, ut patet in operibus miraculoſis. ut habetur. 1ª. q. 25. 5. ca. Potentia q. 1. 3. c. Opuſc. 10. ar. 1. 17.

Quarto dicendum, ſicut Dubio 498.

Deus. 219 502 Quòd Deus poteſt facere uniuerſum, & quamlibet creaturam meliorem quàm fecerit.

Immo uniuerſum, non poteſt eſſe melius. 1ª. q. 25. 6. 3^{m}

Reſpondeo dicendum dupliciter, ſcilicet primò, quòd Deus poteſt facere uniuerſum, & quamlibet creaturam, meliorem quàm fecerit, bonitate accidentali, & non eſſentiali, quia tranſcenderet limites ſuæ ſpeciei, ut habetur. 1ª. quæſt. 25. 6. 0. 1. d. 44. 1. 0. 3. d. 13. art. 2. q. 2. 2^{m}. 3^{m}. Potentia q. 3. 16. c. 17^{m}.

Secundo dicendum, quòd licet Deus non poſſit facere quamlibet creaturam meliorem bonitate eſſentiali, poteſt tamē facere qualibet re creata, aliam meliorem bonitate eſſentiali, & accidentali, ut habetur. 1ª. q. 25. 6. 0. 1. d. 44. 1. 3. c

503 Quòd Deus eſt cauſa peccati.

Deus 224 Immo mali culpæ, nullo modo Deus eſt cauſa. 1ª. q. 48. 6. c. q. 49. 2. 0. q. 63. 5. c ſi.

Reſpondeo dicendum dupliciter, ſ. primo, quòd Deus eſt cauſa peccati, quo ad ſubſtantiam actus, non autem quo ad deformitatem, ut habetur. 12æ. q. 79. 1. 0. q. 80. 1. c. 12æ. q. 6. 2. 2^{m}. 1. d. 40. quæſt. 4. 2. c. diſt. 42. q. 1. 1. 0. 2. diſt. 34. 3. c diſt. 37. 2. 0. q. 3. 1. 3^{m}. 3. d. 13. q. 3. 2. 6^{m}. contra 3. cap. 162. Verit. quæſt. 3. 4 5^{m}. Potentia. q. 1. 6. 5^{m}. q. 3. 6. 2. 1^{m}. Ma. q. 3. 1. 2. 0. Ro. 11. lec. 5. circa ſi.

Secundo dicendum, ſicut Dubio 435.

Differentia 2. 507 Quòd differentia complet eſſentiam generis.

Immo genus per ſe ſumptum, non poteſt prædicari de differētia, prædicatione per ſe, nec econuerſo. Meth. 3. lect. 8.

Reſpondeo dicendum, quòd complet eſſentiam generis Phyſici, uel determinando genus logicum ad ſpeciem, non autem in ſe conſiderata.

508 Quòd differre propriè eſt ſemper per aliud, & eſt relatiuū.

Differre. 1. Sed diuerſum eſt abſolutum, & ſeipſo, uel alio. Ideo omne differens eſt diuerſum, & non econuerſo.

Immo qualiſcunque formarum multitudo, facit differentiam Sed diuerſitas fit ſolū per formas ſubſtantiales. Po. q. 9. 8. 2^{m}.

Reſpondeo dicendum, quòd diuerſitas propriè, fit ſolum per differentias ſubſtantiales, idest eſſentiale, ſed impropriè fit per alias.

Differre. 3. 509 Quòd differre ſpecie, contingit dupliciter. ſ. uel in diuerſis ſpeciebus completis, uel ſecundum diuerſos gradus, in generatione eiuſdem ſpeciei.

Oppoſitum uidetur dicere. 2. d. 13. q. 1. 1. 2^{m}. Meth. 7. lect. 6. luc. 8

Reſpondeo dicendum, quòd quando de ratione imperfecti eſt gradus imperfectus, facit differre ſpecie, non autem quādo non eſt de ratione eius.

Difficile. 4. 510 Quòd opera uirtutum ſunt difficilia.

Immo opera uirtutum, ſunt facilia. 4. di. 14. q. 2. 2. 3^{m}.

Reſpondeo dicendum, q; opera uirtutum dicuntur difficilia, quia ſunt ſupra uires, non habentium uirtutes, non autem propter laborem, uel triſtitiam. Et etiam quia quidam abūdant ſenſu, & deficiunt intellectu, & plures ſequuntur operationem ſenſus, ut habetur. 12æ. q. 7. 1. c. q. 107. 4. c. 3. diſt. 17. q. 2. 2. 6^{m}. diſt. 30. 4. 6^{m}. contra. 3. cap. 26. Pſal. 19. circa Med.

Diffinitio. 3. 511 Quod cum demonſtratur cauſa per effectum, neceſſe eſt uti effectu, loco diffinitionis cauſæ.

Oppoſitum uidetur dicere. Trin. 25. c.

Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio. 448.

Dimēſio. 3. 515 Quòd dimenſio corrumpitur tripliciter. ſ. per additionē, diuiſionem, & diminutionem.

Immo magnum per additionem uel diminutionem, uel diuiſionem, non tollunt eſſentiam dimenſionis. 3ª. q. 77. 8. 4^{m}.

Immo nec per diuiſionem fit aliquid de nouo in dimenſione. 3. di. 21. q. 1. ar. 1. q. 2. 5^{m}.

Reſpondeo dicendum, dupliciter. ſ. primo, quòd dimenſio, ſeu quantitas dupliciter poteſt conſiderari. ſ. quo ad eſſe. i. quo ad rationem diuiſibilitatis eius, ſeu quo ad eſſentiam eius. i. quantum ad dimenſiones interminatas. Secundo quo ad certam rationem menſuræ, ſeu quo ad determinationem eius. Secundo modo corrumpitur tripliciter, non autem primo modo, ut habetur. Meth. 5. lect. 14. ſi.

Secundo dicendum, quòd ſi fuerit diminutio ſufficiens, tūc dimenſio corrumpitur, non autem ſi fuerit inſufficiens, ut habetur in primis locis adductis.

Diſpenſatio 7. 513 Quòd omnia præcepta decalogi, ſunt omnino indiſpenſabilia, etiam à Deo.

Immo in præceptis primæ tabulæ decalogi, nec Deus, nec homo poteſt diſpenſare; ſed in præceptis ſecundæ Tabulæ ſolus Deus diſpenſat. 12æ. q. 100. 8. 0. 22æ. q. 104. 4. 2^{m}. 1. diſt. 47. 4. c. 3. diſt. 37. 4. 0. Ma. q. 3. 1. 17^{m}. q. 15. 1. 8^{m}. Quol. 1. quæſt 9. ar. 2. 1^{m}

Reſpondeo dicendum quadrupliciter. ſ. primò, q; præcepta in quantum continent intentionem legiſlatoris. ſ. conſeruationem boni communis, uel ordinem iuſtitiæ & uirtutis, ut omnia præcepta decalogi, ſunt omnino indiſpenſabilia, nō autem alia, ut habetur. 12æ. q. 100. 8. 0.

Secundò dicendum, q; præcepta ſecundæ Tabulæ, ſecundum q; pertinent ad uirtutem, ſunt omnino indiſpenſabilia, etiam à Deo. Sed quantum ad ſolitum modum uirtutis, poſſunt à ſolo Deo diſpenſari, ut habetur. 22æ. q. 104. 4. 2^{m}.

Tertio dicendum, q; Deus poteſt diſpenſare in aliquo contra præcepta ſecundæ Tabulæ, remouendo diſpoſitionem contrariam præceptis illis, non autem remanente illa, ut habetur. 3. diſt. 37. 4. 3^{m}.

Quarto dicendum, quòd Deus poteſt diſpenſare in eis, remouendo ab actu rationem indebiti, non autem remanēte ea, ut habetur. 12æ. q. 100. 8. 3^{m}.

522 Quod habitus uel diſpoſitio non ſunt in Deo, nec in angelis, nec in cœlis, nec in elementis. Diſpoſitio. 13.

Oppoſitum uidetur dicere. 12æ. q. 50. 6. 0. q. 51. 1. 1^{m}

Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio 167.

530 Quòd dolor eſt paſſio animæ, in appetitu ſenſitiuo, uel intellectiuo. Dolor. 8.

Oppoſitum uidetur dicere. Verit. q. 26. 4. 4^{m}.

Reſpondeo dicendum, q; dolor eſt in appetitu ſenſitiuo, uel intellectiuo impropriè. Nam propriè dolor non eſt paſſio animæ, quia nihil habent ex parte animæ, niſi apprehenſionē, ut habetur. Veri. q. 26. 4. 4^{m}.

531 Quòd impoſſibile eſt aliquam triſtitiam, uel dolorem, eſſe ſummum malum. Dolor. 10.

Oppoſitum uidetur dicere a ſimili. 12æ. q. 37. 4. 0. Ma. q. 2. 10. 0.

Reſpondeo dicendum, ſicut dubio. 837.

534 Quòd ebrietas ſine peccato, tollit culpam actus ſequentis, ſicut forte accidit de Loth, & Noe. Ebrietas. 7.

Immo Loth culpandus eſt, ſecundum Auguſtinum. 22æ. quæſt. 150. 4. c. ſi.

Reſpondeo dicendum, q; Loth culpandus eſt, non quantum ille inceſtus, ſed quantum ebrietas meruit, ut habetur. 22æ. q. 150. . . c. ſi.

533 Quòd in caſu neceſſitatis, licet uendere, aut emere terram, ubi quondam fuit eccleſia. eccleſia. 8

Immo annexum ſpirituali, non poteſt uendi uel emi, quia eſt ſimonia. 22æ q. 100. 4. 3^{m}. 4. di. 25. q. 3. 3. 3^{m}

Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio 1.

538 Quòd nullus effectus, eſt de ſpecie ſuæ cauſæ.

Oppoſitum uidetur dicere a ſimili, quia ignis cauſat ignē eundem in ſpecie, & homo hominem. 2. d. 10. q. 2. 3. c. Potentia. q. 7. 1. c. ſi. Effectus 5

Reſpondeo dicendum dupliciter. ſ. primo q; effectus non differens ab eſſentia ſuæ cauſæ ut ignis in ordine ad ignē, a quo immediatè cauſatur, eſt de ſpecie ſuæ cauſæ. Sed effectus differens ab eſſentia ſuæ cauſæ, non eſt de ſpecie ſuæ cāæ. Sed poteſt eſſe de perfectione accidentali ſpeciei, ſicut & in rebus naturalibus, aliquid ſpeciem ſortitur, ſi formam habeat, & ſi deſit formæ effectus. ſicut patet in graui, quod utiliter ſit ſum deorſum, ne deſcendat, ſecundum exigentiam ſuæ formæ, ut habetur. 22æ. q. 1 0. 1. 1. ſi.

Secundo dicendum, q; pertingens ad ſpeciem ſuæ cauſæ, non conſequitur prædicationem uniuocam nominis ſuæ cauſæ, niſi recipiat formam eandem ſpecie, ſecundum eundē modum eſſendi, ut habetur, cont. 1. c. 32. 2^{m}. Potentia. q. 7. 7. c. prin. 10^{m}.

541 Quod electio pertinet determinatè ad unam potentiam, ſcilicet ad uoluntatem. Electio 5.

Immo electio pertinet ad intellectum. 12æ. q. 13. 1. 2. 0.

Reſpondeo dicendum, quòd electio pertinet determinatè ad vnam potentiam. ſ. ad uoluntatem, ſed in ordine ad intellectum, ut habetur. 1ª. q. 83. 3. c. 12æ. q. 13. 1. 2. 0. q. 17. 1. c. q. 58. 1. 2^{m} 4. c. 22æ. q. 155. 3. c 3ª. q. 18. 4. c. 1. d. 41. 2. 1^{m}. 2. d. 24. q. 1. 2. 0. d. 38. 3. 5^{m}. d. 40. 2. c. 3. d. 33. q. 2. ar. 4. q. 2. 2^{m}. 4. d. 4. q. 1. art. 3. q. 2. c. Verit. q. 22. 13. 16^{m}. 13. 0. q. 26. 6. c. Ethi. 3. lect. 6. 9. 0. Li. 6. lect. 2. ſi.

543 Quòd eleemoſynæ non ſunt recipiendæ a peccatoribus. Eleemoſyna. 9.

Immo eleemoſyna poteſt fieri de turpi lucro. ſ. de meretricio, lenocinio, & hyſtrionatu. nō autem de obnoxiis reſtitutioni 22æ. q. 31. 3. 3^{m}. q. 32. 7. 0. 8. 2^{m}. q. 62. 5. 2^{m}. q. 87. 2. 2^{m}. q. 110. 3. 4^{m}. 4. d. 13. q. 2. ar. 4. q. 1. 3. 0. Quol. 12. 30. c. Opuſc. 17. cap. 17.

Reſpondeo dicendum, q͂ ille qui dat eleemoſynam, quãdo dat ut foueatur in peccatis, uel quando dat, ut aliquem inducat ad hæreſim, mortaliter peccat propter intentionem corruptam, uel quia eſt obnoxium reſtitutioni, nec habet alia unde reſtituat. Et tales eleemoſynæ non ſunt recipiendæ, ut habetur in locis pro utraque parte allegatis.

Ænigma. 2. 545 Quòd Adam uidebat Deum in ænigmate .i. obſcurè .ſ. per effectus, non autem obſcure .ſ. propter occupationem ſenſuũ & ſenſibilium cauſatam ex peccato, ſicut nos.

Oppoſitum uidetur dicere. 1ª.q.94.3.1m

Reſpõdeo dicendum dupliciter. ſ. primo q͂ ſimul in effectibus, præcipuè intelligibilibus Deum ſuo modo ſine medio demõſtrationis cognoſcebat in ænigmate .i. obſcurè.

Secundo dicendum, ſicut Dubio.485.1111.

Ens. 5. 546 Quòd priuationes, negationes, & non entia, ſunt entia rationis tantum.

Immo in multitudine importatur realis relatio. 1.d.24 quæſ. 1. 3.2m.

Reſpondeo dicendum, q͂ multitudo ſimpliciter, ſiue tranſcendens, addit ſupra ens, duplicem negationem .ſ. unam realẽ, & aliam per intellectum aggregantem, quæ non eſt in diuiſis, ut habetur. 1.di.24.q.1.3.1m.4m.5m

Ens. 6. 548 Quòd ens includitur in quolibet apprehenſo.

Oppoſitum uidetur dicere. 3.di.11.2.3m.4.diſt.12.q.1.ar.1.2m. Potentia.q.7.3.c.prin.

Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio.300.

Ens. 10. 549 Quòd ens prædicatur analogicè de ſubſtantia & accidẽte.

Immo ens & unum, æqualiter prædicantur de omnibus. Meth. 10. lect. 4

Reſpondeo dicẽdum dupliciter .ſ. primo, quòd duplex eſt analogia. Quædam eſt ipſorum conceptuum ad ipſum nomẽ iã ſum, quod .ſ. nomen, ſignificat unum conceptum ex impoſitione, & ſignificat alterum per quandam ſimilitudinem, nõ tamen ex impoſitione, ſicut ridere ſignificat riſum hominis ex impoſitione, ſed tamen ex quadam proportione ſignificat floriditatem prati. Et talis analogia cauſat fallaciam. Alia eſt analogia ipſarum rerum ad unum conceptum, ſeu ipſorum conceptuum ad unum nomen, quod impoſitum eſt ad ſignificandum illos conceptus, ordine tamen quodam. Et talis analogiæ triplex eſt gradus, ſecundum Philoſophũ Ethicorum primo, & Metaphyſicæ quarto. Nam quædam eſt analogia aliquorum, ad unum principium effectiuum. Alia eſt analogia aliquorum ad unum finem. Tertia uero eſt aliquorum ad unum ſubiectum. Exemplum primi, ſecundum Philoſophum, eſt de medicatiuis. Exemplũ ſecundi, eſt de ſanatiuis. Exemplum tertij, eſt de entibus. Ens igitur cum dicatur de aliquib. ordine quodam, per reſpectum ad aliquod unũ prædicatur de ſubſtantia & accidente, non quidem purè æquocè, nec omnino uniuoce, ſed analogicè, cum accidens nõ habeat eſſe, niſi a ſubſtantia, quia accidens eſt magis entis, q̃ ens, ut dicitur ſeptimo Metaphyſicæ. Analogica .n. prædicatio eſt media inter puram æquiuocationem, & ſimplicẽ uniuocationem. Neque .n. in ijs quę analogicè dicuntur, eſt una ratio ſicut in uniuocis, neque totaliter diuerſa ſicut in æquiuocis, ſed nomen quod ſic multipliciter dicitur, ſignificat proportiones ad unum, ſicut ſanum de urina dictum, ſignificat ſignum ſanitatis, de medicina uero dictum, ſignificat cãm eiuſdem ſanitatis, ut a ſimili habetur. 1ª.q.13.1.c.ſi. In analogica autem prædicatione, ordo attenditur idem quandoq; ſecundum nomen, & rõnem, quandoque uero, non idẽ. Nã ordo nominis, ſequitur ordinem cognitionis, quia eſt ſignũ intelligibilis conceptionis. Quãdo igitur illud quod eſt prius ſecundum rem, inuenitur etiam prius cognitione, idem inuenitur etiam prius, & ſecundum nominis rationem, & ſecundum rei naturam, ſicut ſubſtantia eſt prior accidẽte natura, inquantum ſubſtantia eſt accidentis cauſa, & prior cognitione, inquantum ſubſtantia in diffinitione accidentis ponitur. Et ideo per prius dicitur de ſubſtantia, quam de accidente, & ſecundum naturam, & ſecundum nominis rõnẽ. Quando uero id quod eſt prius ſecundum naturam, eſt poſterius ſecundum cognitionem, tunc in analogis non eſt idẽ ordo ſecundum rem, & ſecundum nominis rationem, ſicut uirtus ſanandi, quæ eſt in ſanatiuis, prior eſt naturaliter ſanitate, quæ eſt in animali, ſicut cauſa eſt prior effectu. Sed qa hanc uirtutem per effectum cognoſcimus, ideo etiam per effectum nominamus. Et inde eſt, quod ſanatiuum eſt prius ordine rei, ſed animal per prius ſanum dicitur, ſecundum nominis rationem, ut habetur, contra 1. cap. 34. Nec eſt neceſſarium, quod ad uerum analogum, requiratur diuerſitas rationum immediate ſignificatarum per terminum analogũ, alias non poſſet dari analogia aliquorum, ad unum conceptum tertium, quod eſt contra id quod habetur, contra 3. c. 43. Potentia. q. 7. 7. c. Sed ſufficit quod per terminum analogum ſignificetur una ratio, quæ tamen diuerſimode participetur ab analogatis.

Secundò dicendum, quòd iſta propoſitio .ſ. ens, & unum æqualiter prædicantur de omnibus, eſt triplex. Nam coniunctio, & uno modo poteſt coniungere inter propoſitiones, ut ſit ſenſus. Ens prædicatur æqualiter de omnibus, & unum prædicatur æqualiter de omnibus. Et ſic quia ambę illæ propoſitiones ſunt falſæ, ideo tota copulatiua eſt falſa. Alio mõ poteſt coniungere inter terminos, ut ſit ſenſus. Ens & unũ prædicantur æqualiter de omnibus. Et ſic eſt uera. Eſt enim ſenſus, quòd ens & unum prædicantur æqualiter .i. eodem modo prædicantur de omnibus, ita q͂ ſi unum prædicatur analogicè, & alterum, ſi unum uniuocè, & alterum, ſi unum æquiuoce, & alterum. Alio modo poteſt determinare æqualiter illam particulam de omnibus, ut ſit ſenſus. Ens & unum prædicantur de omnibus æqualiter, quia unum eorum non prędicatur per prius de uno, quam de altero. Et ſic eſt falſa. Unde ibi committitur fallacia diuiſionis.

550 Quòd ens participaliter & adiectiuè prædicatur pluraliter de tribus perſonis diuinis, ſubſtantiuè uerò, ſingulariter tantum. Ens. 12.

Oppoſitum uidetur dicere a ſimili. 1. diſtin. 11. 4. o. diſtinct. 29. 4. 2m.

Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio 1133.

551 Quòd omnis enunciatio affirmatiua in materia naturali eſt uera, & negatiua falſa. Sed in materia remota eſt econuerſo. In contingenti autem quælibet uniuerſalis eſt falſa, & particularis & indefinita eſt uera. Enunciatio. 2.

Oppoſitum uidetur dicere. Poſter. lect. 9. prin.

Reſpondeo dicẽdum dupliciter .ſ. primò quòd propoſitio uniuerſalis in materia contingenti, poteſt accipi dupliciter, ſcilicet uel in omni tempore, & in caſu poſſibili, uel in aliquo tẽpore, & aliquo caſu. Primo modo eſt falſa. Non autem ſecũdo modo.

Secundo dicendum, quòd aliquæ propoſitiones ſunt, quæ ſimpliciter ſunt in materia contingenti, ut omnis homo currit. Et quædã quæ reſpectu ſui ſubiecti expreſſi, ſunt in materia contingenti. Sed reſpectu ſubiecti impliciti, ſunt in materia naturali, ut omnis homo eſt coloratus. primæ ſunt falſæ, nõ autem ſecundæ.

553 Quòd epiſcopus poteſt iudicare eos ſolum, qui ſunt de ſua diœceſi. Epiſcopus. 8.

Immo epiſcopus poteſt condemnare etiam eos qui ſunt alterius diœceſis. 22æ. q. 70. 1. 3m.

Reſpondeo dicendum, q͂ epiſcopus in cuius diœceſi aliquis alterius diœceſis delinquit in re non exempta, ſit ei ſuperior, ratione delicti, etiam ſi ſit exemptus, niſi forta delinquat in re aliqua exempta puta in adminiſtratione bonorum alicuius monaſterij exempti. Sed ſi aliquis exemptus committat furtum, uel homicidium, uel aliquid huiuſmodi, poteſt per ordinarium condemnari, ut habetur. 22æ. q. 67. 1. 3m.

556 Quòd æquitas eſt pars iuſtitiæ, & continetur ſub epieia. Æquitas. 1

Immo eſt eadem ei. 22æ. q. 120. 1. c.

Reſpondeo dicendum, q͂ eſt eadem ei, ut lege determinatur, ſed eſt pars eius ut accipitur iuſtitia in communi, ut habetur. 22æ. q. 1. 1m.

559 Quòd eſſe, eſt prius omni alia participatione, & omni alio nomine Dei. Eſſe. 10.

Et eſt nobilius. 1ª. q. 4. 1. 3m. 12æ. q. 2. 5. 2m. 1. di. 19. q. 1. 2. 3m. q. 2. 2. q. 2. Ver. q. 20. 2. 3m. q. 22. 6. 1m. 11. 16m. Potentia. q. 7. arti. 2. 9m. Dio. 5. lect. 3.

Immo illud quod eſt communius prædicatione, eſt imperfectius minus communi. Ver. q. 7. 6. 7m.

Reſpondeo dicendum, q͂ eſſe poteſt accipi dupliciter .ſ. uel ſine aliis in rebus inanimatis, & alia includunt ipſum. Et ſic eſſe, eſt imperfectius aliis, ſicut omne magis commune minus communi. Vel poteſt ſumi eſſe, & alia ſeorſum, ſine incluſione. Et ſic eſt perfectius aliis.

560 Quòd eſſe capitatum, & eſſe corporeum, & eſſe animatũ, pertinent ad perſonam Sortis. Sed ex ijs non fit niſi unum eſſe in Sorte. Eſſe. 16.

Oppoſitum uidetur dicere, quia in generatione animalis & hominis, in quibus eſt forma perfectiſſima, ſunt plures formæ, & generationes intermediæ, & per conſequens plura eſſe cõtra. 2. cap. 89. Meth. 5. lect. 2. o.

Reſpondeo dicendum, quòd in illis generationibus ſucceſſiuè ſunt plura eſſe, ſed in introductione ultimæ formæ, eſt tantum unum eſſe, continens uirtualiter omnia præcedentia eſſe, ut habetur contra 2. cap. 89.

562 Quòd nec eſſe comparatur ad alia, ſicut recipiens ad receptum, ſed econuerſo, quia eſt actualitas omnium. Eſſe. 20.

Immo

Immo ſemper illud quod ſubſternitur in rebus eſt cõmunius, quàm id quod informat & reſtringit ipſum, ſicut eſſe quàm uiuere. 1^{a}.q.65.3.c.

Reſpondeo dicendum, quod prædicari de aliquo, contingit dupliciter, ſ. eſſentialiter, & participatiuè. Ideo eſſe quod informatur ab his, de quibus prædicatur eſſentialiter, etiam ſubſternitur eis ſecundum rõnem, vt indeterminatum determinanti, non quidem ſecundum rem, quia ſunt idem realiter, ut eſſe & uiuere, ſed informat ſecundum rem omnia de quibus prædicatur participatiuè, quia differunt realiter, ut habetur. Quol.2.q.2.1.c.

Eſſe 28. 566 Quòd ad probandum aliquid eſſe, oportet uti pro medio quid nominis, non autem quid rei, quia quod rei ſequitur quæſtionem an eſt.

Immo oportet ſcire quid rei. Trin.23.c.

Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio 448.

Eſſe 29. 568 Quod in qualibet creatura, differunt eſſe & eſſentia, operatio & potentia, vel virtus operatiua.

Oppoſitum uidetur dicere. 1^{a}.q.3.3.c.3.d.5.q.1.3.0.

Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio 114.

Aeternitas 4. 570 Quòd æternitas excludit principium durationis.

Oppoſitum uidetur dicere. Potentia.q.3.13.14.0.

Reſpondeo dicendum, q. æternitas excludit principium durationis, non autem principium originis. Et aliqd quod eſt ab alio, poteſt eſſe æternum, vt habetur. 1^{a}.q.42.2.2^{m}.1.d.9.q6.2.1.2^{m}. Potentia q.3.13.0.14.17^{m}.q.10.1.16^{m}.

Æternitas 6. 572 Quòd æternitas ſignificatur pluraliter.

Immo æternitas ſignificatur ſingulariter, cũ nõ habeat partes. 1^{a}.q.10.1.3^{m}.

Reſpondeo dicendum, quòd æternitas ſignificatur pluraliter, vel quia participatur in multis, vel propter menſuram inferiorem, ſ. propter tempus, vt habetur. 1^{a}.q.10.3.1^{m}.1.diſt.19.q.2.1.2.2^{m}.2.diſt.2.L.3.diſt.26.L.1^{m}.Ro.10.ſi.c.16.lect.2.ſi. Eph.2.lect.1.prio.

Euchariſtia 50. 575 Quòd forma euchariſtiæ conuenienter ſignificatur, ſ. in facto eſſe, non autem in fieri.

Oppoſitum uidetur dicere à ſimili, quia illud quod fit, eſt. 1.d.1.q.1.2.3^{m}.3.d.3.q.5.2.5^{m}.

Reſpondeo dicendum, quòd illud, quod fit, non eſt eo modo quo fit, ut habetur 4.diſt.10.art.1.q6.2.1^{m}. contra 1.cap.17.ſi.Quol.7.9.4^{m}. Sed dicitur quòd illud quod fit, eſt impropriè. Nulla, enim res permanens, poteſt ſimul fieri, & facta eſſe, ſi fieri, propriè ſumatur. Sed quædam ſunt, quæ ſignificant ipſum factum eſſe, per modum fieri, ſicut cum dicitur motus terminari. Simul, enim terminatur, & terminatus eſt. Et ſimiliter ſimul illuminatur, & illuminatum eſt, eo quòd illuminatio eſt terminus motus. Et ſimiliter & forma ſubſtantialis, ſimul recipitur, & recepta eſt. Et ſimiliter aliquid ſimul creatur, & creatum eſt, vt habetur. 2.diſt.1.q.1.2.5^{m}.

Euchariſtia 64. 576 Quòd hæc conuerſio panis in corpus Chriſti, importat ordinem ſubſtantiarum. Ideo eſt ſicut in ſubiecto in utraque.

Immo hæc conuerſio, non habet ſubiectum. 3.q.75.4.2^{m}.5.4^{m} 7.c.8.c.2^{m}.4^{m}.

Reſpondeo dicendum, q. hæc conuerſio dr̃ habere ſubiectum, ſed non propriè, ut habetur. 3^{a}.q.75.5.2^{m}.

Euchariſtia 67. 577 Quòd forma ſubſtantialis panis, & uini, conuertitur in animam Chriſti.

Oppoſitum uidetur dicere. 4.d.11.q.1.ar.1.q.3.2^{m}.Quol.5.q.6.c.1^{m}

Reſpondeo dicendum, q. uerum eſt q. forma ſubſtantialis panis & uini, conuertitur in animam Chriſti, ut dat eſſe corporeum, non autem ut dat eſſe animatum tali anima, ut habet. 3^{a}.q.75.6.2^{m}.4.d.11.q.1.ar.3.q.1.c.ſi.

Euchariſtia 177. 584 Quòd quicquid eſt effectus paſſionis Chriſti, eſt effectus euchariſtiæ.

Oppoſitum uidetur dicere. 4.d.2.q.1.2.1^{m}.

Reſpondeo dicendum, quòd euchariſtia ordinatur ad ultimum effectum paſſionis Chriſti, quaſi completiſſimè ab ea efficaciam habens. Vnde per baptiſmum datur primus actus uitæ ſpiritualis ſed per euchariſtiam datur complementum eius, ut habetur. 3^{a}.q.79.1.8.c.2^{m}.6.2^{m}.4.diſt.2.q.1.2.1^{m}.

Excluſa 5. 588 Quòd dictio excluſiua, addita uni relatiuorum, excludit aliud, & omne quod eſt in alio ſuppoſito.

Oppoſitum uidetur dicere. 1^{a}.q.13.7.6^{m}.

Reſpondeo dicendum, q. in diuinis dictio excluſiua, addita uni perſonæ, in prædicatis perſonalibus excludit aliam, non autem in prædicatis eſſentialibus, vt habetur. 1^{a}.q.31.4.0.q6.36.2.1^{m}.contra 4.cap.23.Potentia q.10.4.12^{m}.Math.11.Ro.cap.ult.Lect.2.ſi.

589 Quòd exemptus peccans in re non exempta, poteſt ab ordinario iudicari. Exēptus 1

Oppoſitum uidetur dicere. 22^{æ}.q.60.2.6.0,q.8.1.3^{m}.

Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio 552.

591 Quòd 'exorcizare' pertinet ad ſacerdotem, & ad exorciſtam. Exorciſmus 3.

Immo pertinet tãtum ad ſacerdotem, ſicut & benedicere aquã baptiſmalem. 3^{a}.q.67.3.2^{m}.

Reſpondeo dicendum: q. exorcizare eſt proprium officiũ exorciſtæ inſtrumentaliter. Sed ſecundum conſuetudinem, totũ fit à ſacerdote, propter unitatem. 3^{a}.q6.71.4.c.1^{m}. 2^{m}.4.d.6.q.2.art.3.q.3.0.

593 Quòd experientia in operabilibus non eſt, potentia, & non ſolùm cauſat ſcientiam, ſed & habitum, qui facit operationem virtutis vel vitij faciliorem, p̃ conſuetudinem quæ eſt quaſi altera natura, ſecundum Philoſophum. Experientia 2.

Immo experimentum, eſt experimentalis potentia. Met lec.1.

Reſpondeo dicendum, quòd eſt experimentalis potentia, id eſt aptitudo ad faciliter operandum, non autem potentia propriè dicta.

594 Quòd res dr̃ ſimpliciter uera uel falſa, tantum ab intellectu, à quo dependet, ut res naturalis, ab intellectu diuino, & artificialis à noſtro. Falſitas 8.

Immo res dicitur uera uel falſa, à ſeipſa. 1^{a}.quæſt.17.1.c.Peri.lec.3.

Reſpondeo dicendum, q. res naturales dicuntur falſæ, non quidem per ſe, ſed per accidens, & ſecundum quid, reſpectu intellectus noſtri, dupliciter. ſ. rõne ſignificati, & ſecundum rationem cauſæ, ut habetur. 1^{a}.q.17.1.c.1.diſt.19.q6.5.1.Veri.q.1.4.Meth.5.lect.ſi.dicuntur autem res aliquæ ueræ vel falſæ, per comparationem ad intellectum noſtrum, nõ quidem eſſentialiter vel formaliter, ſed effectiuè, inquantum, ſi natæ ſunt, facere de ſe, ueram uel falſam æſtimationem. Et ſecundum hoc dicitur aurum verum, vel falſum, vt habetur. Peri.her.lect.3.

595 Quòd fama bona eſt nobis neceſſaria pp nos, quia eſt præcipuum bonum inter exteriora bona, quia facit idoneum ad officia humana, & præſeruat à peccatis. Et eſt neceſſaria propter alios, ne ſcandalizentur, & malum exemplum ſumant ad peccandum. Fama 1.

Immo appetere famam propter ſe, pertinet ad inanem gloriam, ſed appetere eam propter alios, pertinet ad charitatem quia non eſt neceſſaria propter nos, ſed propter alios. Quol.9.uel 10.q.6.2.c.1^{æ}.Cor.4.lect.1.à med.1^{æ}.Cor.6.lect.2 à med.

Reſpondeo dicendum, quòd illi quibus incumbit, uel ex officio, vel ex ſtatu perfectionis, aliorum ſaluti prouidere, peccant, niſi infamiam propriam iuxta poſſe repellant, & famã ſeruẽt. Alij uerò quibus magis cuſtodia ſuæ ſalutis imminet, poſſunt ſuæ humilitati prouidentes, famam uel infamiam contemnere, ut habetur. Quol.10.q.6.1.c.

598 Quòd fœmininum genus, adaptatur eſſentiæ diuinæ & p̃prietatibus, maſculinum perſonis, & neutrum eſſentiæ. Fœmininum 1.

Immo per maſculinum, & fœmininum, ſignificatur aliquod ſuppoſitum determinatum, in natura communi. 1^{a}.q.31.2.4^{m}.ſi.

Reſpondeo dicendum, q. in diuinis & per ea ſignificatur aliqđ ſuppoſitum determinatum, ſed ſub eodem eſſe, in natura cõmuni, ut habetur. 1^{a}.q.36.4.7^{m}.

599 Quòd peccans in feſto, magis facit myſtica contra tertium præceptum decalogi, quàm ad literam aliquod opus corporale licitum faciendo. Feſtum 8

Oppoſitum uidetur dicere. 4.d.31.art.3.q.2.q.3.1^{m}.

Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio 545.

601 Quòd fides eſt ſubſtantia, id eſt, fundamentum totius ſpiritualis ædificij. Fides 5.

Oppoſitum uidetur dicere, quia humilitas eſt fundamentũ totius ſpiritualis ædificij 22^{æ}.q.4.7.0.q.161 2^{m}.

Reſpondeo dicendum, quòd humilitas eſt fundamentum per modum remouentis prohibens, ſed fides eſt fundamentum per modum acceſſus ad Deum, ut habetur. 22^{æ}.q.161.3.2^{m}.

602 Quòd obiectum fidei, bene & uere poteſt dici complexum & incomplexum. Fides 19.

Immo qui dixerunt, obiectum fidei eſſe incomplexum, propriã rationem ignorauerunt. 3.d.24.art.1.q.2.c.

Reſpondeo dicendum, quod ratio formalis obiecti dupliciter accipi poteſt, ſcilicet ex parte rei creditæ, & ex parte credentis. Primo modo obiectum fidei eſt aliquid incomplexum. Secundo autem modo, eſt complexum, ut habetur 22^{æ}.q.1.2.0.6 2^{m}.d.41.L.3.diſt.24.art.1.q.2.0.contra c.7.Ver.q.14.8.c.5^{m}.12^{m}.12.c.

603 Quòd

Fides 26. 603 Quòd ex uno articulo fidei, probatur alius, ſicut Paulus argumentatur ad reſurrectionem, ex reſurrectione Chriſti.

Immo theologia non argumentatur ad principia ſua probanda, quæ ſunt articuli fidei. 1ª. quæſt. 1. 8. 2m. & 7. 8. c. Opuſc. 72. q. 16.

Reſpondeo dicendum, quòd non ita intelligitur, quin reſurrectio cõis ſit articulus fidei, cum in ſymbolo Apoſtolorum ponatur inter articulos fidei. Vnde reſurrectio probari non poteſt, licet per unum articulum, alius defendi poſſit apud illum, qui unum concedit, alio negato, ut hſ. Opuſc. 72. q. 16. Inde eſt, quòd articuli fidei, & ſi non poſſint demonſtratiuè probari, poſſunt tamen per rationem declarari, non eſſe impoſſibiles, ut habetur. Opuſc. 59. c. 1.

Fides 17. 604 Quòd errans in aliquo articulo fidei, non habet ueram fidem de aliis.

Oppoſitum uidetur dicere. 1ª. q. 68. 8. 3m.

Reſpondeo dicendum, quòd ille qui pertinaciter diſcredit unum articulum, non eſt paratus ſequi in omnibus doctrinam eccleſiæ. Si enim non pertinaciter diſcredit, iam non eſt hæreticus, ſed ſolum errans. Vnde manifeſtum eſt, quòd talis hæreticus errans circa unum articulum, fidem non habet de aliis articulis, ſed opinionem quandam, ſecundum propriam uoluntatem, hinc eſt quòd non habet habitum fidei, quem tamen habet ille qui non explicitè omnia credit, ſed paratus eſt omnia credere, ut habetur. 22æ. q. 5. 3. c. 4. 1m.

Fides 34. 605 Quòd homo in ſtatu innocentiæ, habuiſſet fidem de incarnatione Chriſti.

Immo non oportebat tunc ab aliquo homine haberi fidem de redemptore, quia nondum ſeruitus erat inducta. 2. diſt. 25. q. 2. art. 2. q. 2. c.

Reſpondeo dicendum, quod Adam tunc habuit fidem explicitam de incarnatione, ſecundum quòd incarnatio Chriſti ordinabatur ad conſummationem gloriæ, non autem ſecundum quòd ordinabatur ad paſſionem & mortem Chriſti propter peccatum hominis, quia non fuit præſcius caſus ſui. Et ſic intelligitur in tertio, quia ibi dicit, quia nondum ſeruitus erat inducta, ut ipſe diſtinguit. 22æ. q. 2. 7. c.

Fides 36. 606 Quòd fides non eſt in beatis.

Immo fides per quam beati erimus, põt dici ſemper manere in beatis. 22æ. q. 1. 6. 1m. q. 2. 1. 7. c. q. 5. 5. 7. c. q. 89. 6. c.

Reſpondeo dicendum, quòd licet fides non remaneat quo ad habitum, remanet tamen quoad effectum. ideo dicit per quam beati erimus, ut habetur in locis ſecundo adductis.

Fides 37. 607 Quòd fides eſt in dæmonibus coacta, non laudabilis, nec donum gratiæ.

Immo coactio non poteſt eſſe in conſenſu 4. diſt. 29. 1. o.

Reſpondeo dicendum, quòd fides quæ eſt in dæmonibus, nõ eſt donum gratiæ, nec coguntur credere ſimpliciter, ſed magis coguntur ad credẽdum ex perſpicacitate naturalis intellectus, ut habetur. 22æ. q. 5. 2. 2m.

Fides 85. 611 Quòd fides formata, eſt fundamentum ſpiritualis ædificij, non autem fides informis.

Oppoſitum uidetur dicere. 22æ. q. 47. o. q. 161. 5. 2m.

Reſpondeo dicendum dupliciter, ſ. primo, quòd fides informis de ſe non eſt fundamentum ſpiritualis ædificij, ſed ut cedit fidei formatæ.

Secundò dicendum, ſicut Dubio. 601.

Figura. 1. 613 Quòd figura eſt forma quanti.

Oppoſitum uidetur dicere à ſimili. 22æ. qõ. 96. 2. 2m. Cont. 3. c. 105. 5m.

Reſpondeo dicendum, quòd figura eſt forma quanti inquantum huiuſmodi, quia eſt qualitas eius, & non aliter, ut habetur in locis primo allegatis.

Filiatio 6 615 Quod filius amittit hæreditatem, propter peccatum parentis, in crimine læſæ maieſtatis.

Immo nullus punitur niſi pro culpa propria. 12æ. qõ. 87. o. 22æ. q. 108. 4. c. 1m. 4. d. 46. q. 1. art. 2. q. 3. c. q. 2. ar. 2. q. 2. 3m.

Reſpondeo dicendum, quòd filius punitur pœna corporali, pro culpa parentum, & ſerui pro dominis, inquantum ſunt aliqd eorum, non aũt pœna ſpũali, niſi culpa aliorum ſiat eis propria uel rõne conſenſus, uel imitationis, ut hr. 12æ. qõ. 81. 1. 1m. 2. 1m. q. 87. 8. o. 22æ. q. 108. 4. 1m. 3m. q. 164. 1. 4m. 2. d. 30. qõ. 1. 2. 6m. d. 33. q. 1. 2. o. Ma. q. 1. 19m. 8. 6m. 7m. 8m. 9m. 12m. 15m. q. 5. 4. c. Pſ. 18. ſi. Iſa. 14. ſi. Io. 9. per totum.

Filiatio 14 616 Quòd filius Dei non eſt factus, nec operatus.

Oppoſitum uidetur dicere. 1. diſt. 30. 1. 1m. 3. diſt. 7. q. 2. 1. 1m.

Reſpondeo dicendum, dupliciter, ſ. primo, quòd filius Dei uerus, non eſt factus, ſed tantum genitus. Si qui autem ex nihilo à Deo facti, filii Dei dicantur, hoc metaphoricè dicitur, per aſſimilationem ad uerum filium Dei, ut habetur in locis primo adductis.

Secundò dicendum, quòd fieri dicitur per adeptionem, mutari uero per remotionem. Ideo fieri conuenit Deo, non autem mutari, quia nihil remouetur ab eo, ſed aliquid aduenit ei ſecundum rationem, ut habetur 1. d. 30. 1. 1m. 3. d. 7. q. 2. 1. 1m.

617 Quòd pater in diuinis, eſt maior filio ratione dationis, quę authoritatem dicit, non autem ratione dati, ſed filius nullo modo eſt minor patre. Filiatio 17

Immo hæc eſt uera, Chriſtus eſt minor patre. 1ª. qõ. 41. 3. c. 4m. 3ª. q. 16. 8. o. q. 20. 1. 1m. 3. diſt. 4. qõ. 2. 2. 4m. diſt. 11. 2. o. d. 21. q. 1. 9. 2m. Contra 4. capitul. 48. Veri. q. 29. 1. 1m. Opuſc. 3. cap. 223. 1. Cor. 15. lect. 2. ſi.

Reſpondeo dicendum, dupliciter, ſ. primò, quòd ſecundum Hilarium, pater eſt maior filio, propter authoritatem originis, filius tñ non eſt minor patre, propter ſubſtantiæ, unitatem, ut hſ. Opuſc. 1. cap. 2. ſi.

Secundo dicendum, quòd Chriſtus dr minor patre, ſecundũ humanitatem, non autem ſecundum diuinitatem.

621 Quòd impoſſibile eſt, quòd aliqua operatio uoluntatis, habeat rationem ultimi finis. Finis 19.

Oppoſitum uidetur dicere, 12ª. q. 3. 2. o. 4. c. q. 25. 2. 3m. 1. d. 1. q. 1. 1. o. 3. d. 34. q. 1. 5. 1m. 4. d. 49. q. 1. art. 2. q. 2. o. qõ. 4. 2. o. Quolib 8. 19. c. Opuſc. 3. cap. 104. 107. Ethic. 10. lect. 1. a med. Meth. 9. lect. 1. ſi.

Reſpondeo dicendum, dupliciter. ſ. primo, quòd operatio uoluntatis non habet rõnem ultimi finis ſimpliciter. i. ut eſt res poſſeſſa, ſed fruitio rei, ut habetur. 12æ. q. 2. 7. c. q. 16. 3. c.

Secundo dicendum, ſicut Dubio 271.

622 Quòd res naturales diriguntur à Deo, ad finẽ boni, & creaturæ rationales ad ultimum finem. Finis 22.

Immo ars qdam neceſſaria eſt, q ſit directiua ipſius actus rõnis, per quam. ſ. homo in ipſo actu rõnis, ordinatè, & faciliter, & ſine errore procedat. Poſt. 1. lect. 1. prin.

Reſpondeo dicendum, quòd creaturę rõnales in ordine ad ultimũ finem diriguntur à Deo. Sed in ordine ad directionem ipſius actus rõnis tanquam à principio quo, & requiſito ad bñ eſſe, diriguntur per artem quæ logica dicitur, ut habetur. Poſter. 1. lect. 1. princ.

623 Quòd uoluntas eſt ipſius finis tantum. Finis 24.

Immo uoluntas eſt etiam eorum quæ ſunt ad finem 1. diſt. 45. 2. 1m. 2. diſt. 24. q. 1. 3. 3m.

Reſpondeo dicendum, quòd idem actus uoluntatis, eſt eorum quæ ſunt ad finem, & ipſius finis ut ratio, non autem abſolutè, ut habetur. 12æ. quæſt. 8. 3. o. q. 12. 4. c. 3. diſt. 14. art. 1. q. 4. c. Verit. q. 2. 14. c. 3m.

624 Quod uolũtas nõ põt ſimul ferri in plures ultimos fines. Finis 27.

Oppoſitum uidetur dicere. 1. diſt. 17. q. 1. 5. c.

Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio 198.

625 Quòd impoſſibile eſt, quòd anima, uel aliquid eius ut ultimus finis, niſi ſecundo modo, ſ. ut poſſeſſio uel adeptio, uel fruitio rei. Finis 29.

Oppoſitum uidetur dicere. 12æ. q. 3. 4. c. Io. 14.

Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio 621.

627 Quòd charitas eſt finis omnium uirtutum. Finis 39.

Oppoſitum uidetur dicere. 3. d. 27. q. 2. 2. 2m.

Reſpondeo dicendum, quòd charitas non dicitur eſſe finis præcepti, quaſi ſit ultimus finis uirtutum, ſed ſicut id quo omnes aliæ uirtutes in finem ultimum ordinantur, ut habetur. 3. d. 27. q. 2. 2. 2m.

628 Quòd fluxus maris, eſt per impreſſionem lunæ, non autem per aliquam formam aquæ. Fluxus 1.

Oppoſitum uidetur dicere. 3. d. 13. art. 2. q. 2. 2m. 3m.

Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio 232.

631 Quòd in ſimplicibus & immaterialibus, idem eſt forma, & id cuius eſt forma. Forma 3.

Immo nihil eſt forma ſuiipſius. Ver. q. 10. 8. 16m.

Reſpondeo dicendum, quòd licet nihil ſit forma ſuiipſius, põt tñ aliqd ſe habere per modum formæ reſpectu ſuiipſius, inquantum ad ſe ſua actio terminatur, qua ſ. anima ſeipſam cognoſcit. Vnde non oportet, quòd ſit ſeipſa ſimplicior, niſi ſecundum modum intelligendi, inquantum id quod intelligitur, accipitur ut ſimplicius, ipſo intellectu intelligente, ſicut accipitur ut perfectio eius.

633 Quòd formæ non locantur in genere, nec in ſpecie, ſed compoſita. Forma 5.

Oppoſitum uidetur dicere. 2. d. 3. q. 1. 6. c. prin.

Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio 174.

634 Quòd omnis forma de ſe eſt communicabilis. Forma 7.

Oppoſitũ uidetur dicere. 1ª. q. 13. 9. c. 1. d. 23. 3. c. d. 34. q. 1. 1. 4m.

Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio 367.

635 Quòd omnis forma exiſtens in ſuppoſito, per quod indiuiduatur, Forma 8.

uidtatur, eſt commonis multis ſecundum rem, uel ſecundũ rationem, non autem formæ ſubſiſtentes.
Oppoſitum videtur dicere. 1. diſt. 25. 3. c. diſt. 34. q. 11. 4^{m}.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio 367.

Forma. 10. 636 Quòd formæ diſtinguuntur ſecundum diuerſa principia actiua.
Oppoſitum videtur dicere à ſimili. Phi. 7. lect. 8. principio.
Reſpondeo dicendum q̃ motus dupliciter comparatur ad inſtrumenta, per quæ fiunt, ſcilicet; vel ad principia actiua uel vt ad ſubiecta. Primo modo differunt ſpecie, non autem ſecundo modo, vt habetur Veri. q. 22. 10. 2^{m}.

Forma 21. 638 Quòd plures formæ einſdem ſpeciei, non poſſunt eſſe ſimul in eodem ſubiecto.
Oppoſitum uidetur dicere. 1^{a}. quæſt. 12. 10. c. q. 58. 2. 2^{m}. q. 85. 4. c. 2^{m}.
Reſpondeo dicendum, ſicut in Dubio. 1111.

Forma. 31. 639 Quòd materia multiplicatur per aduentum formæ.
Immo oſtenſum eſt frequenter, formas multiplicari per materiam. 1^{a}. q. 3. 3 c. q. 34. 4. 2^{m}. 3^{a}. q. 3. 3. c. Meth, 7. lect. 10. fi. lect. 24. fin.
Reſpondeo dicendum, q̃ hoc primum dictum verum eſt, de multiplicatione ſpecierum, quarum principia ſunt formæ. Secundum uero, de ea quæ eſt multiplicatio indiuiduorum in eadem ſpecie, ut habetur. Opuſc. 72. q. 11.

Forma. 33. 641 Quòd omne illud per quod materia efficitur propria huius formæ, ſe tenet ex parte materiæ, ut diſpoſitiones, & remotiones impedimentorum.
Immo diſpoſitio reducitur ad formam, ad quam diſponit. 3. diſt. 13. q. 3. 1. c. 4. diſt. 2. q. 2. art. 1. q. 1. 2^{m}. Phi. 3. lect. 1. prin.
Reſpondeo dicendum, quòd cum diſpoſitio ſit medium inter formam & materiam, & medium comparatum uni extremorum, habeat rationem alterius extremi, ideo diſpoſitio reducitur ad formam, vt habetur $12^{æ}$. q. 27. 3. c. prin. 3. diſt. 23. q. 3. 1 c. Phy. 3. lect. 1. prin.

Forma. 39. 642 Quòd forma non latitat, contra Anaxagoram, nec eſt totaliter ab ideis, contra Platonem, nec ab intelligentia, contra Auicennam. Sed educitur de potentia materiæ, ab agente naturali, ſecundum Ariſtotelem.
Oppoſitum uidetur dicere, 1^{a}. q. 65. 4 c. 1^{m}. 1. diſt. 36 q. 2. 1. c. cõtra. 3. c. 24. Potentia. q. 3. 7. 18^{m}.
Reſpondeo dicendum dupliciter, ſcilicet primo q̃ quia dicitur in ſecundo Poſteriorum, q̃ differentię eſſentiales rerũ ſunt nobis incognitæ, ideò dicimus formæ rerum latitare nos.
Secundò dicendum, q̃ formæ rerum quæ ſunt in materia ueniunt ab intelligentijs, non quidem per fluxum, ſed per motum, vt habetur. 1^{a}. q. 83. 4. 1^{m}.

Forma. 40. 644 Quòd inchoatio formarum improbatur.
Immo in ipſa potentia, eſt quodammodo actus, ideſt forma. $12^{æ}$. q. 27. 3. c. 2. diſt. 18. q. 1. art. 2. c. fi.
Reſpondeo dicendum, quòd illa potentia non eſt potentia actiua, ſed aptitudo naturalis & eſſentialis ipſius materiæ ad formam, ut habetur. 1^{a}. q. 80. 1. c.

Forma. 109. 645 Quòd quamlibet formam ſequitur aliqua inclinatio, quæ eſt appetitus rei habentis illam formam.
Oppoſitum uidetur dicere. Phy. 1. lect. 12 prin. Libro 2. fi.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio 1171.

Forma. 41 646 Quòd formæ ſubſiſtentes, non habent cauſam aliam formalem ſui eſſe, & ſuæ unitatis, nec cauſam agentem per tranſmutationem materiæ, de potentia ad actum, ſed producentem totam ſubſtantiam.
Oppoſitum uidetur dicere à ſimili. $12^{æ}$. q. 55. 4. 1^{m}. Verit. q. 1. 2 1^{m}. 7^{m}.

Forma. 51 Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio. 225.
648 Quòd intenſio & remiſſio formarum nunquam cauſat diuerſitatem ſpeciei, ſed quandoque conſequitur eam.
Oppoſitum videtur dicere. 1^{a}. q. 30. 4. 2^{m}. $12^{æ}$. q. 18. 11. 1^{m}. q 60. 5. 3^{m}. q. 72. 8. 1^{m}.
Reſpondeo dicendum, q̃ magis & minus ex formis diuerſorum graduum, diuerſificans ſpeciem, non autem ſecundum intenſionem graduum eiuſdem formæ, ut habetur in primis locis.

Forma. 60. 650 Quod non eſt poſſibile plures formas ſubſtantiales ſimul eſſe in eodem corpore.
Oppoſitum videtur dicere, Meth. 5. lect. 17.
Reſpondeo dicendum, quod in hoc concurdat Sanctus Doctor dicens. Non hoc dicimus, quaſi in uno, & eodem indiuiduo multiplicentur formæ ſecundum numerum generum, & differentiarum, ut ſcilicet in homine ſit aliqua forma à qua eſt homo, & aliqua à qua eſt animal, & huiuſmodi, ſed quia neceſſe eſt, quod in rerum natura tot gradus formarum inueniantur, quot inueniuntur genera ordinata, & differentiæ. Eſt enim in rebus inuenire aliquam formam, quæ eſt ſubſtantia, & non eſt forma corporis, & aliquam quæ eſt forma corporis, ſed non eſt forma corporis animati, & ſic de alijs, vt habetur. Meth. 2. lect. 5.

651 Quod accidentalis forma non habet potentiam actiuam, ſed eſt potentia compoſiti, ut calor ignis. Forma.
Oppoſitum videtur dicere à ſimili. Anima. 2. lect. 2. prin. 64.
Reſpondeo dicendum, q̃ non habet potentiam actiuam qua agat effectiue, ſed qua agat formaliter.

652 Quòd propria materia fortitudinis, ſunt timores & audaciæ, in maximis terribilibus. Fortitudo.
Oppoſitum, uidetur dicere. $22^{æ}$. q. 127. 2. c.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio. 253.

653 Quòd fortitudo eſt circa difficiliora, non autem circa meliora quàm optima, quæ in bello & in pace utilis eſt, non autem fortitudo, ſed tantum in bello. Fortitudo. 4.
Immo fortitudo eſt utilis, etiam in pace. $22^{æ}$. quæſt. 123. ar. 2. 1^{m}. 5^{m}.
Reſpondeo dicendum, quòd fortitudo eſt utilis in pace, ſed nõ principaliter, immo principaliter in bello, ut habetur in locis primo allegatis.

654 Quòd fortitudo eſt principalior magnanimitate. Fortitudo. 18.
Oppoſitum uidetur dicere a ſimili. $22^{æ}$. q. 161. 5. 2^{m}. Verit. q. 1. 12. 4^{m}.
Reſpondeo dicendum, quòd fortitudo eſt principalior, quia magis repugnat firmitati animi arduum in malis, circa quod eſt fortitudo, quàm arduum in bonis, licet enim bonum ſit ſimpliciter principalius quàm malum, malum tamen eſt principalius quantum ad hoc, q̃ arduum in malis magis repugnat firmitati animi, vt habetur. $22^{æ}$. q. 120. 5. 3^{m}.

656 Quod frui eſt actus uoluntatis.
Oppoſitum uidetur dicere, 1^{a}. quæſt. 26. 2. 0. $12^{æ}$. q. 3. 4. 0. Opuſ. 3. c. 107. Frui. 3.
Reſpondeo dicendum dupliciter, ſcilicet primo. quòd frui eſt actus in ordine ad intellectum, ut habetur. $12^{æ}$. quæſt. 11. 1. 1^{m}. 4. c. 2^{m}.
Secundò dicendum, quòd addendum fuiſſet, quòd frui nõ eſt ille actus abſolute, in quo conſiſtit beatitudo, ſed ſupra ipſum addit, frui enim complectitur actus intellectus, in quo eſt eſſentia beatitudinis, & omnem actum qui ſequitur, quaſi perfectionem aliam addens ſupra actum intellectus, vt puta delectationem & huiuſmodi, quæ perficit operationem intellectus beati, ſicut pulchritudo iuuentutem, ut habetur. Opuſc. 51. c. 3. Opuſc. 72. q. 2.

657 Quòd fides eſt fundamentum aliarum uirtutum, quia eſt prior eis, & ſuſtentat eas. Fortitudo autem firmat contra aduerſa. humilitas contra proſpera. Timor contra culpam futuram. Pœnitentia contra præteritam. Fundamẽtum 2.
Oppoſitum uidetur dicere. $22^{æ}$. q. 4. 7. 0.
Reſpondeo dicendum, quòd fides dicitur fundamentum aliarum, eo quòd ſuper eam aliæ uirtutes firmentur, ſicut ſupra aliquid immobile, ſed fortitudo dicitur fundamentum, quia eſt uirtus Cardinalis quaſi principalis, eo quòd per eam quaſi per hoſtium verſum in cardine introitur in domum Dei, ut habetur. Verit. q. 2. 12 24^{m}.

660 Quod ad generationem naturalem, non requiritur aliqua potentia actiua in materia. Generatio. 2.
Oppoſitum uidetur dicere. $12^{æ}$. q. 27. 3. c.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio 644.

661 Quòd in generatione tota virtus actiua, eſt ex parte maris, & paſſio ex parte fœminæ. Generatio. 3.
Immo in generatione, fœmina ſe habet actiuè. 3^{a}. q. 31. 5. 3^{m}. q. 33. 3. 3^{m}. contra 4. c. 44. fi. Meth. 7. lect. 8. fi.
Reſpondeo dicendum, quòd in generatione, fœmina ſe habet actiuè ſolum quo ad præparationem materiæ, non autem quo ad actum generationis in conceptione prolis, ut habetur. 3^{a}. q. 32. 4. c. q. 67. 4. 3^{m}.

664 Quòd in ſtatu innocentiæ fuiſſet generatio per coitum. Generatio. 17.
668 Quòd nec beati illam ineffabilem generationem ſciunt, quia non comprehendunt naturam Dei. Generatio. 101.
Immo beati in patria habent meritum ſpei, & noſcunt illam ineffabilem generationem. 1^{a}. quæſtiona 12. 7. 1^{m}. Opuſcul. 3. cap. 164.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio. 366.

670 Quòd genus reſpectu ſingularium, eſt ut formale, ſed reſpectu ſpeciei, eſt ut materiale. Genus. 1.
Oppoſitum uidetur dicere à ſimili. Phy. 2. lect. 5. fi.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio. 339.

673 Quòd aliquid eſt in aliquo genere dupliciter, ſcilicet uel per ſe & directè ut ſpecies eius, & ea de quibus prædicatur genus, uel reductiuè, & indirectè, ut principia generis, negationes, & priuationes. Genus 9
Immo nulla priuatio eſt de eſſentia alicuius entis in genere collocati.

collocari.2.diſtin.40.1.3^{m}.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio.464.
675 Quòd in omni re quæ eſt in genere, differt eſſe ab eſſentia.
Genne. 12. Oppoſitum uidetur dicere a ſimili. Meth.4.lect.2.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio.114.
676 Quòd geometer modico ſtudio acquirit ſcientiam conclusionis nunquam conſideratæ.
Geometria.1. Oppoſitum videtur dicere.12æ.q.51.4.1^{m}.q.54.4.3^{m}.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio.1108.
Gratia.6. 677 Quòd gratia differt eſſentialiter à qualibet alia uirtute.
Oppoſitum, videtur dicere, 12æ.q.60.3.capitu.22æ.q.106.1.0.q.107.2.c.
Reſpondeo dicendum, quòd gratia accipitur dupliciter, ſcilicet primo pro eo quo redditur debitum benefactoribus, ut habetur.12æ q.10.3.c.fi. Et ſic differt eſſentialiter à qualibet alia virtute. Vel pro dono Dei gratuito, & ſic non eſt uirtus, ſed eſt auxilium Dei & forma, non quidem intrinſeca uirtutum, ſed quaſi principium à quo uirtutes formaliter oriuntur, ut habetur.12æ.q.110.3.c.
Gſa. 39. 678 Quòd ad habitum gratiæ requiritur præparatio ſubiecti, quæ principaliter eſt à Deo, mouente liberum arbitrium, ſecundario autem à nobis.
Immo in ijs qui non per propriam uoluntatem culpa incurrunt & uſum uoluntatis non habent, non exigitur ex parte eorum aliqua præparatio, ſicut in pueris patet in baptiſmo. 4.diſt.17.q.1.art.2.q.1.c.fi.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio.269.
Gſa.44. 679 Quòd homo in gratia exiſtens, indiget auxilio Dei, mouente ad rectè agendum, non autem alia gratia habituali.
Immo homo magnanimus, nullo indiget. 22æ. quæſtione 129.6.1^{m}.
Reſpondeo dicendum, q. nullo indigat ad rectè agendum, modo humano, & quo ad auxilium hominum, ſed bene indiget auxilio Dei mouente ad rectè agendum, ut habetur in primo loco.
680 Quòd nulla creatura poteſt cauſare gratiam, ſed ſolus
Gſa.45. Deus infundit eam immediatè.
Oppoſitum uidetur dicere, 3a.q.13.2.0.
Reſpondeo dicendum, quòd creatura non cauſat gratiam authoritatiuè, ſed miniſtrando ſacramenta in quibus confertur gratia, ut habetur. 3.d.19.art.1.quæſt.1.c.4.d.18,q.1. art. 3.q.1.1^{m}.
683 Quòd ſacramenta ex ſecunda ſanctificatione, id eſt ex
Gſa.51. vſu eorum, habetur quod cauſant gratiam, non autem ex prima.
Immo hoc habent ex prima, ideſt, ex inſtitutione. 3a. quæſtione 66.2.c.
Reſpondeo dicendum, quòd hoc habent ex prima inchoatiuè, ſed completiuè ex ſecunda inſtitutione. Vnde tunc uidetur aliquod ſacramentum inſtitui, quando accipit uirtutem producendi ſuum effectum, ſicut baptiſmus tunc uere inſtitutus fuit, quantum ad ipſum ſacramentum, quando Chriſtus eſt baptizatus, & tunc virtutem inchoatiuè accepit, & in vſu compleuit.
Gia.78. 684 Quòd minima gratia poteſt reſiſtere cuilibet concupiſcentiæ, & mereri uitam æternam.
Oppoſitum uidetur dicere à ſimili. 3.d.31.q.1.3.2^{m}.
Reſpondeo dicendum, q. poteſt mereri reſpectu præmij accidentalis, non autem reſpectu præmij ſubſtantialis, ut habetur 3.diſt.31 q.3.3.1^{m}.
685 Quòd homo ſine auxilio Dei gratuito, non poteſt ſe ad gra
Gia.101. tiam præparare.
Oppoſitum uidetur dicere. 2.diſt.5.q.21.1.0.diſt.28.4.0.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio.689.
686 Quòd homo in ſtatu naturæ integræ, poterat ſine gratia habituali, uitare omnia & ſingula peccata mortalia, & ue-
Gia.104. nialia, non autem ſine auxilio Dei.
Immo ex ſolo libero arbitrio hoc poterat. 2.diſt.5.q.2.1.0. diſt. 28.4 0.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio.689.1048.
Gia.105. 687 Quod homo exiſtens ſine gratia, & in peccato mortali, non poteſt diu perſiſtere, quin ruat in aliud peccatum mortale.
Immo exiſtens in peccato mortali, poteſt per liberum arbitrium, ſine gratia habituali uitare omnia & ſingula peccata mortalia, non autem ſine auxilio Dei. 2.d.20.q.2.3.1^{m}. d.28.1.0.
Reſpondeo dicendum, quòd circa hoc fuit duplex opinio doctorum. Et loquitur S. Tho aliquando ſecundum unam, & aliquando ſecundum aliam opinionem, cum non ſint oppoſitæ, ut habetur. Veri.q.12.5.7^{m}.q.24.1.10^{m}.12^{m}. Nam ut dicit. Veri.q.24.12.0. Prima opinio uerificatur quantum ad hoc, quòd ſi homo uelit conari ad reſiſtendum, poteſt ex libero arbitrio uitare ſingula peccata mortalia. Secunda uero opinio uerificatur quantum ad hoc, quòd uoluntate habituata in malo per adhæſionem ad finem indebitum, non poteſt homo ſemper actualiter omnia conſideranda præcogitare. Et in repentinis neceſſe eſt, q. homo agat ſecundum habitum, ſecundum Ariſtotelem in ſecundo Ethicorum, ſicut e conuerſo facilitas ad opera uirtutum, poteſt eſſe ex duobus, ſcilicet ex conſuetudine, & ex forti inhæſione ad obiectum. Secundam facilitatem, etiam facit uirtus infuſa ſtatim a principio, non autem primam, ut habetur. 4. d.14.q.2.2.5^{m}.
688 Quòd homo ſine gratia, poteſt uitare ſingula peccata mortalia, non autem omnia. Gſa. 106.
Immo per peccatum homo incurrit neceſſitatem peccandi uenialiter, & non mortaliter. 2.diſt,20. quæſtione 2.3.5^{m}. diſtin.28.2.0.
Reſpondeo dicendum dupliciter, ſcilicet primo, ſicut Dubio.687
Secundo dicendum, q. quædam ſunt peccata mortalia, quæ homo ſine gratia nullo modo uitare poteſt ſcilicet quæ directè opponuntur uirtutibus theologicis, ut habetur. 12æ. q.63.3.2^{m}.
689 Quod quædam ſunt peccata mortalia, quæ homo ſine gratia nullo modo vitare poteſt, ſcilicet, quæ directè opponuntur virtutibus theologicis. Gſa. 107.
Immo ex ſolo libero arbitrio, ea vitare poteſt, 2.d.5.q.2.1.0. d.28.4.0.
Reſpondeo dicendum dupliciter, ſcilicet primò a ſimili, quòd ad eliciendum actum conuerſionis in Deum, ſufficit liberum arbitrium, quod ſe ad habẽdam gratiam per hunc actũ præparat & diſponit. Sed efficacia vitandi peccatum & conuerſionis ad meritum, non poteſt eſſe niſi per gratiam, ut habetur, 2.d.5.q.2.1.0.
690 Quòd graue & leue, habent in ſe principium actiuum, & formale ſui motus. Graue, 2.
Immo non habent in ſe principium actiuum ſui motus, ſed tantum paſſiuum, 3a.q.32.4.c. Metaph.5.lec.12.prin. Phyſ.2. Cæ.1.lec.3.lib.2.lec.2.lib.3.lec.6.
Reſpondeo dicendum, quòd principium actiuum motus, poteſt ſumi dupliciter, ſcilicet vt principium quòd, & ut principium quo. Primo modo forma naturalis, id eſt, grauitas vel leuitas, non eſt principium actiuum, id eſt, motor grauium uel leuium, ut habetur, 2.d.14.3.c. Sed ſecundo modo reſpectu motoris, id eſt generãtis à quo eſt, ſic eſt principium actiuum, quo generans dicitur mouere grauia & leuia, inquantum generando ipſa, dat eis formam, qua mouentur. Sed prout ſe tenet ex parte mobilis, ſic eſt principium paſſiuum.
692 Quod idem habitus non ſe habet, quandoque ad bonum, & quandoque ad malum, ſed bene eadem potentia. Habit⁹ 5.
Immo aliquis habitus ſe habet ad utrumque, ſicut & opinio ad verum & ad falſum, 12æ.q.55.4.c. Ver.q.1.2.c.
Reſpondeo dicendum, quòd idem habitus ſe habet ad utrumque non quidem per ſe directè ſemper, ſed per abuſum, ut habetur, 22æ.q.161.2.3^{m}. Ma.q.8.2.c.1^{m}.
693 Quod habitus diſtinguuntur ſpecie, ſecundum principia actiua eorum, ſecundum naturam, & ſecundum obiecta ſpeciadifferentia. Habit⁹ 8.
Oppoſitum uidetur dicere à ſimili, Phyſ.7.lec.8.princ.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dub.636.
696 Quòd habitus omnes qui ſunt in eadem potentia, ſunt eiuſdem generis, licet differant ſpecie, propter differentiam obiectorum formalium. Habitus 26.
Oppoſitum uidetur dicere, 1a.q.1.2.2^{m}.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dub.1110.
697 Quòd ex actibus habitus infuſi, non generatur aliquis habitus acquiſitus, ſed præexiſtens augetur, ſeu confirmatur. Habitus 27.
Immo ex actibus infuſæ charitatis generatur habitus dilectionis acquiſitus. Ver.q.17.1.13^{m}.
Reſpondeo dicendum, quòd ſicut declarabitur, Dub. 110. habitus infuſi & acquiſiti, quandoque ſunt eiuſdem rationis, & eiuſdem ſpeciei, & ſic ex actibus habitus infuſi non generatur aliquis habitus, ſed præexiſtens augetur, uel confirmatur, quia duo accidentia ſpeciei non poſſunt ſimul eſſe in eodem ſubiecto, ut ibi probatur, quandoque ſunt diuerſarum ſpecierum & rationum, ideo poſſunt eſſe ſimul, & tunc ex actibus habitus infuſi, generatur aliquis habitus acquiſitus.
699 Quòd nullus habitus operatiuus, conſtituitur ex multis, quia eſt qualitas ſimplex, relata ad multa ſecundum unum. Habitus 29.
Oppoſitum videtur dicere, 12æ.q.49.4.c.q.52,2.0.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dub.1179.

701 Quòd

Habitus 34. 701 Quòd in membris corporis, & in potentijs naturalibus, ſicut non ſunt aliqui habitus operatiui, ita etiam nec in potentijs ſenſitiuis.
Immo poſſunt in eis eſſe aliqui habitus, quibus bene aut male ad aliquid diſponuntur, 12æ.q.50.3.c.ſi.
Reſpondeo dicendum dupliciter, ſcilicet primo, quòd in membris corporis, & in eodem corpore ſunt multi habitus ſecundum diuerſos modos partium, ſed non operatiui, quia ſecundum humores eſt ſanitas, ſecundum partes ſimiles eſt fortitudo uel macies, ſecundum membra uerò eſt pulchritudo, ut habetur, 12æ.q.54.1.c.
Secundo dicendum, quòd in ipſis etiam interioribus viribus animæ ſenſitiuis apprehenſiuis, poſſunt poni aliqui habitus, ſecundum quos homo ſit bene memoratiuus, uel cogitatiuus, vel imaginatiuus, non autem in exterioribus, ut habetur 12æ.q.50.3.3m.

Habitus 43. 702 Quòd non eſt alius habitus principiorum, & cõcluſionum quæ ex eis eliciuntur, & præcipuè circa ſingularia.
Immo intellectus eſt habitus principiorum, & ſcientia eſt habitus concluſionum, Poſt. 1. lec. 3. princip. lec. 6. med. lect. 44. fin.
Reſpondeo dicendum, quòd ſi accipiantur, ut vnum eſt ratio alterius, ſic unus eſt habitus eorum. Sed ſi accipiantur ſecundū ſe, ſic habitus ſunt diuerſi.

A Hæreſes. 27. 703 Quòd eccleſia contra Arrium confitetur vnitatem, ſimplicitatem, ſimilitudinem, & æqualitatem, & negat diuerſitatem, differentiam, ſeparationem, diuiſionem, alienitatem, diſcrepationem & diſparitatem.
Oppoſitum videtur dicere à ſimili, quoad ſimilitudinem, & æqualitatem, Ver. q. 4. 4. 2m.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dub. 80.

703 Quòd hæreſis Manichæi, eſt grauior ſecundum genus, quā
B. Hæreſ. 34. idolatria.
Immo idolatria eſt grauiſſimum peccatorum 12æ.q.102.3.11m. 22æ.q.94.30. Ma. q. 2. 10. c. 1æ. Cor. 12.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dub. 716.

Hæreſis. 65. 705 Quòd angelos, vel aliquid aliud præter Deum fuiſſe ab æterno, eſt hæreticum.
Oppoſitum videtur dicere, Meth. 12. lec. 7. princ. Phyſ. 8. lec. 2.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dub. 111. 912.

706 Quòd prima opinio Neſtorij & Dioſcori quam recitat ma-
Hæreſis. 66. giſter in Tertio Sen. d. 6. ſcilicet quòd in Chriſto ſunt duæ hypoſtaſes, ſeu duo ſuppoſita, eſt hæretica.
Immo non eſt hæretica, 3. d. 6 q. 1. 2. c.
Reſpondeo dicendum, quòd illa poſitio eſt ſimpliciter hæretica. Sed in Tertio Sent. dicit ipſam non eſſe hæreticam, quātum ad ſpeciales modos vnionis, quos ponebant Dioſcorus, & Neſtorius hæretici.
Secundò dicendum, quòd illa poſitio eſt hæretica, quoad proprietatem verborum, non autem quoad intentionem ipſorum: quia accipiebant ſuppoſita & hypoſtaſes impropriè, ſ. pro particulari ſubſtantia ſubſiſtente per ſe, ſiue aſſumpta ab alio.

707 Quòd ſicut bonū multitudinis eſt maius quàm bonum unius
Hō 26. hominis, qui eſt de multitudine: ita etiam bonum multitudinis, ad quod ille vnus ordinatur, eſt minus quàm bonum extrinſecum, ad quod multitudo ordinatur: ſicut bonum ordinis exercitus, eſt minus quàm bonum Ducis.
Oppoſitum videtur dicere, 4. d. 37. q. 1. ar. 4. q. 1. 3m.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dub. 1208.

Hō 29. 709 Quòd iſta propoſitio eſt prius vera, Homo eſt ens, quàm iſta, Homo eſt rationalis, quia omnium perfectiones pertinent ad perfectionem eſſendi.
Immo iſta prius eſt uera, Anima rationalis ineſt homini, quàm iſta, homo eſt ens, cum in homine non ſit alia forma à qua ſit homo, & alia à qua ſit animal vel ens. Meta. 2. le. 4.
Reſpondeo dicendum, quòd prima prius eſt uera uia generationis, ſed ſecunda uia gradus perfectionis, ut habetur, 1ª.q. 77. 6. 1m.

701 Quòd honor eſt maximum bonum, inter bona exteriora.
Honor 4. Oppoſitum videtur dicere, 1ª.q. 26. 4. c. contra. 1. c. vlt. ſi.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dub. 287.

Humilitas. 711 Quòd ſimpliciter loquendo, humilitas excedit uirginitatē, & eſt potior cæteris virtutibus. 22æ.q. 161. 5. c. ſi.
Immo humilitas acquiſita, eſt maximum bonum, ſecundum quid, Ver. 1. 1. 3m. 9 7m.
Reſpondeo dicendum, quòd humilitas poſt uirtutes theologicas & intellectuales, eſt potior cæteris virtutibus, ſecūdum quòd facit hominem bene ſubiectum in uniuerſali quantum ad omnia: quælibet autem alia virtus quantum ad aliquam materiam ſpecialem ordinando hominem, ut habetur in prioris locis.

Iacob. 3. 712 Quòd Iacob non uidit Deum per eſſentiam.
Immo Iacob vidit Dominum facie ad faciem, contra 3. c. 42. prin. 1æ. Cor. 13 lec. 4.
Reſpondeo dicendum ſicut Dub. 482.

713 Quòd malum non habet ideam in Deo. Idea. 2.
Oppoſitum uidetur dicere, 1ª.q. 14. 16 c. ſi.
Reſpondeo dicendum, quòd mala non habent ideam in Deo ut operabilia ab eo. Nam mala licet ab eo non ſint operabilia, tamen ſub cognitione practica ipſius cadunt, ſicut & bona inquantum permittit uel impedit, uel ordinat ea, ſicut & ægritudines cadunt ſub practica ſcientiæ medici, inquantum per artem ſuam curat eas, ut habetur, 1ª.q. 14. 16. c. ſi.

714 Quòd multiplicato uno eorum quæ ſunt eadem re, & differunt ratione: non oportet multiplicari alterum: ſicut perſona & proprietas in diuinis. Idem. 1.
Oppoſitum videtur dicere à ſimili, 22æ.q. 92. 2. 4m.
Reſpondeo dicendum dupliciter, ſ. primo quòd etiam in diuinis proprietates non perſonales ſunt idem cum perſonis ſecundum aliam rationē identitatis, quia omne illud quod attribuitur Deo eſt eius eſſentia, ut habetur. 1ª.q. 40. 1. 1m. ſi.
Secundo dicendum, ſicut Dub. 458.

716 Quòd idolatria eſt grauiſſimum peccatorum.
Oppoſitum videtur dicere, 22æ.q. 10. 6. c. q. 94. 3. 4m. 4. d. 13. quæ- Idolatria 6.
ſtione 1. 2 o.
Reſpondeo dicendum, quòd idolatria eſt grauiſſimum peccatorū ſecundum ſe, ſed ex parte peccantis, hæreſis & aliqua alia peccata, poſſunt eſſe grauiora, 12æ.q. 102. 3. 11m. 22æ.q. 94. 3. o. Ma. q. 2. 10. c. 1æ. Cor. 12. lect. 1. prin. E.

717 Quòd dans hoſtiam non conſecratam, pro euchariſtia, eſt Idolatria 10.
reus idolatriæ, non autem adorantes uel ſumentes eam ſi neſciant enim hoſtia debeat adorari latria ſub conditione in habitu, vt habetur.
Oppoſitum videtur dicere à ſimili, quoad adorantes uel ſumentes eam, quia ad dignè ſumendum eucharistiam, requiritur deuotio actualis, cum nemo carnem Chriſti debeat manducare, niſi prius adoret, ſecundum Aug. 3ª. quæſt. 80, 6. 2m. 4. d. 9. ar. 3. q. 5. c. ar. 4. q. 1. c. d. 12. q. 2. ar. 1. q. 3. o. q. 5. ar. 1. q. 2. c.
Reſpondeo dicendum, quòd intelligendum eſt de habitu, de quo procedit actus, & non de habitu, de quo non procedit actus. Qui enim eſt in habitu, & non in actu, ſimilis eſt dormienti. Oportet autem, quòd actus ille, qui in adoratione latriæ conſiſtit, ab habitu aliquo progrediatur, ut habetur à ſimili, Verit. q. 5. 9. 4m. q. 20. 2. 2m. Non autem adorantes uel ſumentes hoſtiam, ſunt rei idolatriæ, cum hoſtia debeat adorari latria ſub conditione in habitu, & adorantes uel ſumentes eam, exiſtiment probabiliter, hoſtiam eſſe conſecratam: fides enim credentis non fertur ad has ſpecies panis, uel ad illas, ſed ad hoc, quòd verum corpus Chriſti ſit ſub ſpeciebus panis ſenſibilis, quando rectè fuerit conſecratum. Vnde ſi non ſit rectè conſecratum, fidei nō propter hoc ſubeſt falſum, 22æ. q. 1. 3. 4m. 3ª. q. 80. 6. 2m. 3. d. 9. q. 1. ar. 2. q. 6. 2m.

718 Quòd ignorantia electionis, nec excuſat, nec minuit, nec Ignorantia. 18.
cauſat peccatum, ſed ſequitur omne peccatum.
Immo peccatum contingit in actu liberi arbitrij, eligendo malum ex ignorantia, 1ª.q. 63. 1. 4m.
Reſpondeo dicendum, quòd ignorantia inquantum tollit ſcientiam impedientem peccatum, eſt cauſa peccati, ſed inquantum tollit, vel minuit uoluntarium excuſat à peccato Vnde ignorantia oppoſita ſcientiæ practicæ etiam excuſat vel minuit peccatum, non autem ignorantia electionis ſed conſtituit peccatum, ut habetur, 12æ.q. 47. 2. c. q. 88. 2. c. Ma., q. 36. 6m. Verit. q. 1. 6. 3m.

719 Quòd illuminatio non eſt motus.
Reſpondeo dicendum, quòd illuminatio fit in inſtanti, quia non Illuminatio. 1.
eſt motus, ſed eſt terminus motus localis, & eſt alteratio, ut habet, 1. q. 53. 3. 2m. 3. d. 14. q. 2. ar. 1. q. 1. 2m. d. 22. q. 3. ar. 2. q. 2. 1.

720 Quòd idem eſt motus in rem ipſam, & in imaginem eius. Imago 7.
Oppoſitum uidetur dicere à ſimili, 1ª. quæſtione 28. 4. 2m. q. 82. 3. 2m.
Reſpondeo dicendum dupliciter, ſcilicet primo quòd idem eſt motus in rem ipſam, & in imaginem eius, inquantū huiuſmodi, non autem ut imago eſt res quædam alia, ut habetur in locis primo allegatis.
Secundò dicendum, ſicut Dub. 103.

721 Quòd prima aſſignatio imaginis, ſcilicet memoria, intelligentia, & uoluntas, eſt ſecundum potentias. Imago 17
Immo memoria ſumitur hic pro habituali retentione animæ. Intelligentia verò pro actu intellectus, uoluntas autem pro actu uoluntatis, 1ª.q. 79 7. 1m. q. 93. 7. c. 3m.
Reſpondeo dicendum quadrupliciter, ſcilicet primo quòd aſſignatio imaginis prima poteſt accipi dupliciter, ſ. ſecundum perfectam imitationem diuinarum perſonarum, & ſecundum imperfectam.

Primo

Primo modo ſumitur ſecundum actus.
Secundo autem modo ſumuntur ſecundum potentias, ut habetur. Ver.q.10.3.c
Secundò dicendum, quod imago attenditur quo ad quinque ſcilicet quo ad ſubſtantialitatem, diſtinctionem, æqualitatem, ordinem, & actualem repræſentationem. Quo ad ſecundum & quartum principalius ſumitur ſecundum actus, quàm ſecundum potentias, econuerſo autem quo ad primū. Sed quo ad tertium & quartum ſumitur vtroque modo, ut habetur, 1.d.3.q.4.4.c.
Tertiò dicendum, quod in primo ſententiarum loquitur de imagine inchoatiuè. Sed in prima parte de imagine completè, quia potentiæ ſpecificantur & diſtinguuntur per actus, & actus per obiecta, ideo imago Dei eſt in potentijs animæ inchoatiuè, in actibus verò generaliter perfectius, ſed reſpectu Dei completa.
Quartò dicendum, quòd in Primo ſententiarum loquitur ſecundum opinionem magiſtri, in prima verò parte ſecundū ſententiam propriam.

Imago. 19. 722 Quòd imago Dei eſt principaliter ſecundum actus, ſed conſequenter ſecundum potentias, & præcipuè ſecundum habitus.
Oppoſitum uidetur dicere.1.d.3.q.5.o.
Reſpondeo dicendum tripliciter, ſcilicet primo quòd iſta non opponuntur. Stat enim quòd altera aſſignatio ſit prima, ſed altera ſit principalis.
Secundo dicendum, quòd in primo ſententiarum non dicit principaliter, ſed tantùm quod prima aſſignatio imaginis, eſt ſecundum potentias, cuius oppoſitum non dicit in prima parte, nec in quæſtionibus de Veritate, ſed quod principaliter eſt ſecundum actus.
Tertiò dicendum, quòd quia anima non ſemper eſt actu intelligens, ut patet in dormiente, ideo oportet dicere, quod actus etſi non ſemper maneant in ſeipſis, manent tamen ſemper in ſuis principijs ſcilicet habitibus & potentijs, vt habetur, 1ª. q.93.7.4m.ſi.

Impeccabilis.1. 723 Quod impeccabilis per naturam, non poteſt fieri aliqua creatura à Deo, ſed tantùm per gratiam.
Immo nec ipſa gratia immobilitat creaturā in bono, ne poſſit peccare, 1.q.62.3.2m.12æ.q.106.2.2m.2.d.4.5.1m.d.20.q.2.3.5m.contra 3.c.155.lib.4.c.70
Reſpondeo dicendum, dupliciter ſcilicet primo quòd gratia non immobilitat in bono, ne quis poſſit peccare, niſi ſit perfecta ſcilicet coniungens fini, ut habetur in locis primo allegatis.
Secundo dicendum, quòd nullus purus uiator, nec etiam beata Virgo, in præſenti poteſt confirmari ſimpliciter, nec ab omni immunitate peccati conſeruari per gratiam habitualem, ſed vlterius indiget cuſtodia diuinæ prouidentiæ, vt habetur cont.3.c.162.ſi.Verit.q.24.1.16m.Sicut etiam Dub.383.adductum eſt.

Imperata 5. 724 Quòd imperare non conuenit brutis, 12æ.q.17.2.o.
Immo virtutes appetitiuæ brutorum ſunt imperantes.
Reſpondeo dicendum, quod virtutes appetitiuæ brutorum, nō ſūt imperantes liberè, ſed ſecundum naturalem inſtinctum, bruta mouentur ad apprehenſa, ut habetur, 12æ.q.12.2.c.

Imperare 11. 725 Quod actus uoluntatis, poteſt imperari.
Immo actus uoluntatis à nullo imperatur, 2.d.24 q.1.1.c.
Reſpondeo dicendum dupliciter, ſcilicet primo quòd actus voluntatis non poteſt cogi, ſed poteſt imperari, quia poteſt ordinaria ratione, ut habetur. 12æ. quæſt. 17. 5. o. Ma. q.3.3.5m.
Secundo dicendum, ſicut Dub.353.

Incōtinētia.9. 726 Quod incontinens iræ, audit rationem, ſed imperfectè. incontinens autem concupiſcentiæ, totaliter eam non audit.
Oppoſitum uidetur dicere. 22æ.q.150.4.3m.
Reſpondeo dicendum dupliciter, ſcilicet primo, quòd motus iræ participat aliqualiter ratione, ideo incontinens iræ audit rationem, ſed imperfectè. Sed motus concupiſcentiæ totaliter eſt ſecundum ſenſum, & nullo modo ſecundum rationem, ideo eam non audit, ut habetur, 22æ.q.158.4.c.3.d.26 q.1.2.1.Verit.q.25.2.q.c.ſi.2m.Ma.q.18.4.c.ſi.
Secundò dicendum, ſicut Dub 372.

Indiuiduum.2. 728 Quod pars in toto, eſt indiuiduum, ut manus.
Immo de ratione indiuidui eſt eſſe diuiſum à quolibet alio, 1ª. q.29 4 c.4.d.12.q.1 ar 1.q.3 3m Trin 14.3m.
Immo indiuiſio ab alio eſt de ratione indiuidui. Sed diuiſio ab alio eſt de conſequentibus ad rationem eius.
Reſpondeo dicendum, dupliciter, ſcilicet primo quòd manus in toto compoſito, ut ſic non eſt propriè indiuiduum, ſed in ordine ad alias partes, poteſt dici, indiuiduum, ut habetur in locis primò adductis.
Secundò dicendum, ſicut in locis tertio adductis.

729 Quòd hæc nomina indiuiduum, particulare, & ſingulare, dicuntur de partibus, ut de manu. ideo in Chriſto poſſunt dici multa eſſe indiuidua, ſecundum numerum partium eius. Indiuiduum.4.
Immo cùm manus ſit quædam ſubſtantia in alio exiſtens, indiuiduum, uel ſingulare dici non poteſt, 3ª.q.16.12.3m.
Reſpondeo dicendum, quod manus propriè vt in alio exiſtens, nō poteſt dici uerè indiuiduum, ſed ſecundum quod importat ſubſtantiam completam per ſe ſubſiſtentem ſeparatam ab alijs, vt habetur, 3ª.q.q.16.12.3m.

730 Quòd compoſitum ex materia & forma determinata eſt indiuiduum. Indiuiduum.7.
Immo compoſitum ex materia & forma determinata eſt ſpecies, & compoſitum ex materia & forma communi, eſt genus, Meth 2.lec.4.fin.
Reſpondeo dicendum, quod ſpecies ſpecialiſſimæ dicuntur indiuidua, per carentiam diuiſionis formalis, quia non vlterius diuiduntur diuiſione formali eſſentiali, ſiue per differentias formaliter oppoſitas, particularia verò dicuntur indiuidua inquantum neque formaliter, neque materialiter diuiduntur, ut habetur, Meth.10.lec.11.lec.18.

731 Quòd materia eſt principium indiuiduationis. Indiuiduum.11.
Immo aliqua forma indiuiduatur per ſeipſam, 1ª.q.3.2.3m.
Reſpondeo dicendum, quod forma receptibilis in materia indiuiduatur per materiam, quæ autem non eſt receptibilis in materia, indiuiduatur per ſeipſam, ut habetur 1ª.q.3.2. 3m.3.c.q.13.9.c.3ª.q.77.2.c.4.d.12.q.1.at.1.q.3.3m. Pot.q.9 3.5m. Spirit.3.8.4m.13m.

726 Quòd nihil præter Deum eſt infinitum actu, nec poteſt eſſe etiam per potentiam Dei, nec ſecundum eſſentiam, nec ſecūdum eſſe, nec ſecundum virtutem ſeu potentiam, nec ſecundum magnitudinem, nec ſecundum multitudinem. Influere 1.
Oppoſitum uidetur dicere, 1.q.10.5.4m.
Reſpondeo dicendum dupliciter, ſcilicet primo quod datur infinitum in actu negatiuè, non autem priuatiuè, vt habetur. Quol.9.vel 10.2.2m.
Secundò dicendum, quod non inconuenit aliquod creatum eſſe infinitum, quod non finiatur ab alio, ut habetur, 1ª.q.10.3.4m.q.50 2.4m.Quol.9.vel 10.q.2.2m.

738 Quòd actus matrimonij in ſtatu innocentiæ ſoluiſſet integritatem carnis, non autem mentis, nunc autem ſoluit utroque modo, non autem ſecundum habitum, ſicut in coitu vitioſo. Innocentia.10.
Immo tunc non ſoluiſſet integritatem carnis ſeu ſignaculum virginitatis, quia quamuis matris poſt impregnationem claudatur, tamen ex delectatione, vt Aug. dicit, mouetur & aperitur, 1ª.q.98 2.4m.12æ.q.34.1.1m.4.d.31 I.
Reſpondeo dicendum, dupliciter, ſcilicet primo quod ſignaculum virginitatis ſeu integritas carnis poteſt ſumi dupliciter, ſcilicet vel pro integritate membri genitalis tantum, vel cū priuatione ſeu negatione deciſionis ſeminis, ſeu commixtione ſeminum & ſpirituum. Secundo modo fuiſſet uiolatum ſeu ſolutum, non autem primo modo.
Secundò dicendum, quòd ſecundum Auguſtinum ſicut ad pariendum tunc maturitatis impulſus fœminea uiſcera relaxaret, ſic ad concipiendum ex delectatione fuiſſet ſignaculum virginitatis apertum. Vnde uiolatio ſignaculi uirginalis poteſt intelligi fieri dupliciter, ſcilicet per fractionem, & apertionem. Secundò modo fuiſſet uiolatum ſeu ſolutum, non autem primo modo, ut habetur, 12æ. quæſtione.34.1.1m.

739 Quod tunc fuiſſet partus ſine dolore.
Oppoſitum uidetur dicere à ſimili, 12æ.quæſt.34.1.2m.2. d 20. quæſt.1.2.1m. Innocentia.11.
Reſpondeo dicendum ſicut Dub.738.

740 Quòd tunc ſacramenta non fuiſſent neceſſaria, quia non accepiſſent homines cognitionem ex ſenſibilibus. Innocentia.12.
Immo accepiſſent cognitionem à ſenſibilibus, 1ª.q. 10.8.1. o.2. d .o.q 2.2.o.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dub.1107.

741 Quòd inter quælibet duo inſtantia, qualitercunq; ſignentur, ſemper eſt accipere tempus medium. Inſtans 3.
Oppoſitum vr dicere, 1ª.q. 3.3.3m.q.63.6.4m.3.q.75 q.1m.1.d. 37 q 4 2 o.3.3m.6 7m.2.d.3.q.2.5m 4.d.11.q 1.at 3.q.2. 2m. ſi.d 17.q.1.at 3.q.c.3m.Quol 9 9.c.Quol.11.4.c ſi.1m.
Reſpondeo dicendum quod inter inſtantia temporis, & motus diſcreti, nō cadit tempus medium, nec motus medius, ut habetur in locis ſecundo adductis.

744 Quòd primum inſtans in quo res habet eſſe, datur, non autem vltimum. Inſtans 5.
Immo eſt aſſignare ultimum inſtans, in quo angelus fuit bonus & pri-

& primum in quo fuit malus. 2.d.3.q.2.5^{m}.

Immo non eſt dare primum inſtans eſſe huius rei, puta primum inſtans, in quo Deus potuit facere mundum. Quol.5.1.c fi.

Reſpondeo dicendum tripliciter, ſ. primo, quòd primum inſtans in quo res habet eſſe datur, quia forma ſubſtantialis cũ non ſuſcipiat magis & minus, introducitur in materia in inſtanti. Sit ergo illud inſtans ut b. Aut ergo b. eſt primum inſtans formæ introducendæ, aut ante b. eſt aliud. Si primũ, habetur intentum. Si ſecundum, ſit illud aliud inſtans a. Aut ergo in a. introducetur illa forma ſubſtantialis, aut non; ſi ſic, cum forma ſubſtantialis ſimul introducatur, & ſit introducta, ut habetur, 2.diſt.1.q.1.2.c. ſequitur quòd illa forma non introducatur in b quod eſt contra hypotheſim. Si uerò non in a. ſequitur, quòd b. erit primum inſtans eſſe formæ introducendæ. Quod quidem inſtans, eſt primum inſtans non eſſe formæ corrumpendæ, ut habetur. Quol.7.q.4.2.c. Quòd autem non ſit dabile ultimum inſtans formæ, aut quantitatis corrumpendæ, ſic patet. Nam aut illud ultimum inſtans, ſcilicet a. eſt ultimum inſtans non eſſe ipſius formæ corrumpendæ, aut eſſe eius. Non primum, quia ſic poſt illud inſtans, forma non poſſet non eſſe, cum eſſet ultimum inſtans non eſſe eius. Si uerò ſit ultimum inſtans eſſe ipſius formæ corrumpendæ, tunc in illo inſtanti illa forma corrumpẽda habebit eſſe, quia ſi non eſſet in alio inſtanti, & ſic illud inſtans non eſſet inſtans eſſe ipſius formæ, quod eſt contra hypotheſim. Aut ergo in illo eodem inſtanti, ſcilicet a. erit forma introducenda, aut non. Si ſic, ſequitur quòd in eodem inſtanti ſimul erunt duæ formæ ſubſtantiales, quod eſt cõtra doct. S.Th. Si autem in illo inſtanti a. non ſit forma introducenda, introducetur in alio inſtanti, ſcilicet b. Et cum inter illa duo inſtantia, ſcilicet a. & b cadat tempus medium ſecundũ philoſophum, ſequitur quòd materia in aliquo tempore erit ſine forma, quia cum illud tempus medium, ſit poſt ultimũ inſtans formę abiciendæ, illa forma corrumpenda, non erit in illo tempore. Aliàs inſtans a. non eſſet ultimum inſtans eſſe eius, quod eſt contra hypotheſim ut dicitur. 12æ.q.113.7.5^{m}.Ver.q.27 2.10^{m}.Quol.2.q.4 1.c.Q.1.7.q 4.2.c Phi 5. lec.6.lib.6.lec.8 Vbi Ver.q.27.ar.2.10^{m}. ſic ait. Et ideo aliter dicendum eſt, ſcilicet quòd non eſt dare ultimum inſtans, in quo peccator habuit culpam, ſed ultimum tempus. Contingit autem dare primum inſtans in quo habuit gratiam. Quod quidem inſtans eſt terminus illius temporis, in quo culpam habuit. Inter tempus autem & terminum temporis, non cadit medium. Vnde nec oportet dare tempus aliqđ vel inſtans, in quo aliquis nec culpam nec gratiam habeat. Hoc autem patet. Nam infuſio gratiæ cum ſit in inſtanti, eſt terminus alicuius motus continui, utpote alicuius meditationis, per quam affectus diſponitur ad gratiæ ſuſceptionẽ. Et eiuſdem motus terminus eſt remiſſio culpæ, quia ex hoc ipſa culpa remittitur, quo gratia infunditur. In illo ergo inſtanti, eſt primò terminus remiſſionis culpæ, & non habere culpam, & terminus infuſionis gratiæ, ſcilicet habere gratiã. In toto autem tempore præcedenti, quod terminatur, ad hoc inſtans, in quo tempore menſurabatur motus prædictæ meditationis, fuit peccator habens culpam, & non habens gratiam, niſi tantummodo in ultimo inſtanti, ut dictum eſt. Sed ante ultimum inſtans huius temporis, non eſt accipere aliud immediatè proximum, quia quodcunque inſtans accipiatur aliud ab ultimo inter ipſum & ultimum erunt infinita inſtantia media. Et ſic patet, quòd non eſt accipere ultimum inſtans, in quo iuſtificatus ſit habens culpam, & non habens gratiam. Eſt autem accipere primum inſtans in quo habet gratiam, & non culpam. Idem dicit. 12æ.q.113.7.5^{m}. Vbi ſic ait. In iis autem quæ ſubiacent tempori, non eſt dare ultimum inſtans, in quo prior forma ſubiecto ineſt. Eſt autem dare ultimum tempus, & primum inſtãs in quo forma ſequens ineſt materiæ, uel ſubiecto. Cuius ratio eſt, quia in tempore non poteſt accipi ante unum inſtans, aliud præcedens immediatè, eo quòd inſtantia conſequenter ſe habeant, ſicut nec puncta in linea, ut probatur in Sexto Phyſicorum. Sed tempus terminatur ad inſtans, & ideo in toto tempore præcedenti, quo aliquid mouetur ad unam formam, ſubeſt formæ oppoſitæ. Et in ultimo inſtanti huius temporis, quod eſt primum inſtans ſequentis formæ, habet formã quæ eſt terminus motus.

Secundò dicendum, quòd aliqui dicunt, quòd in toto tempore præcedenti angelus fuit bonus, ſed in illius temporis ultimo inſtanti eſt malus. Et ſicut non eſt aſſignare immediatum inſtans ante aliud inſtans, ita nec ultimum inſtans in quo fuit bonus. Sed iſta ratio bona eſt, prout inducitur a Philoſ. in 8.Phyſ. quando ipſum non continuat tempus quietis & motus, qui ſemper ſe tenet cum paſſione, quæ eſt in ſubiecto mobili tempore quietis, ſiue præcedat, ſiue ſequatur. Sed ſi ponatur inſtans inter duas quietes uel inter duas partes motus continui, non magis ſe tenet cum uno quàm cum alio. Non autem dicimus hic, quòd angelus per aliquem motum continuum actum ſit malus. Et ideo primum inſtãs maliciæ ſuæ, non eſt medium inter quietem & motum, ſed inter duas quietes. Vnde ratio iſta nõ eſt ad propoſitum. Ideo aliter eſt dicendum, ſcilicet quòd eſt aſſignare ultimum inſtans in quo angelus fuit bonus, & primum inſtans in quo fuit malus. Nec inter hæc inſtantia fuit temporis medium, quia tempus formaliter eſt numerus; nec ſequitur ipſum cõtinuitas, niſi ex parte motus. Vnde cum viciſſitudo affectionum in angelo, per quas eſt bonus & malus, non ſit cõtinua, nec ordinata ad aliquem motum continuum, numerus earum dicetur tempus, quia ſecundum prius & poſterius ſe habent. Sed non erit continuum. Vnde inter eius inſtantia non neceſſariò accipietur tempus medium, ſicut nec inter duas unitates numerus medius, ut habetur. 2. diſtinct.3.q.2.5^{m}.fi.

Tertiò dicendum, quòd licet non ſit dare primum inſtans, in quo Deus potuit facere mundum, eſt tamen dare primum inſtans in quo fecerit, ſicut etiam eſt dare ſupremum ubi, uſque quo Deus mundum fecerit, non tamen eſt dare ſupremum, ultra quod facere non potuerit, ut habetur. Quol.5.1.c fi.

745 Quòd in eodem inſtanti eſt illuminatio aeris, uiſio coloris & diſcretio rei uiſæ, licet primum ſit cauſa ſecundi & ſecundum tertij. Inſtans 7.

Oppoſitum uidetur dicere à ſimili. 12æ.q.8.3.2^{m}.q.12.4.c.1.d. 17.q.1.5.c.cont.1.c.76.1^{m}.

Reſpondeo dicendum, quòd licet aliqñ ſint ſimiles, notandum poteſt tamen aliqñ uideri lumen ſine hoc quòd uideatur color, ut habetur. 12æ.q.8.3.3^{m}.

746 Quòd operatio intellectus & uoluntatis, poteſt eſſe in inſtanti. Inſtans 8.

Oppoſitum uidetur dicere. Ma.q.16.4.2.4.

Reſpondeo dicendum, ſicut Dub. quòd oportet, quòd deliberans conſilietur de duobus, quorum utrumque poteſt facere, ut alterũ eorum eligat in futuro: & ſic deliberatio ſecundum hoc quòd æſtimatur, quòd motus liberi arbitrii procedat ex deliberatione conſilij, non eſt momentanea: ſed quando deliberatio non præcedit electionem, tunc non requiritur, quòd antequam aliquis eligat, habeat poteſtatem eligendi uel non eligendi. Sed in ipſo inſtanti liberè fertur in hoc, uel in aliud, ut habetur. Ma.q.16 4.c.7^{m}.

749 Quòd intellectus eſt potentia, realiter diſtincta ab eſſentia animæ. Intellectus 2.

Oppoſitum uidetur dicere. Spiritu.11.7^{m}.fi.

Reſpondeo dicendum, ſicut Dub.197.

750 Quòd intellectus eſt potentia paſſiua. Intellectus 5.

Oppoſitum uidetur dicere. Ver.q.1.9.c.

Reſpondeo dicendum, ſicut Dub.185.

752 Quòd ens in communi eſt obiectum proprium intellectus. Intellectus 10.

Immo uerum eſt obiectum intellectus. 1ª.q.54.2.c.q.59.1.c.q6. 82.4.1^{m}.q.87.3.c.1^{m}.12æ.q.2.8.c.q.3.7^{m}.q.9.1.c.3^{m}.q.10.1. 3^{m}.q.60.1.1^{m}.22æ.q.4.1.c.q.25.2.c.2.d.25.2.c.d.39.q.1.2.c. 3.d.14.ar.1.q.2.c.d.17.ar.1.q.3.3^{m}.d 23.q.1.2.3^{m}. d.27.q6. 1.4.c.d.33.q.2.ar.2.q.1.5^{m}.cõt.3.c.16.1^{m}.107.8^{m}.Ver.q.24. 7.c.q.27.17^{m}.Ma.q.6.c.Opuſ.73.prol.

Immo Verum relatum ad opus, eſt obiectum intellectus practici. 1ª.q.55.1.c.q 79.7.c.11.2^{m}.q.87.3.1^{m}.q.103.4.c.12æ.q.10 8.3^{m}.3.d.23.q.2.ar.3.q.2.c.Ver.4.22.10.4^{m}.

Immo quod eſt quid eſt, eſt obiectum intellectus. 1ª.q.17.5.1^{m} q.58.2.c.q.57.1.2^{m}.q.58.5.c q.67.3.c.q 85.6.c.12æ.q.5.8.c. q.10.1.3^{m}.q.31.5.c.22æ.q.8.1.c.3^{m}.q6.10.5.2^{m}.q.76.7.c.2.d. 13.3.c.fi.3.d.23.q.1.2.c.d.35.q.2.ar.1.q.1.c.4.d.12.q6.1.ar.1. q.22^{m}.cõt.1.c.58.4^{m}.l.b.3.c.41.1^{m}.56.4^{m}.108.3.Ver.q.1.12. c.q.8.7.c.fi.q.10.4.1^{m}.q.14.1.c.q.15.2.c.3^{m} 3^{m}.3.1^{m}.q.25.3. c.Trin.18.2^{m}.Opuſ.5.c.85.Eth.6.lec.1.fi Anima 3.lec.8.lec.11 fi.Sent.lec.10.fi.Periermias.lc.10.2æ.q.Cur.12.fi.1ª.Thim.6. lec.3.prin.

Immo ſubſtantia eſt obiectum intellectus. 12æ.q.9.1.c.3^{m}. q.75. 5.2^{m}.2.d.3.c.5.1.q.2.4.3^{m}.Ver.q.8.7.fi.

Immo quidditas ſeu natura rei materialis eſt obiectum intellectus hominis, ſecundum præſentis uitæ ſtatum. 1ª.q6.12.11. c.q.84 7.8.c.q 85.1.c.5.3^{m}.8.c.q.86.2.c.q.87.2.2^{m}.3.c.1^{m}.q. 88.3.c.Opuſc.29.Anima.5.lec.8.fi.

Immo quidditas rei materialis, eſt obiectum cogitatiuæ potentiæ. Opuſc.29.

Immo uniuerſale, eſt obiectum intellectus. Nam natura rationalis

nalis excedit ſenſibus, quantum ad cognitionis obiectum, quia nullo modo poteſt cognoſcere uniuerſale, cuius ratio eſt cognoſcitiua. 1.q6.12.4.c.q6.85.1.c.3.4m.12æ.q6.5.1.1m. princ.22æ.q.58 5.2m.

Immo phantaſma eſt obiectum intellectus poſſibilis.12æ.q6.50.4.1m.2.d.9.5.1 d.20.q.2.2.0.d.23.q.2.2.3m.d.24.q.2.2.1m.3.d.14.ar.3 q.2.c,d.27.q.3.1.c.d.31.q.2.4.c.cont.2.c.72.75.3m.94.2m.Ver.q.10.2.7m.Po.q6.3.9.2.2m.An.1.10m.15.2m.6m.16m.Quol.7.12.3m.

Immo phantaſma non eſt proprium & propinquum obiectum intellectus. 3ª.quæſt.11.2.1m.3.d.31.q.2.4.5m. Ver.q.10.6.c.fi.

Immo ſpecies intelligibilis eſt proprium & propinquum obiectum intellectus.1ª.q 11.2.1m.2.d.20.q.2.2.2m.3.d.31.q.1 4.5m.Anima 15.16m.

Oppoſitū uidetur dicere. Contra 2.c.74.1m.Spiritu 9.6m.Opuſ.3.c.85 Anima 5.lec.8.fi.

Immo uerbum mentis, eſt obiectum intellectus contra. 1.c.53.lib.2.c.24.2m.Pot q 9 5.c.

Immo Deus eſt proprium obiectum intellectus Nam optimum obiectum intellectus, non practici, ſed ſpeculatiui, eſt bonum diuinum.12æ.q.3.5 c.

Reſpondeo dicendum, tripliciter, ſcilicet primo, quòd ut habetur.1ª.q.14.2.1m 3m.1.d.35 2.c.1m. ſicut eſt duplex uiſum, ſcilicet primum, id eſt, ſpecies uiſibilis in oculo, & ſecundum id eſt, res colorata, cuius eſt illa ſpecies, ſic eſt duplex intellectum ſeu obiectum intellectus, ſcilicet intellectum primum, id eſt, verbum, ſpecies intelligibilis, phātaſma, ſed diuerſimodè, vt poſtea diſtinguētur, & intellectum ſecundum, id eſt, res cuius ſimilitudo eſt uerbum, ſpecies, & phantaſma. Et ſic illud quod primo intelligitur eſt res cuius ſimilitudo eſt ſpecies in intellectu. quæ non intelligitur primo & directè, ſed ſecundariò & reflexiue, ut habetur. 1ª.q6 85.1.c. contra 2.c.74.1m.Sed intellectum primum, eſt duplex, vt habetur.1.d.5.q6.5.c. ſcilicet intellectum quod, & intellectum quo. Primo igitur modo verbum eſt primum intellectum, id eſt, primum obiectum quòd ipſius intellectus, quia illud quod concipit uidere, id eſt uerbum, eſt primo & per ſe intellectum, non autem ipſa res uel ſimilitudo eius, ut habetur. contra 1.c.53.lib.2.c.74.2m Pot.q.9.5.c. Si autem accipiatur ſecundo modo, ſcilicet intellectum quo hoc eſt dupliciter, ut habetur.3.d.31.q.2.4.5m. ſcilicet vel ſicut obiectum remotum & impropriū. Et ſic phantaſma eſt primum obiectum quo ipſius intellectus. Vel ſicut obiectum proprium & propinquum. Et ſic ſpecies intelligibilis eſt obiectum ipſius intellectus. Vel ſicut habet. Quol 5.q 5 2.1m. illud, quod intelligitur, poteſt accipi dupliciter, ſcilicet uel formaliter Et ſic eſt ſpecies intelligibilis. Vel inſtrumentaliter. Et ſic eſt verbum intellectum aut ſecundum, id eſt, res quæ intelligitur, poteſt accipi dupliciter, ſcilicet vel reſpectu alicuius intellectus in ſpeciali. Et ſic reſpectu intellectus hominis uiatoris obiectum eſt quidditas ſeu natura rei materialis, vt habetur in locis ſexto loco adductis. Et reſpectu intellectus angelorum. obiectum eſſe eſſentiam angeli, ut habetur 1ª.q.84.7.c.q6.85.1 c.q.87. 3.c. Sed reſpectu intellectus diuini, obiectum eſt eius natura, vt habetur. 1ª.q6.14.2.5.0 1.d.35 2.c.contra c.48.Cauſis lec.13 fi. Meth.12.le.8. Vel poteſt accipi obiectum reſpectu intellectus in communi. Et hoc dupliciter, ſcilicet uel ex parte termini & complementi intellectionis, vel ex parte principij & inchoationis. Si primo modo, ſic quidditas, ſeu quod quid eſt, ſiue natura, eſſentia & ſubſtantia rei, eſt obiectum intellectus: quia intellectus dicitur, quaſi intus legens, quia non perſiſtit in exterioribus, ſed pertingit uſque ad quidditatem rei, vt habetur.22æ.q6 8.1.c.Ver.q.1.12.c.q.15.1.c. Si autem obiectum accipiatur ſecundo modo ſcilicet ex parte principij & inchoationis, hoc eſt dupliciter, vt habetur Meth.5.le 6.pri. ſcilicet vel vt obiectum principale. Et ſic ſubſtantia eſt obiectum intellectus, quia licet intellectus conſideret de omnibus rebus, tamen principaliter conſiderat de ſubſtantia, ut habetur. Meth 7.le.2.0.Vel vt obiectum commune. Et hoc dupliciter, ſcilicet vel per ſe primo. Et hoc iterum dupliciter, ſcilicet uno modo primo primitate perfectionis, & cauſalitatis. Et ſic Deus eſt primum principium cognitionis ipſius intellectus: quia propter Deum tanquam propter primam ueritatis cognoſcitiuæ cauſam, omnia alia cognoſcimus, vt habetur 1ª q.84.5.c.q.88.1.c.1m Et ipſum cognoſcimus, non quidem perfectè ſed per participationem, non tamen quidditatiuè, vel quaſi ratio obiectiualis, ſed quia eſt ratio & cauſa ueritatis obiecti noſtri, quæ primo apprehenditur à potentia intellectiua, vt habetur 1ª.q.2.1.1m.21æ.q.4.1.c. Quol.7.q.1.1.c. Alio modo primo primitate communitatis. Et ſic ens eſt obiectum intellectus, quia ens ſecundum rationem formalem, eſt primum quod cadit in intellectu, ut habetur. 1ª.q.5.2.c.q.11.2.4m.1.d.8.q6.8.3.c.d.19 q 5 1.2m 8m.d.24.q.1.3.2m.Ver.q.1.1.c.q.21.1.c.4.4m.Pot.q.9.7 6m 15m.Opuſ.24.prin.Meth.le.2.6.lib.4.lec.3.lib.10.le.5.Vel accipitur obiectum non per ſe primo, ſed conſequutiuè vt propria paſſio obiecti ipſius intellectus. Et ſic verum eſt obiectum intellectus, quia intellectus licet poſſit conſiderare naturas rerum, non conſiderando rationem veri, tamen nihil põt cognoſcere, niſi conſequutiuè concurrat ratio veri, quæ conſiſtit in aſſimilatione rei & intellectus per ſpeciem rei, ut habetur. 1ª.quæſt.16.3.3m.q.85.1.2m.1.d.19. q.5.1.2m. Ver.q.1 1.4m.

Secundo dicendum, quòd ens eſt obiectum formale quod, ſed verum eſt obiectum formale quo, vt habetur à ſimili Quol.5.q.5.2.1m.

Tertiò dicendum, quòd id quod dicitur obiectum alicuius potentiæ dupliciter, ſcilicet uel excluſiuè, id eſt quod tantum ad illam potentiam pertinet, eo modo quo Boetius dicit quòd ſingulare eſt quod ſentitur, & uniuerſaliter quia intelligitur. Et in fine primi Phyſ. dicitur quòd ſenſus eſt ſingularium, & ratio uniuerſalium. Et hoc dupliciter, ſcilicet uel quantum ad modum ſiue rationem repræſentandi, conſequentem intellectum ſeu actum rationis, ſiue modum intelligendi in præſenti uita, qui quidem modus intelligendi, eſt per abſtractionem a conditionibus indiuidualibus, lumine intellectus agentis. Et ſic uniuerſale eſt obiectum intellectus, prout intētio uniuerſalitatis, conſequitur modum intelligendi, ut habetur. Pot.q 7 9.c.Meth.4.lec.4.Poſter.lec.20.prin.Vel quantum ad rem intellectam. Et ſic quidditas eſt obiectum intellectus, quia ſolus intellectus cognoſcit quidditates rerum, vt habet. 1ª.q.57.1.2m.12æ.q.8.1.c.1.d.19 q.5.1.6m.3.d 23.q.1.1.0.d.35.q.2.ar.1.q.1 c Ver.q.11.12.12m.Quol.7.q.2.2.c. Alio mō dī obiectum alicuius potentiæ collectiuè, i. quod continet oīa quæ pertinent ad illam potentiam. Et ſic ens eſt obiectum intellectus, quia nihil intelligitur niſi ſit ens, ut habet. Ver.q.2.3.12m.q.18.4.12m.

753 Quòd intellectus noſter non cognoſcit ſingularia. Intellectus 22.

Oppoſitum uidetur dicere. 1ª.q.86.1.0.22æ.q.47.3.1m.2.d.3.q.3.3.1m.4.d.50 q.1.3.0.Ver.q.2.5.6.0.q.10.5.0.Quol.8.uel 11.q.1.3.0 Opuſ.29.Anima 3.lec.8.

Reſpondeo dicendum dupliciter, ſcilicet primo, quòd ſicut habetur.1ª.q.86 1.c. intellectus noſter in ſtatu uiæ non cognoſcit ſingularia per ſe & directè, tamen cognoſcit ea reflexiuè. Sed poſt mortem cognoſcit per ſe & directè, per ſpecies influxas, ſicut & deus per eſſentiam ſuam, & angeli per ſpecies concreatas cognoſcunt ſingularia, ut habetur. 4.d.50.q6.1.3.0.Quol.1 .lec.1.3.0.

Secundò dicendum, quòd cum obiicitur, quòd proprium ipſius intellectus noſtri eſt intelligere formam in materia indiuiduali, ut habetur. Poſt lec.33.fi. ubi ſic dicitur. Nos enim intendimus de hominis rebus, de quibus in nobis ſcientia per demonſtrationem acquiritur, & homini ſunt res in materia exiſtentes nobis notæ de quibus fiunt demonſtrationes. Et hoc idem dicit. 1ª.q.12.ar.4.c. ubi dicitur quòd per intellectum connaturale eſt nobis cognoſcere naturas, quæ qdem non habent eſſe niſi in materia indiuiduali. Et idem dicit. 1ª.q.75.1.c.Sed intelligere formam exiſtentem in materia indiuiduali, eſt intelligere ſingulare. Ergo &c. dicēdum eſt, quòd ut dicit. 1ª. q.12.4 c. proprium eſt intellectus noſtri intelligere formam in materia indiuiduali exiſtentem, nō tamen ſecundum quòd eſt in tali materia indiuiduali, ſed ſecundum quòd abſtrahuntur ab ea per conſiderationem intellectus. Intelligere autem formam in materia exiſtētem, non prout in materia indiuiduali exiſtis, eſt intelligere uniuerſale & non ſingulare, ut habetur in locis ultimo adductis.

755 Quòd intelligere noſtrum eſt quoddam pati. Intellectus 34.

Immo paſſio eſt cum abiectione alicuius. 1ª.q.14.2.2m.Anima.15.1m.fi.

Reſpondeo dicendum, quòd ut habetur. 1ª.q.79.2.c. pati tripliciter dicitur, ſcilicet. Primò propriſſimè, quando ſcilicet aliquid remouetur ab aliquo, quod conuenit ſibi aut per naturam aut ſecundum propriam inclinationem. Secundo modo minus propriè dicitur aliquis pati, ſcilicet ex eo quòd aliquid ab ipſo abiicitur, ſiue ſit ei conueniens, ſiue non conueniens. Tertio modo dicitur aliquis pati communiter, ſcilicet ex hoc ſolo, quòd id quod eſt in potentia ad aliquid recipit illud ad quod erat in potentia abſque hoc quòd abiiciatur aliquid. Secundum quem modum omne quod exit de potentia ad actum, poteſt dici pati etiam cum perficitur. Et ſic intelligere noſtrum eſt pati, & non aliis duobus modis.

757 Quod intellectus mouetur. Intellectus 36.

Oppoſitū vī dicere. cō. 2.c.72.5m.lib.2.c.23.3m.Quol.6.q.2.2.c

Reſpon.

Reſpondeo dicendum, quòd intellectus mouet ſe quia per hoc quòd cognoſcit principium, reducit ſe de potentia ad actũ quo ad cognitionem concluſionum, ut habetur, 12ª.q.9.3.c. q.51.2.c.Ma.q.6 3.c.10ᵐ.Anima 4.6ᵐ.

Intellectus 58. 758 Quòd operatio intellectus eſt duplex, ſcilicet ſimplex apprehenſio, & compoſitio & diuiſio.

Immo operatio intellectus eſt triplex, ſ. intelligentia indiuiſibilium, cõpoſitio & diuiſio, & diſcurſus, 1.d.31.1.3ᵐ.Poſte.prin.

Reſpondeo dicendum quod ſunt duo in genere, ſed tres in ſpecie ſecundum proprias rationes.

Vel dicendum, quòd licet intellectus & rõ ſint idem ſcdm rem, differunt tñ ſecundum rõnem. Nam ipſius intellectus, ſecundũ proprium ſuum actum conſideratı, qui eſt intelligere, eſt ipſam ueritatem intelligibilem ſimpliciter apprehendere Sed ipſius rationis eſt ſecundum ſuũ actũ procedere de uno intellecto ad aliud, ad ueritatẽ intelligendã, & inde eſt qd̃ Angeli qui ſine diſcurſu intelligunt, dicuntur ſubſtantiæ intellectuales, homo uero, qui diſcurrit in actu intelligendi, dicitur ſubſtantia rationalis. Sic ergo tantum ponuntur duæ operationes intellectus, ſecundum quòd intellectus diſtinguitur contra rationem: tamen accipiendo intellectum, ſecundum quòd conueniunt realiter cum ratione, & econuerſo, ſic ponuntur tres operationes rationis & intellectus. Et hoc eſt, qd̃ ſanctus Doctor noluit innuere in 1. Poſter.lec.1.cum dicit, quòd duo primi actus ſunt ipſius rõnis, ſecundum quòd ratio eſt intellectus quidem. Idem dicit, 22ª.q.449.5.3ᵐ. ubi ſic. Et ſi intellectus & ratio non ſunt diuerſæ potentiæ, tamen denominantur à diuerſis actibus: intellectus enim nomen ſumitur ab anima penetratione ueritatis: nomen autem rationis ab inquiſitione & diuerſa, 1.d.3.q.4.1.4ᵐ.d.33.1.3ᵐ.Met.2.lc.5.

Intellect⁹ 51. 760 Quòd intellectus intelligit aliquãdo rem aliter, quàm ſit.

Immo intellectus non errat. 1.d.39.q.3.1.c.ſi.

Reſpondeo dicendum quòd intelligere rem aliter quàm ſit cõtingit dupliciter, ſ. ex parte obiecti, & ex parte intellectus, primum eſt falſum, non autem ſecundum. Vel uerum eſt quòd intellectus qui intelligit rem aliter quàm ſit, eſt falſus, ſi ly aliter referatur ad rem intellectam. Tunc enim intellectus eſt falſus, qñ intelligit rem eſſe aliter quã ſit. Non eſt autem uerũ, ſi ly aliter accipiatur ex parte intelligentijs. Eſt.n. abſque falſitate ut alius ſit modus in intelligendo quã modus rei in eſſendo, qa intellectũ eſt in intelligẽte immaterialiter p modum intellectus, non aũt materialiter per modũ rei materialis. 1ª.q.11.6.1ᵐ.2ᵐ.q.13.12.3ᵐ.q.8.1.1ᵐ.1.d.38.2.1ᵐ.4.d.49 q.2.1.14ᵐ.4.4ᵐ.Ver.q.2.2.11.5.6ᵐ.7ᵐ.q.3.1.c.ttᵐ.q.8.1.1ᵐ

Intellect⁹ 55. 761 Quòd nihil poteſt intelligi, niſi ſecundum quòd eſt ens actu.

Immo res intellecta, qñque eſt in potentia tñ, cum res ſint quaſi quædam intelligibilia in potentia ſicut & anima humana, qñque eſt intelligens in potentia tñ. 1ª.q.90.1.c.prin. Quol.8. q.2.1.c.Opuſc.53.prin.

Reſpondeo dicendum, quòd licet res intellecta, ſcdm ſe non ſp ſit in actu, eſt tamen in ſuis principiis, per quæ poteſt intelligi.

Intellect⁹ 60. 762 Quòd intellectus in actu, & intellectum, ſunt idem.

Imo res intellecta, eſt realiter diſtincta ab intellectu. Pot.q.8.1.c

Reſpondeo dicendum dupliciter, ſ. primo, quòd intellectus in actu & intellectus, per unionem ſunt idem ſecundum ſpeciem intelligibilem, ut hẽ. 1ª.q.14.2.c.q.55.1.2ᵐ.q.85.2.1ᵐ.q 87.1. 3ᵐ.1.d.35.1.3ᵐ.2. d.3.q.3.1.c.4. d.49.q.2.1.10ᵐ.Ver.q.8.6.c. Spiritu.8.14ᵐ.Quol 8.uel 11.2.c.

Secundò dicendum, quòd licet intelligere ſit aliud quam intellectũ ſecundum ſe, contra tamen unum eo in ſpecie intelligibili, qua intellectum, intelligitur.

Intellect⁹ 74. 765 Quòd plures ſpecies, poſſunt ſimul eſſe in intellectu.

Immo impoſſibile eſt quòd idẽ intellectus ſimiliter perficiatur diuerſis ſpeciebus intelligibilibus, ad intelligendum diuerſa in actu. 1ª.q.85.4.c.ſi.

Reſpondeo dicendum, quòd plures ſpẽs pñt ſimiliter eẽ in intellectu ſcdm actũ imperfectũ, nõ aũt ſcdm actũ perfectum. Similiter in ſenſu, ut hẽ. 1ª.q.12.1.c.q.58.2.2ᵐ.3 d.4.c.2ᵐ.3.d. 3.q.3.4 c.d.10.4.3ᵐ.3.d.14 ar.1.q.4.contr.1.c.55.Ver.q.8 14. c.7ᵐ.Ma.q.16.4 c.Anima.18.5ᵐ.Quol.8.uel 11.2.0.

Intellect⁹ 79. 766 Quòd ſenſus & intellectus differunt realiter, per uniuerſale & particulare. Et ſimiliter appetitus ſenſitiuus & intellectiuus, id eſt uoluntas.

Immo intellectus qñq; ſenſus dicitur. 1ª.q.54.5.1ᵐ.4.d.44.L.ſi.

Immo etiam uniuerſale, & particulare, non diuerſificant potentiam, nec habitum. 3.d.26.q.2.4.c.

Immo nec appetitus ſenſitiuus & intellectiuus, ſ. uoluntas diſtinguuntur per uniuerſale, & particulare. Ver.q 22 4 2ᵐ.

Reſpondeo dicendum dupliciter, ſ. primo, quòd potentiæ, & habitus, diſtinguuntur per obiecta. Sed obiectum põt accipi dupliciter, ſ. quo ad rõnem adæquatam, ſub qua continetur qcqd pertinet ad illam potentiam uel habitum. Et ſic obiectum cuiuſlibet potentiæ, uel habitus eſt uniuerſale, ſicut color reſpũ uiſus. Ideo dr̃ in fine ſecundi Poſteriorum, quòd ſenſus eſt uniuerſalium, ſentire autem particularium. Et ſic uniuerſale & particulare, non diuerſificant habitus nec potentias. Vel quo ad illud ad quod fertur potentia uel habitus, per unum actũ. Et ſic rõ eſt uniuerſalium, ſenſus autem ſingularium, ut hẽ in 1. Phyſ. in fine, ſicut etiam Boetius dicit, quòd ſingulare eſt, qa ſentitur, uniuerſale uerò, quia intelligitur.

Secundo dicendum, quòd duæ apprehenſorum ſunt per ſe directè appetibilis, ſed poſteriores. Nam Ver.q.22.4.1ᵐ. ponit per ſe differentias appetibilis, ſed priores, ſicut rõnale & irrationale ſunt differentiæ per ſe priores, inter hominem & aſinũ. Sed eſſe liberi arbitrij, uel non eſſe, ſunt differentiæ per ſe eorundem, ſed poſteriores. Vnde in 3. Sent. loquitur de diſtinctione principali, in aliis autem locis de ſecundaria. Ideo dicitur. Ver.q.22.4.2ᵐ. quòd non diſtinguũtur principaliter per ea, ſed conſequenter.

767 Quòd intellectus abſtrahit ab omni differentia temporis ſicut & ab aliis conditionibus materialibus, quas ſenſus concernit. Intellect⁹ 84.

Oppoſitum uidetur dicere. Ma.q.16.4.q.4.

Reſpondeo dicendum, ſicut Dub.746.

769 Quòd in omni creatura differunt realiter, intellectus, uolũtas, eſſentia. Intellect⁹ 84.

Oppoſitum uidetur dicere, Spiritu.11.7ᵐ.ſi.

Reſpondeo dicendum, ſicut Dub.197.

770 Quòd intellectus eſt ſimpliciter prior uoluntate, ſicut motiuum mobili, & actiuum paſſiuo.

Oppoſitum uidetur dicere. cont.2.c.56.2ᵐ.Ver.q.8.1.1.13ᵐ.

Reſpõdeo dicendum, dupliciter, ſ. primo quòd intellectus eſt prior uoluntate in uia receptionis, ſed econtrario in mouendo & agendo, ut habetur. 12ª.q.83.3.3ᵐ.Ver.q.14.5.3ᵐ.q.22.11. 14ᵐ.Ver.q.2.3.12ᵐ.

Secundo dicendum, ſicut Dub.185.

771 Quòd intellectus prior eſt uoluntate in uia receptionis, ſed econtrario in mouendo. Intellect⁹ 107.

Immo intellectus in mouendo & agendo regit uolũtatem. 12ª. q.17.5.0.Ver.q.22.11.5ᵐ.

Reſpondeo dicendum dupliciter, ſ. primo quòd intellectus regit uoluntatem non inclinando, ſed oſtendendo & ordinando, ut habetur. 12ª.q.17.5.0.Ver.q.22.11.5ᵐ.Met.12.lc 2.0.

Secundò dicendum, quòd intellectus agit, & eſt primum motiuum, omnium potentiarum animæ, quo ad determinationem actus, uoluntas uerò quo ad exercitium actus, ut habetur. 12ª.q.17.1.c.Ma.q.6.c.

773 Quòd ab intellectu procedit aliquid dupliciter, ſ. aliqd per modum operationis, & aliquid per modum operati, ad uolũtatem autem tantum. Intellect⁹ 114.

Immo ab utroque procedit aliquid utroque modo. 1ª.q.27.3.c 3ᵐ.3ª.q.37.1.c.d.4.c.19.3ᵐ.Pot.q.4.2.7ᵐ.q.9.9.c.q.10.2.1. 1ᵐ.Opuſc.3.c.45.46.12.

Reſpondeo dicendum, dupliciter, ſ. primo quòd ſicut diſtinguitur potentia. q.10.2.11ᵐ. aliqd procedere per modum operati, contingit dupliciter, ſ. uel ſcdm rõnem ſimilitudinis, uel per modum cuiuſcunque impreſſionis. Secundo igitur mõ procedit aliquid uoluntate, non autem primo modo.

Secundò dicendum quòd ut dẽ.1.d.18.4.c. aliquid procedit à uolũtate, nominatum tamen nomine operationis, non autem nomine proprio ipſius operati.

775 Quòd ſi intellectus agens ſit aliqd aſæ, ut quædã uirtus ipſius, neceſſe eſt dicere, quòd ſint plures intellectus agentes ſcdm pluralitatem aſarum, quæ multiplicantur, ſecundum multiplicationem hominum. Non enim poteſt eſſe, quòd una & eadẽ uirtus ſit diuerſorum ſubiectorum. Intellect⁹ 120.

Oppoſitum uidetur dicere. 12ª.q.56 2.c.q.60.5.c.

Reſpondeo dicendum, ſicut Dub.1137.

780 Quòd intellectus practicus eſt motiuus uoluntatis, nõ quaſi exequens motum, ſed quaſi dirigens ad motum. Intellect⁹ 133.

Oppoſitũ ui dicere, quo ad exequutionẽ motus. Ver.q.6.10ᵐ.

Reſpondeo dicendum, ſicut Dub.771.

783 Quòd natura intẽdit remotionẽ formæ & creaturã tendere in nihilũ. Et hoc habet creatura ex ſeipſa. 1ª.q.104.3.4ᵐ. Intẽdera.

Immo quælibet res intendit conſeruationem ſui eſſe, quòd eſt per formam, quæ eſt finis generationis & conſeruationis cuiuſcunque. 1ª q.15.1.c.21ª.q.64 5.7.c.

Reſpondeo dicendum, quòd creatura ſibi derelicta ex ſeipſa tendit in nihilum, non autem conſiderata ſub prouidentia diuina.

784 Quòd nullum malum poteſt per ſe intendi.

Oppoſitum uidetur dicere à ſimili. 12ª.q.19.7.2ᵐ.3.2.d.38.5. c.d.40.2.0. Intentio 14.

Reſpondeo dicendum, dupliciter, ſcilicet primo, quòd peccatũ cadit in bonum hominis, non quidem ſecundum ſe ſed quia

homo ſit humilior & cautior ex peccato ſuo & aliorum, ut habetur. 12æ.q.87.2.1m.2m.

Secundo dicendum, ſicut Dub.126.

Intentio 81. 78, Quòd peccatum recipit ſpeciem ex intentione peccantis.

Immo aliqñ variatur ſpecies peccati, ſine eo q intentio feratur ad ipſam circunſtantiam 4.d.16.q.3.ar.1.q.3.c.

Reſpondeo dicendum, ſicut Dub.347.

Intentionalis 1. 787 Quòd nullum intentionale denominat ſuum effectū, nec cauſat effectum naturalem.

Immo lumen ſecundum eſſe intentionale in aere, denominat ſubiectum, & cauſat effectus naturales.2.d.13.3.c.

Rñdeo dicēdū dupliciter, ſ.primo, q intentionale quieſcens in aia, vt ſpecies vel genus non denominat ſubiectum, ſed intētionale fluens ab agente in paſſum, & ab agente ad actum, vt virtus inſtri. vel vt lux ſolis in aere, hñ denominat ſubiectum, & cauſat effectum naturalem, vt habetur.4.d.1.q.1.ar.4.q.4.c

Secundo dicendum, ſicut Dub.826.

Interpretatio 1. 788 Quòd interpretatio eſt in dubiis, in quibus non licet abſq; determinatione principis, à verbis legis recedere. Sed in manifeſtis non opus eſt interpretatione, ſed executione.

Immo legiſlator nō pōt aliquid præceptum ponere, q nō oporteat in aliquo caſu prætermitti & interpretari. 12æ. q.96.4.6. c.q.97.4.c.12æ.q.120.1.2m.4.d.15.q.3.ar.2.q.1.c.1m.

Reſpondeo dicendum, q pōt prætermitti & interpretari ex aliqua cā rōnabili & neceſſaria, vt quādo periculum eſt in mora, vt habetur in locis ſecundo allegatis.

Ira 53. 789 Quòd ira & invidia cauſant inconſtantiam, pertrahēdo rōnē ad aliud, ſed luxuria totaliter extinguendo lumen rōnis.

Oppoſitum videtur dicere, quo ad luxuriam. 22æ.q.156.4.2m.

Reſpondeo dicendum, ſicut Dub.372.

Ira 56. 790 Quòd utrunque obiectum amoris eſt bonum, obiectū autē odij eſt malum. Sed ira reſpicit vindictam ſub rōne boni, & nocentem ſub ratione mali.

Oppoſitum videtur dicere. Ma.q.12.1.q.3.12.c.Eth.1.lec.8.

Reſpondeo dicendum, ſicut Dub.102.

Iudex 1. 791 Quòd iudex iuſte infligendo pœnas, non peccat.

Oppoſitum vr̃ dicere à ſimili.22æ.q.33.5.0.4.d.19.q.2.2.2.q.2.0

Iudex 8. Reſpondeo dicendum, ſicut Dub.796.

793 Quòd nullus eſt iudex ſui, ſed poteſt ſe committere iudicio aliorum.

Oppoſitum videtur dicere.22æ.q.67.4.0.

Reſpondeo dicendum dupliciter, ſ.primo q etiam ſi ſit iudex ſupremus in præſenti vita poteſt ſe committere, non coactione aliqua ſed ſponte, ſicut Leo Papa, propria ſponte ſe ſubdidit iudicio Imperatoris, & Chriſtus hominibus, ut hř.22æ.q. 64.5.2m.q.67.1.2m.

Secundo dicendū q homo poteſt eſſe iudex ſui, quā iniuria ſua, eſt iniuria ciuitatis, vel eccleſiæ, vel in contemptum Dei vt hř. 22æ.q.67.4.0.3a.q.46.2.3m.1.d.43 q 2.2.1m.4.d.46.q 1.ar.1. q.2.0 q.2.ar.1.q.3.1m.

Iudicium 18. 796 Quòd ex ſtens in peccato mortali etiam occulto ex officio corrigens vel iudicans alios peccat. Non autem arguens ut frater, niſi propter ſcandalum.

Immo exiſtens in graui peccato pōt ex officio & debet eum humiliter & timore redarguere & iudicare continuales vel etiā exiſtentes in minori peccato, non autem ſi ſuum ſit publicū. 22æ.q.33.5.ſi.q.60.2.3m.Math.7.In.8 Ro.2.ſi.

Reſpondeo dicendum quadrupliciter, ſ.primo q ſicut diſtinguitur lo.8. Primum eſt verum de iudice perſeuerante in pꝓpoſito peccandi. Secundum autem de conante ad reſurgendum, ſcilicet pœnitente.

Secundò dicendum, q primum verificatur de iudicante motu proprio. Secundum verò de agente hoc, ut miniſter legis.

Tertiò dicendum, quòd in primis locis intelligit de iudice qui peccat ex malitia. In aliis aūt qñ iudex peccat ex fragilitate, ut ipſe diſtinguit. Math.7.

Quartò dicendum, q in multis locis loqnř de iudice laico, ſed in primis loquř de iudice eccleſiaſtico, qa dicit, q quilibet q in peccato mortali, manente peccato, exhibit ſe miniſtrū eccleſiæ ſ aliquo ſpūali, peccat mortaliter. Secus eſt ſi immineat neceſſitas. & habeat propoſitum confitendi, vtputa quia ante confeſſionem de mortali, nullus debet ſumere ſacram eucharistiam, ſi habeat copiā confeſſoris, & neceſſitas nō urgeat. ſicut eſt parochialis qui tenetur ex officio exhibere ſe miniſtrū eccleſiæ in ſpūalibus ad ipſum pertinentibus ut hř d.16.L.6m d.17.q.2 ar.5.q.1.3m.q.3.ar.1.q.4.c.1a.Cor.11.lec.7.

Iudicium 19. 797 Quòd iudicat legē, dicēs eā non eſſe bene poſitam, non autē dicens eam non eſſe ſeruandam, ſed de illo caſu particulari.

Oppoſitum videtur dicere.12æ.q.96.4.6 c.

Reſpondeo dicendum q dicēdo hoc ex præſumptione, eſſet iudicium temerarium, non autem dicēdo hoc, in caſu neceſſitatis, ut etiam in Dub.788.adductum eſt.

798 Quòd iudicium eccleſiæ, debet eſſe conforme iudicio Dei, & non aſtringi legibus humanis. Iudicium 13.

Oppoſitum videtur dicere.12a.q.93.3.3m.q.96.2.c.1m.

Rñdeo dicendum, q humanum regimē deriuatur à diuino regimine, & ipſū debet imitari. Deus aūt q̄uis ſit oīp & ſumme bonus, permittit tñ aliqua mala fieri in vniuerſo, quæ prohibere poſſet, ne eis ſublatis, maiora bona tollerentur, vel ēt peiora mala ſequerentur. Sic & in regimine humano illi, q præſunt, rectè aliqua mala tolerant, ne aliqua bona impediātur, vel ēt aliqua mala peiora incurrantur. Sicut Aug.dicit in lib. de Ordine. Aufer meretrices de rebus humanis, turbaueris omnia libidinibus. Sic ergo q̄uis infideles in ſuis ritibus peccent tolerari pñt, vel pp aliqd bonum, qđ ex eis prouenit, vel pp aliqd malum qđ vitatur. Ex hoc aūt q Iudæi ritus ſuos obſeruant, in qbus olim pfigurabatur veritas fidei q̄ tenemus, hoc bonū pꝓuenit, q teſtimonium fidei noſtræ habemus ab hoſtibus, & quaſi in figura nobis repñtatur qđ credim⁹, & ideo in ſuis ritibus tolerantur. Aliorum aūt infidelium ritus, q nihil veritatis aut vtilitatis afferunt, non ſunt aliqualiter tolerandi, niſi fortè ad aliqđ malum vitandum, ſ. ad vitandum ſcādalum, vel diſſidium, quod ex hoc poſſet prouenire, vel impedimentū ſalutis eorū, qui paulatim ſic tolerati, conuertuntur ad fidem. Propter hoc.n.ēt hæreticorum, paganorum ritus aliqñ eccleſia tolerauit, qñ erat magna infidelium multitudo, ut hř.22æ.q.10.11.c. Lex autem humana dr aliqua permittere, non quaſi approbans, ſed quaſi ea dirigere non potens. Multa autem dirigūtur lege diuina, quæ dirigi nō poſſunt lege humana. Plura enim ſubduntur ſuperiori cauſæ q̄ inferiori. Vñ hoc ipſū q lex humana nō ſe intromittit de his q dirigere nō pōt, ex ordine legis æternæ prouenit. Secus aūt eſſet, ſi approbaret ea q lex æterna. Vnde ex hoc non hř, q lex humana non deriuetur à lege æterna ſed q non pfectè eam aſſequi poſſit, ut habetur.12æ.q.93.3.3m.

Peccatum 65. 996 Quod nulla voluntas ſub Deo ſibi relicta, poteſt ſecundũ ſe habere peccatum.

Immo impeccabilis poteſt fieri aliqua creatura à Deo. 1^{a}. q.62. 1.c 2 d 39.q.1.2.c.4^{m}.2.d.23 q.1.1.o.

Reſpondeo dicendum, ſicut Dub.713.

Peccatum 82. 998 Quòd propria & per ſe cauſa peccati, eſt ex parte conuerſionis, ad commutabile bonum.

Immo eſt ex parte auerſionis, ab incommutabili bono. 4.d.13. q.1.1^{m} Ma q 3.2.c.

Reſpondeo dicendum, ſicut Dub. 159.

Peccatum 93. 1001 Quòd peccata hominum ſunt impedimẽta humani boni.

Immo peccata hominum, aliqñ aliqd bonum ſigurant. 21^{ae}.q. 83.2.2^{m}. .d 38.q.1.ar.1.q.3.3^{m}.

Reſpondeo dicendum, ſicut Dub.717.

Peccatum 113. 1003 Quòd maximum peccatum, opponitur maximè virtuti principaliter & directè, ſed minimum extenſiuè.

Immo principale uitium, non opponitur principali uirtuti. 12^{ae}.q.39.4.1^{m}.q.84.4.1^{m}.22^{ae}.q.118.7.1^{m}.q6.142.3.1^{m}. q6, 162.6.2^{m}.7.3^{m}.4^{m}.2.d.22.q.1.1.2^{m}.3.d.33.q.2.ar.1.q.3.4^{m}. Ma.q.8 1.3^{m}.22^{m}.q.13.3.1^{m}.

Reſpondeo dicendum, ſicut Dub.292.

Peccatum 147. 1005 Quòd omnia peccata in hac uita, ſunt remiſſibilia.

Oppoſitum uidetur dicere. 22^{ae}.q.14.3.8.q.118.5.3^{m}.3^{a}.q.86.1. 2^{m}.3^{m}.2.d.43.4.o.L.3^{m}.Veri.q.24.11.7^{m}.Ma.q6.3. 14.15.o. Quol.2.q.8.1.o. Math.12.Ro.2.

Reſpondeo dicendum, ſicut Dub.131.

A. Peccatum. 154. 1006 Quod peccatum originale, eſt peccatum naturæ, ſed peccatum actuale, eſt peccatum perſonæ.

Immo peccatum originale, ſicut & alia uitia eſt contra naturã. 12^{ae}.q.82.2.c.

Reſpondeo dicendum, q peccatum originale dr peccatũ naturæ, non qa ex principiis naturæ humanæ de ſe procedat, ſed quia eſt in nobis ex diſſolutione armoniæ originalis iuſtitiæ, ut habetur. 12^{ae}.q.82.1.o.2.d.30.q.1.3 2^{m}.Ma.q.4.2.4^{m}.

B. Peccatum 137. 1006 Quòd peccatum originale eſt uoluntarium, per uoluntatem Adæ tantum.

Immo eſt uoluntarium etiam in aliis ab Adam, quia qui puniuntur pro peccato originali, non puniuntur pro peccato alterius, ſed pro ſuo, quod quiſque incurrit. Ma.q.4. 1. 19^{m}. q.5.1.2^{m}.11^{m}.

Reſpondeo dicendum, quòd peccatum originale, ut perſonale ipſi Adæ eſt uoluntarium per uoluntatem Adæ tantum. Sed ut eſt quodammodo communa toti humanæ naturæ per infectionem, ſic eſt uoluntarium etiam uoluntate aliorum. Et ideo cum aliquis punitur pro peccato primi parentis, non punitur pro peccato alterius, ſed pro peccato ſuo, ut habetur. Ma.q.4.1.19^{m}.

Peccatum 159. 1007 Quòd peccatum originale eſt multiplex in uirtute, quia uirtualiter continet omnia peccata.

Oppoſitum uidetur dicere. 12^{ae}.q.82.1.c.2^{m}.2.c.

Reſpondeo dicendum dupliciter, ſ. primò, q peccatum originale eſt multiplex non ſolum in uirtute, ſed & quia eſt maximum communitate, ut habetur Opuſ. 10.c.28.

Secundo dicendum, ſicut Dub. 1144.

Peccatum 104. 1008 Quòd peccatum ueniale, & mortale, differunt genere.

Immo ſunt quandoque eiuſdem ſpeciei 12^{ae}.q.72.5.1^{m}.

Reſpondeo dicendum, q nihil prohibet in diuerſis rebus ſpecie uel gñe differentibus inuenire unam formalem rõnem obiecti a qua peccatum ſpeciem recipit, unde peccatum ueniale põt ex ſe differre gñe à peccato mortali. Sed pp imperfectionem actus, poteſt eſſe eiuſdẽ ſpeciei cum peccato mortali, ut habetur. 12^{ae}.q.74.8.2^{m}.9.c.3^{m}.

Peccatum 105. 1009 Quòd peccatum ueniale ex genere, poteſt fieri mortale ex intentione, non idem numero, nec multa ſimul.

Oppoſitum uidetur dicere. 4.d.16.q.3.ar.2 q.3.c

Reſpondeo dicendum dupliciter, ſ. primò, q conſenſus in ueniale ex genere, eſt ex ſe ueniale. Sed conſenſus in ueniale, pp affectionem actus facit ex intentione mortale, ut habetur 12^{ae}.q.74.8.1^{m}.9.c 3^{m}.q.88.5.1^{m}.2.d.24.q.3.4.3.o.d. 42.q6 1.4.c.Veri.q 15.4.2^{m} Ma q.7.3.4.c.3.c.8. q.15.2.16^{m}. Quol.7 q.6.7^{m}.Quol.10.q.8.2.3^{m}.

Secundò dicendum, ſicut Dub. 347.

Peccatum 108. 1010 Quòd peccatum ueniale & mortale, differunt ſicut reparabile & irreparabile.

Oppoſitum uidetur dicere. 1^{a}.q.69 2.c Opuſ.3.c.148 149.

Reſpondeo dicendum dupliciter ſ. primò q peccatum ueniale & mortale differunt ſicut reparabile & irreparabile, p principium interitus, quia ueniale dicit defectum circa ea, q ſunt ad finem, ſed mortale dicit defectum ab ultimo fine, ut hr. 12^{ae}.q.72.5.c.q.87.2 5 o.q.88.1.o.3.c. 12^{ae}.q.24.10.c.fi. cont. 3.c.139 fi 143 Ma.q.7.1.o 3 c.fi.7.c.fi.9.c.Opuſ.3.c.178.

Secundo dicendum, ſicut Dub.1008.

Peccatum 215. 1011 Quòd in ratione ſuperiori, dupliciter poteſt eſſe peccatũ ueniale, ſcilicet quando conſentit in ueniale ex genere, uel quando habet ſubitum motum infidelitatis ſine conſenſu.

Immo ſuprema pars rationis practicæ non poteſt eſſe deordinata, niſi per peccatum mortale, non autem per ueniale. 2.d.21 q 2.3 6^{m}.

Reſpondeo dicendum, q motus rõnis ſuperioris, in illud qd eſt ueniale ex gñe, eſt peccatum ueniale. Similiter ſi ſit mortale ex gñe, circa proprium obiectum ante deliberationem, ſ. in ſi delitas ex ſurreptione, quæ cum deliberatione eſt peccatum mortale, ut ht. 12^{ae}.q.74.9.10.o.2.d.24 q.3.3.o. Veri.q.13.3.o. Ma.q.7.1.c.fi. 12^{m}.3.17^{m}.5.o.

Peccatum 426. 1012 Quòd oẽ peccatum mortale, eſt contra præceptum Dei.

Oppoſitum uidetur dicere. 22^{ae}.q.148.2.1^{m}.

Reſpondeo dicendum, q non oẽ peccatum mortale directè cõtrariatur præceptis decalogi, ſed ſm iniuſtitiam continẽs, ut habetur. 22^{ae}.q.69.1.2.q.70.4.c.q.148.2.1^{m}.

Peccatum 227. 1013 Quòd nullum peccatum mortale, poteſt remitti ſine alio quia omnia peccata mortalia ſunt connexa in auerſione, nõ autem in conuerſione.

Immo peccata mortalia, non ſunt connexa. 12^{ae}.q.73.1.1^{m}.fi.

Reſpondeo dicendum q ſunt connexa, quo ad reatum pœnæ ex auerſione pp contemptum, non ex conuerſione, ſecundũ q peccata diſtinguuntur, vt habetur. 12^{ae}.q.73.$2a^{m}$.

Pœnitentia 4. 1017 Quòd pœnitentia eſt ſpecies iuſtitiæ commutatiuæ, licet contineat aliquid de qualibet uirtute.

Immo pœnitentia non eſt ſpecies ſeu pars ſubiectiua iuſtitiæ, ſed pars eius potentialis. 4.d.14.q.1.art.2.q.4.4^{m}.q.5.o.art.3. q.3.c.d.17.q.2.ar.2.q.4.c.ar.3.q.2.b.

Reſpondeo dicendum, q quia iuſtitia æqualitas quædam eſt, ideo non põt eſſe uera adæquatio, niſi ubi eſt perfecta rõ iuſtitiæ, ſed aliquis iuſtitiæ modus. Sicut ergo religio ponitur pars iuſtitiæ, non quidem quaſi ſpecies, ſed quaſi pars potentialis inquantum aliquem modum iuſtitiæ participat, ita & pœnitentia pars potentialis iuſtitiæ debet poni, ſed propriè debet dici ſpecies iuſtitiæ commutatiuæ, ut habetur in locis pro utraque parte allegatis.

Pœla 9. 1018 Quòd pœnitentiam ordine naturæ, ſimpliciter procedũt uirtutes Theologicæ.

Immo pœnitentia eſt prior charitate. 4.d.14.q.1.ar.2.q.2. o.

Reſpondeo dicendum, quòd pœnitentia eſt prior charitate, & ſequentibus ipſam, & poſterior fide, & ſpe, quia fides & ſpes non habent rationem perfectæ uirtutis, niſi ſecundũ quòd ſunt informatæ charitate. Et ſecundum hoc pœnitentiam ſequuntur. Et ſic aliquo modo uerum eſt, quòd pœnitentia eſt prima inter omnes uirtutes. Sed ut fides, & ſpes ſunt informatæ charitate, ſic pœnitentia eſt poſterior, ut habetur,

tur.4.d.14.q.1.art.2.q.2.c.&.1m.

Pœniten-tia.68. 1019 Quòd peccatum viatoris, deleri poteſt per pœnitentiam, non autem peccata damnatorum.

Immo aliquod peccatum uiatoris, eſt irremiſſibile.12æ.q.14.5.o.q.118.5.3m.2.d.43.4.o.Lib.3m.

Reſpondeo dicendum,ſicut Dub.151.

Perfectio.18. 1021 Quòd perfectum eſt prius imperfecto, ordine naturæ, & perfectionis,ſed econuerſo ordine temporis & generationis.

Immo eſt aliquod principium multiformæ, & tamen cum ſit compoſitum,eſt poſterius principio uniformi, ordine naturæ,cum tamen omne principium ſit perfectius principiato. Verit.q.5.2.2m.

Reſpondeo dicendum, ꝙ principium in ratione principiandi eſt perfectius principiato, & prius eo ordine naturæ generationis,non autem ſecundum perfectionem rei,& ordine naturæ perfectionis,vt habetur.Verit.q.5.2.2m.

Per ſe.3. 1024 Quòd omne quod ineſt non per ſe, reducitur ad aliquid, quod ineſt per ſe.

Immo omne per accidens, reducitur ad cauſam per accidens, quia oportet effectum proportionabiliter referri ad cauſam ſuam.Periher.1.lect.13.

Reſpondeo dicendum, ꝙ licet reducatur ad cauſam per accidens naturalem, contingit tamen reduci per ſe in aliquem intellectum præordinantem,ut habetur.Periher.1. lec.13.

A.Perſeuerantia.1. 1025 Quòd perſeuerantia eſt uirtus ſpecialis, habens ſpeciale obiectum,ſcilicet opus laborioſum,ut triſtabile,ratione diuturnitatis.

Immo perſeuerantia non eſt uirtus.12æ.q.58.3.2m.

Reſpondeo dicendum dupliciter, ſcilicet primo quòd perſeuerantia dicitur tripliciter, ſcilicet habitus mentis quo firmiter ſtatur contra triſtitias, habitus de propoſito perſeuerandi, & continuatio boni uſque ad finem uitæ. Primo modo non eſt virtus,quia non operatur bonum faciliter & delectabiliter,tamen reducitur ad uirtutem perſeuerantiæ, ſicut imperfectum ad perfectum.Secundo modo eſt uirtus infuſa,non autem tertio modo.

Secundo dicendū,ſicut Dub.389.in reſponſione ſecunda.1025.

B.Perſeuerantia.9. 1025 Quòd perſeuerantia non eſt in appetitu ſenſitiuo ſed in ratione.

Immo perſeuerantia eſt in iraſcibili.22æ.q.137.2.2m.

Reſpondeo dicendum, ꝙ ſicut ipſe diſtinguit frequenter, & præſertim.12æ.q.109.10.o.Perſeuerantia dicitur tripliciter ſcilicet habitus mentis,quo firmiter contra triſtitias ſtatur, habitus moderatiuus triſtitiæ,& habitus de propoſito perſeuerandi.Primo & tertio modo eſt in ratione, id eſt in uoluntate quæ eſt in ratione. Sed ſecundo modo eſt in iraſcibili.

Perſona 7 1026 Quòd ſubſtantia in diffinitione perſonæ accipitur in cõmuni, ſecundum ꝙ diuiditur in ſubſtantiam primam, & ſecundam.

Immo ſubſtantia ibi ſumitur pro ſuppoſito,non autem pro eſſentia.1a.q.30.1.1m.

Reſpondeo dicendum,ꝙ ſubſtantia. poſita in diffinitione perſonæ poteſt accipi dupliciter, ſcilicet uel ſine alijs particulis: & ſic ſumitur pro ſubſtantia in communi ad primam & ſecundam ſubſtantiam. Vel cum illa particula indiuidua: & ſic ſumitur pro ſuppoſito vniuerſali. Ideo dicitur potentia q.9.2.7m. ꝙ dicere indiuidua ſubſtantia idem eſt,ac ſi dicatur hypoſtaſis, quæ idem ſignificat in Græco,quod ſuppoſitum in Latino.

Peſſimū 1 1028 Quòd peſſimum non oportet,ꝙ opponatur optimo.

Oppoſitum videtur dicere.12æ.q.73.4.o.Ma.q.2.10.o.

Pietas.6. Reſpondeo dicendum,ſicut Dub.292.

1133 Quòd opera pietatis non debent prætermitti propter religionem, niſi impediat eam, quia iam non eſſent opera pietatis.

Immo tractare negotia ſæcularia piè, id eſt in auxilium indigentium,& miſerorum,eſt religioſum.22æ.q.18.3.2m.q.187.2.o.q.188.2.2m.Opuſc.19.c.11.Rom.16.2æ.Thi.2.

Reſpondeo dicendum, ꝙ licet religioſis tractare negocia ſæcularia,& opera pietatis pro pauperibus,& viduis, non propter aliquod mundanū, ſed moderatè,cum licentia & charitate, non autem ex cupiditate,ut habetur.22æ.q.18.3.2m. q.71.2.o.q.187.2.o q.188.2.2m.3.2m.Opuſc.19.c.11.Rom.16.

Poētia 2. 1037 Quòd potentia creaturæ eſt duplex, ſcilicet potentia ad eſſe,& potentia ad agere.Prima ſe tenet ex parte materiæ. Secunda uerò ex parte formæ.

Oppoſitum uidetur dicere à ſimili.22æ.q.27.5.c.4.d.17.q.1.art.4.q.1.c.Verit.q.28.7.8.c.

Potentia 10. Reſpondeo dicendum,ſicut Dub.359.641.

1039 Quod oppoſitorum eadem eſt potentia.

Oppoſitum uidetur dicere ſimili.1a.q.94.5.1m.22æ.q.63.4.3m 2.d.30.q.2.1.7m.Verit.q.1.10.2m.

Reſpondeo dicendum dupliciter, ſcilicet primo ꝙ oppoſitorum eadem eſt potentia,non tamen æqualiter,ut habetur 12æ.q.8.1.1m.

Secundo dicendum, ſicut Dubio.19.

1041 Quòd ad ea quæ ſunt diuerſa genere,ex æquo ſe habentia ordinantur diuerſæ potentiæ animæ, non autem aliter. Potentia.20.

Oppoſitum uidetur dicere,12æ.q.56 2.c.q.60.6.c.

Reſpondeo dicendum,ſicut Dub.1173.

1042 Quòd omnia præcepta decalogi,præter tertium,& quartū ſunt negatiua,quia negatio eſt communior affirmatione. A. Præceptum 57.

Oppoſitum uidetur dicere,quia quælibet affirmatio habet negationem adiunctam.22æ.q.44.3.3m.4.d.19.q.2.ar.1.q.4.3m.

Reſpondeo dicendum.ꝙ negatio communiter accepta eſt communior affirmatione,cum ſe extendat ad res reales, & rationis,unde omnis negatio fundatur in aliqua affirmatione intellecta uel imaginaria,non autem ſemper in aliqua affirmatione reali,ut habetur.Ma.q.2.1.9m.

1043 Quòd intellectus,& ſcientia fidelium,ſunt in præceptis legis Dei. Ideo non dantur de eis præcepta in decalogo, ſed in ſequentibus. B. Præceptum 40.

Oppoſitum uidetur dicere.22æ.q.16.2.c.q.46.2.3m.

Reſpondeo dicendum,ꝙ non dantur de eis in decalogo explicitè, ſed uirtualiter,& implicitè Vnde.22.q.16.2.1m. ſubiungit. Sed in ſequentibus,ſcilicet explicitè.

1044 Quòd operari ſine triſtitia,& delectabiliter, ratione finis, cadit ſub præcepto legis Dei,non autem ex habitu. Præceptū 52.

Immo etiam ex habitu.12æ.q.109.2.5 o.

Reſpondeo dicendum,ſicut Dubio.1045.

1045 Quòd modus uirtutis eſt triplex, ſcilicet ſcienter,uoluntariè,& ex habitu. Primus eſt de præcepto legis diuinæ, & humanæ.Secundus diuinæ tantum.Tertius nullius. Præceptū 56.

Reſpondeo dicendum, ꝙ actus eſt bonus dupliciter,ſcilicet uel in genere moris,& ſic intelligitur,primū dictum ſancti Thomæ.Vel ut eſt meritorius. Et ſic intelligitur ſecundum dictū eius,ut habetur.12æ.q.109.2.5,o.

1046 Quòd præceptum de dilectione Dei,perfectè impletur in patria tantum,ſed imperfectè in via. Præceptū.61.

Immo etiam perfectè impletur in uia.Opuſc.4. Opuſc.15. c.15.

Reſpondeo dicendum dupliciter, ſcilicet primo ꝙ charitas dicitur perfecta, quando aliquis ſecundum totum poſſe ſuum diligit. Quod quidem contingit tripliciter. Vno modo ſic, ꝙ totum cor hominis actualiter ſemper feratur in Deum. Et hæc eſt perfectio charitatis patriæ, quæ non eſt poſſibilis in hac uita, in qua impoſſibile eſt propter humanæ uitæ infirmitatem,ſemper actu cogitare de Deo,& moueri dilectione ad ipſum. Alio modo,ut homo ſtudium ſuum deputet ad vacandum Deo,& rebus diuinis,prætermiſſis alijs,niſi quantum neceſſitas præſentis uitæ requirit. Et iſta eſt perfectio charitatis,quæ eſt poſſibilis in uia. Tertio modo ita ꝙ habitualiter aliquis totum cor ſuum ponat in Deo,ita ſcilicet ꝙ nihil cogitet uel uelit,quod diuinæ dilectioni ſit contrarium,vt habetur.22æ.q.24.8.c.ſi.

Secundo dicendum,quod etiam tunc impletur,ſi nil nobis deſit, quod actu uel habitu in Deum referamus, ut habetur. Opuſc.18.c.5.

1047 Quòd modus uirtutis, ſcilicet operari ex charitate,eſt de præcepto ſpeciali,non autem modus de alijs præceptis, nec modus aliarum uirtutum. Pręceptū.70.

Immo ipſa dilectio Dei & proximi,eſt ſub pręcepto legis,quo ad ſubſtātiā operis,nō aūt ſecundū ꝙ elicitur ab habitu charitatis 12æ.q.96.3.2m.2 d.28.5.o.3.d.37.6.c.2m.4.d.15.q.3.ar.4.q.1.5m.Verit.q.24.12.15m.16m.14.1m.3m.7m.Ma.q 2.1.7m.

Reſpondeo dicendum dupliciter, ſcilicet primo,ꝙ cadere quid ſub præcepto contingit dupliciter, ſcilicet ꝙ ſine eo non pertingat homo ad uitam æternam. Et ſic primum dictum ſancti Thomæ eſt uerum. Alio modo ꝙ ſine illo non euadas culpam,& pęnam. Et ſic ſecundum dictum eius eſt uerum,ut ipſe diſtinguit,2 d.38.3.1m.Verit.q.24.12.15m.

Secundo dicendum, ꝙ actus eſt bonus dupliciter, ſcilicet uel in genere moris:& ſic intelligitur primum dictum. Vel ut eſt meritorius:& ſic intelligitur ſecundum dictum eius,vt habetur.12æ.q.109.2.5.o.

1048 Quòd homo in ſtatu innocentiæ,poterat ſine gratia ſeruare,& implere omnia præcepta legis Dei,quo ad ſubſtantiam actus,non autem quo ad modum eius,ſcilicet ꝙ aliquid fiat ex charitate. Sed poſt peccatum neutro modo. Pręceptū.71.

Immo homo etiam poſt peccatum, poteſt ſine gratia ſeruare omnia præcepta Dei,quo ad ſubſtantiam actus.2.dist.28 3.o. diſt.41.1.5m.

Reſpondeo dicendum, tripliciter, ſcilicet primo, quòd homo ſine gratia poteſt implere omnia præcepta legis Dei, & imperfectè,non autem omnia & perfectè, vt habetur. 12æ q.

109.2.c.Veri.q.24.14 7^{m}.

Secundo dicendum, quòd in primis locis, loquitur Sanctus Thomas de homine in natura corrupta per peccatum. In ſecundis verò locis de homine in natura integra, ut habetur. Veri.q.24.14.7^{m}.

Tertio dicendum, ſicut Dub. 689.

Prædicati 10. 1052 Quòd terminus in ſubiecto poſitus, tenetur materialiter, ideſt pro ſuppoſito. Sed in prædicato poſitus, tenetur formaliter, ideſt pro natura.

Immo terminus à parte prædicati poſitus, ad quem terminatur actus verbi, non tenetur formaliter, ſed materialiter. 3.d.1.q.2.2^{m}.3^{m}.4^{m}.5^{m}.

Reſpondeo dicendum quod idem reſpectu diuerſorum eſt materiale, & formale, ut habetur. Phi.2. lect.5. ut etiam adductum eſt. Dub. 359.

Prædicati 13. 1053 Quòd hæc prædicatio, Deus eſt pater, & econuerſo, eſt per ſe, & nullo modo per accidens. Nec ſicut ſuperioris de inferiori, nec econuerſo. Sed per identitatem.

Immo eſſentia prædicatur per accidens de perſona, & econuerſo. Potentia.q.8.2 6^{m}.

Immo nihil prædicatur de Deo per accidens. 1^{a}.q.3.6.c.ſi.1.d.4.q.2.1.3^{m}.

Immo præfata propoſitio, eſt per accidens, & non per ſe. Potentia.q 8.2 6^{m}.

Immo, & relationes temporales Dei ad creaturas, dicuntur de Deo per accidens, & non per ſe. 1.d.30 1.2^{m}.4^{m}. Potentia.q.7.8.6^{m}.

Immo & iſta non eſt per ſe, licet ſit vera. Deus eſt paſſus. 3.d.11.4.6^{m}.

Reſpondeo dicendum dupliciter, ſ. primo, quod prædicari per accidens dicitur quadrupliciter, ſcilicet accidentaliter inhærens vel denominans extrinſecè, ſine quo res poteſt eſſe, per aliud, & quod non eſt de ratione ſubiecti. Primo modo non prædicatur de Deo per accidens, ut habetur. 1^{a}.q6.3 6.c.ſi.1.diſt.1.q.2.2.3^{m}. Secundo vero modo, relationes temporales prædicantur de Deo per accidens, ut habetur. Potentia q6.7 8.6^{m}. Et etiam tertio modo, ut habetur 1.diſt.30.1.2^{m}. quia relationes temporales prædicantur de Deo per accidēs, ideſt per aliud, quia per relationes reales, quo ſunt in creaturis, ut dicitur ibidem. Sed quarto modo eſſentia Dei prædicatur per accidens de perſonis, & econuerſo, ut habetur. Potentia. q.8.2 6^{m}.

Secundo dicendum, quod prædicari per ſe, accipitur dupliciter, ſ. ſecundum propriam rōnem, ideſt quod prædicatum ſit de propria rōne ſubiecti ut habetur. Potentia.q.8.2.6^{m}. Et ſic quia perſona non eſt de propria rōne eſſentiæ, nec econuerſo, nec relationes temporales ſunt de rōne Dei, ideo quandoque dicit Sanctus Thomas, quod non prædicantur per ſe, ſed per accidēs. Alio mō dicitur prædicari per ſe, quando prædicatum & ſubiectum ſunt idem ut habetur. Meth.3.lec.18 Et ſic dicit, quòd eſſentia in diuinis prædicatur per ſe per identitatem, quia ſecundum Boetium nulla verior eſt prędicatio, quā quando idem de ſeipſo prædicatur, ut habetur. 1^{a}.q.39.6.2^{m}.

Præſeruatus 1. 1054 Quòd præſeruatus ab aliquo, dr purgatus, uel liberatus.

Oppoſitū uidetur dicere, quia Chriſtus fuit præſeruatus à peccato originali, & tamen non fuit purgatus, neque liberatus, ut habetur. 4.d.43.ar.4.q.1.3^{m}.

Reſpondeo dicendum dupliciter, ſ. primo quod licet ſolus Chriſtus non fuerit purgatus, neque liberatus a peccato originali, hoc tamen de nulla alia perſona humana dici poteſt.

Secundo dicendum, quod licet Chriſtus peccatum originale nō cōtraxerit, carnis tamen eius emundatio à præcedente infectione, ſaltem intellectu præceſſit aſſumptionem, ut habetur 3.d.3.q 4.ar.2.c.3^{m}.L.2^{m}.

Principiū 3. 1055 Quòd principium eſt communius cauſa, & cauſa elemēto.

Immo quædam ſunt, quæ ſe conſequuntur ad inuicem conuertibiliter, ſicut principium, & cauſa. Meth.4.lec.2.prin.

Reſpondeo dicendum dupliciter, ſ. primo quod cauſa principium ſunt idem re conuertibiliter. Sed differunt rōne, ut hr. Meth. 4 lect 2.prin.Lib.5.lect.1.prin.

Secundo dicendum, quòd cauſa dupliciter accipitur, uno modo propriè, ſcilicet pro cauſa quæ aliquo modo influit in effectum. Et ſic principium in plus ſe habet quàm cauſa, quia principium à quo incipit motus eſt principium, non tamen eſt cauſa, hoc modo accepta. Alio mō accipitur cōiter. ſ. ut ſe extendit ad cauſam per ſe, & ad cauſam per accidens quocūque mō accidentis Et ſic principium, & cauſa conuertuntur.

Priuatio 4. 1059 Quòd priuatio eſt carentia eius quod eſt aptum natū haberi. Et hoc tripliciter, ſ. uel ab eo, uel ab alio eiuſdem ſpeciei, uel à quocunque. Et tertia notum eſt in diuinis.

Immo nulla priuatio eſt in diuinis. 1^{a}.q.49.3.2^{m}.1.d.43.q.1.2.c.2.d.34.1.3^{m}.4.c.

Reſpondeo dicendum, quòd in ſecundis locis accipit priuationem propriè, ſcilicet pro carētia formæ debitæ eidem ſubiecto. Sed in primis locis accipit priuationem largè, ſcilicet pro negatione entis determinati generis aptitudinem rei in alio denotantis, ſicut ipſa ibidem ſe exponit,

1061 Quod nulla priuatio eſt intenta ab aliquo agente. Priuatio 8.

Oppoſitum videtur dicere. Potentia.q.3.6.13^{m}.

Reſpondeo dicendum dupliciter, ſcilicet primo quod priuatio eſt præter intentionem naturæ particularis, ſed eſt de intentione naturæ vniuerſalis, vt habetur. Potentia q.3.6.13^{m}.

Secundo dicendum, ſicut Dub. 1200.

1062 Quòd Spiritusſanctus procedit à patre & filio inquantum ſunt plures agentes, & inquantum ſunt unum in ui ſpiratiua. Opuſc.1.c.11.ſi.Opuſc.3.c.48.Opuſc.9.q.25.26. Proceſſio 12.

Oppoſitum videtur dicere. 1.diſt.29.4.2^{m}.

Reſpondeo dicendum, ſicut Dub. 1133.

1066 Quòd de ratione prophetiæ, non eſt ænigmatica cognitio, quia Moyſes fuit propheta, & tamen Deum palam, & nō per ænigmata uidit. Prophetia 6.

Oppoſitum videtur dicere. Veri.q.12.13.c.

Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio.486.

1067 Quòd omnis prophetia de quacumque re, eſt eiuſdem ſpeciei quia eſt per unum formale. ſ. per lumen diuinum. Prophetia.43.

Oppoſitum uidetur dicere. 1^{a}.q.1 1.2^{m}. Veri.q.12.3.c.ſi.

Reſpondeo dicendum, ſicut Dub. 1111.

1068 Quòd prophetia fuit in Chriſto, inquantum fuit uiator. Prophetia.14.

Oppoſitum uidetur dicere. Veri.q.20.6.c.

Reſpondeo dicendum, quod etſi Chriſtus habuit plenam & apertam notitiam quantum ad partem intellectiuam de diuinis, habuit tamen in parte imaginatiua quaſdam ſimilitudines, in quibus poterat ſpeculari diuina, inquantum non ſolùm erat comprehenſor, ſed etiam uiator. Et hoc modo prophetia fuit in Chriſto, ut habetur. 3^{a}.q.7.8.1^{m}.

1069 Quòd Dauid habuit prophetiam, quo ad intuitum mentis, ſine imaginaria viſione. Prophetia.18.

Oppoſitum uidetur dicere. $22^{æ}$.q.174.2.3^{m}. Ver.q.12.12.c.10^{m}.

Reſpondeo dicendum, quod Dauid non habuit prophetiam quo ad intuitum mentis ſine imaginaria uiſione perfectiorem aliis ſimpliciter, quia uiſio Moyſi fuit excellentior quantum ad cognitionem diuinitatis, ſed ſecundum quid: quia Dauid plenius cognouit & expreſſit myſteria incarnationis Chriſti, ut habetur. $22^{æ}$.q.174.4.1^{m}.

1073 Quòd in omni re, proprium accidens eſt aliud ab eſſentia eius. Et eſt poſterius ea ordine generationis & perfectionis. Propriū 3

Oppoſitum uidetur dicere. Spiritu.11.7^{m}.ſi.

Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio.197.

1075 Quòd prouidentia diuina gubernat corpora inferiora, per corpora ſuperiora. Prudētia. 30.

Oppoſitum uidetur dicere, 2.d.2.q.2.3.0.d.13.1.4^{m}.

Reſpondeo dicendum, ſicut Dub. 333.

1077 Quòd prudentia non conuenit brutis. Prudētia. 22.

Immo prudentia eſt in brutis, etiam in brutis imperfectis, & memoriam non habentibus, cum prudentia ſit naturalis æſtimatio de conuenientibus proſequendis & nociuis fugiendis, & animalia etiam imperfecta percipiāt naturaliter id qd nociuum & conueniens. Meth.lec.2. Anima.3.lec.5.

Reſpondeo dicendum, quod prudentia non conuenit brutis, niſi Metaphoricè, ſcilicet inquantum inſtinctu naturali aguntur ſagaciter, ut habetur in locis primo alleg.

1080 Quod quantitas dimenſiua, non eſt in Deo, ſed tantum quantitas virtualis. Quātitas. 12.

Immo quædam ſpecies quantitatis dimenſiuæ, quo ad rōnem differentiæ, ſunt in Deo, & per conſequens æqualitas ſimiliter, 1.d.19.q.1.1.4^{m}.d.24.q.1.1^{m}.

Reſpondeo dicendum, quod æqualitas conſequitur rationem quantitatis in communi, quæ conſiſtit in quadam diuiſibilitate. Vnde ratio quantitatis inuenitur propriè in illis, quæ ſecundum ſe diuiduntur. Et ſic Deo non conuenit. Inuenitur etiam quodam modo in illis, in quibus diuiſio attenditur in ſecundum ea, quæ extrinſecus ſunt, ſicut uirtus dicitur diuiſibilis, & quantitatis rationem habens, ex diuiſione actuum & obiectorum. Et talis ratio quantitatis, ſcilicet virtualis Deo conuenit, & per conſequens æqualitas, ut habetur 1.diſt.19.q.2.1.1^{m}.

1081 Quòd quo eſt, & quod eſt, in ſolo Deo non differunt. Quo eſt 8

Oppoſitum uidetur dicere. 1^{a}.q.3.4.c.

Reſpondeo dicendum, ſicut Dub. 214.

1082 Quod raptus mētis ad diuina eſt triplex, ſ. per ſimilitudines imaginarias, per effectiua intelligibiles, & per eſſentiā Dei. Primus conuenit Petro & Ioanni euangeliſtæ in apocalypſi. Secūdus Adæ, & Dauid. Tertius verò Paulo, & Moyſi. Raptus 10

Oppoſitū vr̄ dicere, quo ad tertiū modum, 2^{a}.q.22.2.c.1^{m}.3.0.

Reſpondeo dicendum, ſicut Dub. 486.

108. Quòd ratio & intellectus ſunt realiter eadem potentia.
Ratio.13. Oppoſitum ui detur dicere. Poſter. pr. uc.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dub. 738
Relatio.3 1086 Quòd relatio ſecundum rationem eius nihil ponit in ſubiecto.
Oppoſitum uidetur dicere, contra. 2 c. 13
Reſpondeo dicendum, quòd relatio ſecundum eſſe eius inhæret ſubiecto ſecundum uerò rationem eius, tantum aſſiſtit, quia non ponit in eo aliquid abſolutum, ſed tantum per reſpectum ad aliud, ut habetur, 1ª. q. 28. 1. 1^{m}. 2. c. 19. 1 e. q. 40. 1. e. 1. d. 8. q. 4. 3. 4^{m}. d. 33. 1. e. Pot. q. 7. 8. e. 9. c. princ. 7^{m}. q. 8. 1. 4^{m}. 2. e. q. 9. 5. 2^{m}. 14^{m}
Relatio. 10. 1087 Quòd unitas & pluralitas ſpecifica relationum, ſumitur ex cauſa, numeralis autẽ ex ſubiecto, nulla uerò ex terminis.
Immo relationes multiplicantur ſecundum rem, & ſecundum fundamenta, 3. d. 8. 3. o. d. 21. q. 1. ar. 1. q. 2. 5^{m}.
Reſpondeo dicendum dupliciter, ſ. primò, quòd illud, quòd in tertia parte dicitur cauſa, in tertio ſententiarũ dicitur fundamentum, ut patet per exempla, in utroque libro poſita. Et quælibet diſtinctio relationum realis, eſt ex fundamẽtis, quæ ſi diſtinguantur ſpecificè, ſiue in eodem ſubiecto, ſiue in diuerſis cauſant diſtinctionem ſpecificam relationum. Si uerò fundamenta diſtinguantur ſolo numero, quod eſt ex diſtinctione numerali ſubiectorum, tunc relationes diſtinguuntur realiter ſolo numero, ut dicit utrobique.
Secundo dicendum, q quamuis ex terminis multiplicentur reſpectus relationis, non tamen oportet q multiplicentur relationes ſecundum rem. Et quia ex eo res habet unitatem, & multitudinem, ex quo habet eſſe, ideo ſecundum id in quo relatio fundatur, iudicandum eſt de ea, utrum ſit ſecundum rem una uel plures, ut habetur. 3. d. 8. 3. c. prin. 4^{m}
Relatio. 39. 1088 Quòd relatio in diuinis nõ eſt totum uniuerſale, nec omnes ſimul, ſunt aliquid maius, quàm una tantum
Oppoſitum uidetur dicere a ſimili, 2. d. 3. q. 3. 8. c. ſi.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dub. 475
Relatio. 47. 1089 Quòd relationes Dei ad creaturas nõ ſunt realiter in Deo, nec extra Deum, nec ipſe Deus
Immo ſunt realiter in creatura, 1ª. q. 6. 2. 1^{m}. q. 13. 7. o. q. 28. 1. 3^{m}. 4. c. q. 43. 3. 1^{m}. 3ª. q. 2. 7. o. 1. d. 8. q. 4. 1. 3^{m}. d. 9. lib q. 2. 2^{m} d. 14. q. 1. 1. 2^{m}. 2. c. 3^{m}. q. 2 1. c. 1^{m}. d. 22. 3. e. 4 3^{m}. d. 16. q. 2. 1. c. d. 30. 2. 4^{m}. d. 33. 1. e. 4^{m}. d. 36. q. 2. 2. 2^{m}. 12. d. 1. q. 1. 2. 5^{m}. 3. d. 1. ar. 1. q. 1. 1^{m}. d. 2. q. 2. ar. 2. q. 3. 2^{m}. d. 5. q. 1. ar. 1. q. 1. c. 3^{m}. d. 7. q. 2. 1. c. d. 8. 5. c. ſi. d. 12. 3. e. Ver. q. 4. 3. c. Pot. q. 3. 3. e. q. 7. 1. 9^{m}. 9. in. 11. o. Quol. 1. 2. o. Quol. 8. vel 9. 4. o, Opuſ. 3. c. 219
Reſpondeo dicendum, q relationes Dei ad creaturas, quę ſunt realiter in creaturis, ſunt etiam in Deo, ſecundum rationem, & intellectũ noſtrũ & angelicum, & diuinũ, ut habetur, 1ª. q. 6. 2. 1^{m}. q. 13. 7. 2^{m}. 4^{m}. 3. d. 32. 3. c. d. 36. q. 2. 2. 2^{m}. d. 37. q. 1. 2. 1^{m}
1090 Quòd profeſſi religionem, mortui ſunt mundo, & uiuũt
Religio. Deo. Vnde non ſunt reuocandi ad uitam humanam, occaſione cuiuſcunque euentus.
Oppoſitum uidetur dicere, 4. d. 38. q. 1. ar. 4. q. 1. 3^{m}
Reſpondeo dicendum, ſicut dubio, 1208
Rhetorica. 1. 1093 Quòd rhetorica eſt ex coniecturis ad ſuſpitionem, quia quãdoque non fit completè fides uel opinio, ſed ſuſpicio quædam, quia non totaliter declinatur ad unam partem contradictionis, licet magis declinetur in hanc quàm in illam. Sed Dialectica eſt ex probabilibus ad opinionem
Immo rhetorica eſt ſcientia, ad rationalem Philoſophiã pertinens. Poſt. 2
Reſpondeo dicendum, q rhetorica per reſpectum ad ſuas cauſas & paſſiones, ſ. ſecundum q eſt docens, eſt ſcientia. Et formantur in ea naturales propoſitiones & neceſſariæ. Sed quãtum ad uſum ſiue quantum ad modum procedendi, ſic nõ utitur propoſitionibus uniuerſalibus, ſed coniecturis. Sic autem non eſt ſcientia, ſed magis modus ſciendi.
A ſacerdos. 14. 1094 Quòd Chriſtus noluit naſci de ſacerdotib. ne uideretur idem ſacerdotium eius, & ſacerdotium uetus. Sed uetus eſſet figura ſacerdotij eius.
Oppoſitum uidetur dicere. 3ª. q. 31. 2. 2^{m}
Reſpondeo dicendum, quòd noluit naſci de ſacerdotibus ſecũdum rectam genealogiam, ſed ſecundum ſtirpem ex parte matris ſuæ.
Sacramẽtum. 68. 1095 Quòd ſacramenta ueteris legis non hĩ interius efficiebant in anima ideo dicuntur iuſtitia carnis.
Oppoſitum uidetur dicere, 4. d. 1. q. 1. ar. 4. q. 2. c
Reſpondeo dicendum, ſicut Dub. 342. 343.
1097 Quod ex diuina prouidẽtia, procurantur multæ occaſiones
Saluati. 7 ſalutis hominibus ut prædicationes, exempla, actus uirtutũ, pro loco & tempore, ægritudines, flagella, & etiam peccata.
Oppoſitum uĩ dicere, quoad peccata. 4. d. 17. q. 2. ar. 4. q. 1. 4^{m}
Reſpondeo dicendum, ſicut Dubio, 784

1098 Quod ſanitas eſt tantum in animali
Oppoſitum uidetur dicere a ſimili, 4 d. 14. q. 1. ar. 3. q. 1. c. Ver. Sanitas. 2
q. 14 4. 7^{m}
Reſpondeo dicendum dupliciter, ſ. primo quòd eadem numero ſanitas eſt in animali & in alijs, nec alia ſanitas eſt medicinæ & urinæ quàm ſanitas animalis, quam medicina facit, & urina ſignificat, ut habetur, 1 2æ. q. 20. 3. 3^{m}
Secundo dicendum, ſicut Dubio. 1173
1099 Quòd ſcientia ſignificat qualitatem, quam conſequitur Sciẽtia. 1.
quidam reſpectus
Immo, ſcientia eſt collectio ſpecierum ordinatarũ ad cognoſcendum, 3ª. q. 12. 2. c. 3. d. 14. ar. 3. q. 4. c. 3^{m}. cont. 1. c. 56. 5^{m}. Ver. q. 10. 2, c. ſi. q. 20. 2. c. ſi q. 24. 4. 8^{m}. Opuſc. 9. q. 81
Reſpondeo dicendum, q de ſcientia duplex fuit opinio. ſ. opinio Auicennæ dicentis, q ſcientia nihil aliud eſt, quam habilitas quædam intellectus ad recipiẽdam illuminationem, & ſpecies intelligibiles ab intelligentia, ut habetur. Ver. q. 12. 1. e. Alij autem dicunt, q non, ſed q ſcientia eſt collectio ſpecierum. Ideo ſanctus Doctor quandoque ponit hoc ſub dubio, ut habetur. con. 1. c. 56. ubi dicit, q habitus ſciẽtiæ, uel eſt habilitas quædam ad recipiendas ſpecies intelligibiles, uel eſt congregatio ſpecierum, &c. Quandoque uero declinat ad primam opinionem. Et ſic dicit q ſcientia eſt qualitas ſimplex. Et ſæpius declinat ad ſecũdam, ideo dicit, q ſcientia eſt collectio ſpecierum, ut etiam dicetur infra. Dubio. 1108
1102 Quòd nulla ſcientia probat ſua principia, ſed probat alia Sciẽtia. 6.
ex eis. Nec diſputat contra negantes ea, propter primam Philoſophiam.
Immo in Phyſica Philoſophus diſputat contra negantes ſua principia Phyſ. lec. 2
Reſpondeo dicendum, q Phyloſophus in Phyſica diſputat contra negantes ſua principia, non ut Phyſicus, ſed ut induens habitum Metaphyſici, ut habetur. Phi. 1. lec. 2
1106. Quòd ſcientia acquiſita eſt habitus naturalis, quia ineſt uni Scientia.
cuiq; homini. quoddã principium ſcientiæ. ſ. lumen intelle- 27.
ctus agentis, per quod cognoſcuntur ſtatim a principio naturaliter, quædam uniuerſalia principia omnium ſcientiarũ.
Immo ſcientia fit in nobis per proprium ingenium, & ſtudiũ, 1ª. q. 117. 1. o. Poſter. 1
Reſpondeo dicendum, q ſcientia acquiſita eſt habitus naturalis inchoatiuè quo ad principia. Sed completiuè per propriũ ingenium & ſtudium, ut habetur. Poſter. 1
1107 Quòd in ſtatu innocentiæ, homo non acquiſiuiſſet ſciẽ
tiam ex ſenſibus A ſcientia. 32.
Oppoſitum uidetur dicere. 1ª. q. 1. 101. 1. o. 2. d. an. q. 2. 2. o
Reſpondeo dicendũ tripliciter. ſ. primo, q ut colligi põt, 2. d. 20 q. 2. 2. 2^{m}. Potentiæ ſenſitiuæ dupliciter conſiderari põt, ſ. uel ſecundũ ſe, uel ut illuſtratæ lumine intellectus agentis. Primo mõ potentiæ ſenſitiuæ ſunt inferiores intellectu poſſibili. Ideo non erat conueniens in illo ſtatu recto, q intellectus acquireret ſcientiã ex ſenſib. quia tunc inferiora depẽdebãt, & perficiebantur a ſuperiorib. & non econtrario. Secundo autẽ mõ ratione intellectus agẽtis qui eſt ſuperior intellectu poſſibili poterat intellectus poſſibilis accipere ſcientiam ex ſenſibus.
Secũdò dicẽdũ q tũc accepiſſet ſciẽtiã, ex ſenſib. quoad uſum, applicando habitus infuſos ad phãtaſmata, non aũt acquirendo habitũ ſciæ de nouo, ut hĩ. 2. d. 20. q. 2. 2. 3^{m}. d. 23. q. 2. 2. 3^{m}
Tertiò dicendum, ſicut Dub. 1218
1107 Quòd diſciplina quæ eſt receptio cognitionis ab alio, re- B Sciẽtia.
quiritur ad ſcientiam 33.
Oppoſitũ uideſ dicere, 1ª. q. 117. 1. c. Ver. q. 11. 1. c. Quol. 8. 4. c.
Reſpondeo dicendum, quo ad ſcientiam ab alio acquiſitam, requiritur diſciplina, non autem ad ſcientiam per inuentionẽ propriam, ut habetur, 1ª. q. 1. 7. 1. c. 3^{m}. 4^{m}
1108 Quòd ille qui in aliqua ſcientia acquirit per primã demõ-
ſtrationem, ſcientiã concluſionis unius, habet quidem habi- Scientia.
tum ſcientiæ ſed imperfectè. Cum autem acquirit per aliquã 35.
aliam demonſtrationem, ſcientiã concluſionis alterius, non aggeneratur in eo alius habitus ſciẽtiæ, ſed habitus qui prius inerat fit perfectior, utpote ad plura ſe extendens.
Immo geometer modico ſtudio acquirit habitum ſcientiæ de concluſione, quam nunquam conſiderauit, 1 2æ. q. 53. 1. 1^{m}
Immo & tota una ſcientia cõtinet diuerſas particulares ſcientias, reſpectu diuerſarum concluſionum. Ver. q. 8. 16 4^{m}
Rñdeo dicendũ, q in duobus primis locis loquitur de ſcientia, ſecundũ q eſt ſimplex qualitas. In alijs autem ſecundũ q eſt quoddã aggregatũ, ut ſuperius declaratum eſt. Dub. 1099.
1110 Quòd ſcientia quæ habetur per reuelationẽ diuinam, Et Scientia.
ſcientiæ humanitus inuentæ, differunt ſecundum genus. 84.
Vnde theologia quæ ad ſacram doctrinam pertinet, differt ſecundum genus ab illa theologia, quæ pars philoſophiæ ponitur.

Immo

Immo omnes habitus qui ſunt in eadem potentia, ſunt eiuſdẽ generis, licet differant ſpecie propter differentiã obiectorum formalium, 12^{ae}.q.54.1.1^{m}.
Reſpondeo dicendum dupliciter, ſcilicet primo, quòd in prima parte loquitur de genere propinquo nobis innominato. Sed in prima ſecundæ, loquitur de genere remoto.
Secundo dicendum, quòd in prima parte loquitur de genere logico Sed in prima ſecundæ, loquitur de genere Phyſ.
Scientia 49. 1111 Quòd ſcientia infuſa & ſcientia acquiſita, ſunt diuerſarum rationum & diuerſarum ſpecierum. Vnde nihil prohibet de eiſdem rebus, de quibus phyſicæ diſciplinæ tractant: ſecundum quòd ſunt cognoſcibiles lumine naturalis rationis, & aliam ſcientiam tractare, ſecundum quòd cognoſcuntur lumine diuinæ reuelationis.
Immo ſcientia Adæ, quæ fuit per ſpecies à Deo, infuſas, fuit eiuſdem rationis cum ſcientia noſtra, quæ eſt per ſpecies acquiſitas, 1^{a} q.94.3.1^{m}.
Reſpondeo dicendum tripliciter. ſ. primo, q. 1^{a}.q.1.1. vult quod ſint diuerſarum rationum, propter diuerſum lumen. Sed q. 94.3.1^{m}. dicit quòd ſunt eiuſdem rationis, quia ſunt per idẽ lumen naturale, licet per diuerſas ſpecies. ſ. in Adam per infuſas, in nobis autem per acquiſitas, quæ non diuerſificant ſcientias ſiue rationem ſcientiæ in eodem ſubiecto.
Secundo igitur dicendum, quòd 3^{a}.q.9.4.3^{m}. loquitur de ſcientia infuſa & acquiſita in eodem ſubiecto, ut probatur. 1^{a}.q. 85.4.c 3^{a}.q.35.5.c.3.d.83.q.1.art.4.q.3.c. Sed 1^{a}.q.94.3.1^{m} loquitur in diuerſis ſubiectis, ſcilicet in Adam & in nobis. Ideo dicit, quòd potentia uiſiua quæ habetur per naturam, & quę habetur per miraculum ſunt eiuſdem rationis. Ideo nõ poſſent eſſe ſimiliter in eodem oculo.
Tertio dicendum, quòd quia habitus diſtinguuntur ſpeciem ſecundum diſtinctionẽ formalem obiectorum, & ſecundum ordinẽ ad diuerſa, ut probatur de uirtutibus infuſis & acquiſitis. 12^{ae}.q.63.4.0. & in anima Chriſti ſcientia infuſa & acquiſita, ſunt diuerſorum obiectorum formalium propter diuerſum lumen, & ordinantur ad diuerſa, ut dicitur. 3.q 9.4.0. Ideo concluditur ibi ad tertium, quòd ſunt diuerſarum rationum. Scientia uero Adæ infuſa & ſcientia noſtra acquiſita ſunt eiuſdem rationis, quia ſunt eiuſdem obiecti, & ordinantur ad idem. Vnde licet. 12^{ae}.q.63.4.u. probetur quòd uirtus infuſa differt ſpeciem à uirtute acquiſita, tamen ibi ad tertiũ dicitur, q̃ ſi Deus infunderet tales uirtutes, quales per actus acquiruntur, eſſent eiuſdem rationis, & eiuſdem ſpeciei ſicut & oculus productus per naturam, & productus per miraculũ ſicut etiam Adam. Eua, Chriſtus, & cæteri ſunt eiuſdem ſpeciei, licet cæteri producti ſint per naturam. & Adam, Eua, & Chriſtus, immediatè formati ſint à Deo.
Scientia 64. 1113 Quòd aliqua ſcientia imperat alijs, tanquam ancillis eis utendo.
Immo imperare eſt actus rationis, & non ſcientiæ. 12^{ae}.q.17.1.0.
Reſpondeo dicẽdum, quod imperare eſt actus rationis ut principij directiui quoad eſſe rei imperatæ, ſed eſt actus ſcientiæ, quoad bene eſſe rei ſcitæ, ut ſcita eſt.
Scientia 69. 1114 Quòd donum ſcientiæ eſt principaliter ſpeculatiuum, & ſecundariò practicum, ſicut & fides.
Immo donum ſciẽtiæ eſt tantũ practicũ. 3.d.35.q.2.ar.3.q.2.0.
Reſpondeo dicendum, quod ut habetur. 1^{a} q.14.16.c. Scientia dicitur ſpeculatiua uel practica tripliciter, ſcilicet uel ratione obiecti, uel ratione finis, uel ratione modi procedendi. Vnde donum ſcientiæ ratione obiecti eſt practicum tantum, quia eſt tantum de humanis, quorum cognitio non eſt neceſſaria ad ſalutem, niſi practica, ut habetur. 22^{ae} q.9.0.3.d.33.q.2.ar. 3.q.1.0. Sed ratione finis, donum ſcientiæ eſt principaliter ſpeculatiuum, & ſecundariò practicum, ſicut & fides ad quã ordinatur, ut habetur. 22^{ae}.q.9.3.c.
Semen. 7. 1117 Quòd ſemen mulieris nihil facit ad generationem prolis. Ideo aliquæ concipiunt ſine eo.
Immo ſemen fœminæ ſe habet actiuè 3^{a}.q.31.5.3^{m}.q.32.4.c.q. 33.3.3^{m}. contra. 4.c.44.ſi. Math. ſi.
Reſpondeo dicendum dupliciter, ſcilicet primo, quod ſemen fœminæ eſt imperfectum in genere ſeminis, propter imperfectionem uirtutis fœminæ. Vnde fœmina ſe habet actiuè in præparatione materiæ, non autem in conceptione prolis, ut habetur in ſecundis locis.
Secundo dicendum, ſicut Dubio. 661.
Senſibile. 4. 1119 Quòd ſenſibilium aliqua immutant ſenſum ſpiritualiter tantum, ut color, quædam autẽ materialiter, ut guſtabile & tangibile Alia vero utroque modo.
Immo omne ſenſibile, immutat ſenſum realiter & naturaliter, 2 d.13.3.c.
Senſualitas. 5. Reſpondeo dicendum, ſicut Dub. 787.
1120 Quòd ſinguli motus ſenſualitatis, ſunt in poteſtate noſtra, non autem omnes ſimul.
Immo etiam omnes ſimul, ut uidetur dicere à ſimili, 2.d.5.q. 2.1.0.d.28.3.4.0.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dub. 689.
1121 Quòd ſenſus eſt quædã deficiens participatio intellectus. Senſus. 4.
Immo ſenſus & intellectus differunt realiter, 1^{a}.q 84.6.c. Anima. 3. lec. 4.0.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dub. 746.
1122 Quòd ſentire & intelligere ſunt actiones immanentes. Sẽſus. 22.
Immo ſentire non eſt totaliter remotum, a genere actionum ad extra, 1^{a}.q.27.5.c. Meth. 5. lec. 16. ſi.
Reſpondeo dicẽdum, q̃ ſentire quod eſt operatio in ſentiẽte, eſt extra naturã intellectualem. Sed dicitur non eſſe remotũ a genere actionum quæ ſunt ad extra, quia ſentire perficitur per actionẽ ſenſibilis in ſenſum, ut habetur prima. q.27.5.c.
1124 Quod ſignum quandoque dicitur cauſa, ſcilicet quando eſt notior effectu. Sed ſæpius dicitur de effectu, & diuiditur contra cauſam. Tamen ideo ſcriptura potius dicit ut luminaria cæli ſint in ſigna quam in cauſas, ut occaſionem idololatriæ tolleret. Signũ. 3.
Oppoſitum uidetur dicere, Pot. q.7.7.20^{m}.
Reſpondeo dicendum, ſicut Dub. 471.1146.
1126 Quòd ſimilitudo in diuinis, aliter pertinet ad uerbum, & aliter ad amorem. Similitudo. 10.
Immo ipſe amor, nõ eſt ſimilitudo, 1^{a}.q.27.4.3^{m}. cont. 4.c.23.ſi.
Reſpondeo dicendum quòd ſimilitudo ad uerbum pertinet in quantum ipſum eſt quædam ſimilitudo rei intellectæ, ſicut genitum eſt ſimilitudo generantis. Sed ad amorem pertinet, non quod ipſe amor ſit ſimilitudo, ſed inquantum eſt principium amandi, ut habetur. 1^{a}.q.27.4.2^{m}.
1127 Quod ſimonia eſt ſtudioſa uoluntas emendi uel uendendi aliquid ſpirituale, uel annexum ei. Simonia. 1.
Immo annexum ſpirituali, licet uendere aliquo modo tempore neceſſitatis, 22^{ae}.q.100.1.6^{m}.4.0.4.d.25.q.3.art.2.q 3.0.
Reſpondeo dicendum dupliciter, ſcilicet primo, quòd annexum ſpirituali eſt duplex, ſcilicet uel dependens ex re ſpirituali, ut beneficia eccleſiaſtica, uel ordinatũ ad àliquid ſpirituale, ut uaſa ſacra, & iuſpatronatus. Secundum licet uendere aliquo modo ratione materiæ, in neceſſitate eccleſiæ, non autem primum, quia ſic eſſet ſimonia, ut habetur in locis ſecundo allegatis.
1130 Quòd ſobrietas eſt circa potum ebriatiuum.
Immo ſobrietas eſt circa cibos. 2.d.44.q.2.1.3^{m}. Sobrietas 1.
Reſpondeo dicendum, quod ſobrietas propriè, eſt circa potum ebriatiuum: large uero eſt circa cibos & omnem materiam, quia ſobrius dicitur, quaſi briam, ideſt, menſuram ſeruans, ut habetur in primis locis.
1132 Quòd hæc ꝓpriè non cõceditur. Pater, uel trinitas eſt ſolus Deus, niſi ex parte prædicati intelligatur aliqua implicatio. Solus. 3.
Oppoſitum uidetur dicere. 1.d.21.q.2.0.
Reſpondeo dicendum, quòd Sanctus doctor, utrobique uult, quod ly ſolus, ſit conditio ſuppoſiti. Sed quia in Prima parte attendit modum ſignificandi, & prædicatum ſtat formaliter, & ſignificat per modum formæ, non autem per modum ſuppoſiti, ideo dicitur, quod ly ſolus, non propriè ponitur ex parte prædicati. Sed in primo Sententiarum attendit rem ſignificatam. Et eſſentia diuina ſubſiſtit, & habet rationem ſuppoſiti, etiam non intellecta diſtinctione perſonarum. Ideo dicit, quod poteſt poni ly ſolus in prædicato tali.
1133 Quòd pater & filius in diuinis, ſunt duo ſpirantes, ſed unus ſpirator. Spiratio, 2.
Immo ſunt etiã duo ſpiratores. 1.d.11.4.0.d.12.3.c.d 29.4.2^{m}.
Reſpondeo dicendum dupliciter, ſcilicet primo, quod ſpirator poteſt ſumi dupliciter, ſcilicet ſubſtantiuè, & adiectiuè, quia eſt nomen uerbale. Et ſecundum Grammaticos, nomina uerbalia ſunt ſubſtantiua uoce, & adiectiua ſignificatione. Ideo autoritatem ſancti Hilarij, 2. de Trin. exponens. 1^{a}.q.36.4.7^{m}. ſcilicet quòd ſpiritusſanctus a patre & filio autoribus confitendus eſt, dicit quòd Hilarius accepit ſubſtantiuum pro adiectiuo. Si ergo ſpirator ſumatur ſubſtantiuè, ſunt unus ſpirator. Si uero adiectiuè, ſunt duo ſpiratores, quia adiectiua numerantur ſecundum numerum ſuppoſitorum quibus adiunguntur. Subſtantiua uero ſecundum numerum formæ ſui ſignificati, ut habetur. 1^{a}.q.36.4.7^{m}. q.39.3.c.1.d.9.q.1.2 0.d.23.4.4^{m}.d.25.4.c.d.29.4.c.3.d.1.q.2. 4.6^{m}. Potentia. q.9.6.0.
Secundo dicendum quod in 1. Sent. attendit ſignificationem nominis, in prima uero parte attendit modum ſignificandi. Et quia nomina uerbalia ſignificant actum, & actus numerantur ſecundũ ſuppoſita, quia actus ſunt ſuppoſitorum, ut habetur, 1. Meta. ideo dicit in 1. Sẽt. q̃ ſunt duo ſpiratores.
Sed

Sed quia nomina uerbalia non ſignificat per modum actus,
Spiritus.9 ſicut uarba,& participia,ſed per modũ ſubſtantiæ & ꝓcipuę
ſubſtantiua, idep in prima patre dicit q; ſunt unus ſpirator.
1134 Quòd pater,& filius, ſunt unũ principium ſpiritusſancti,
unitate notionis communis.
Immo pater & filius non conceduntur communiter aſſe idem
principium ſpiritusſancti,quia ratione articulationis, includitur unitas ſuppoſiti,licet quidam concedant, quia non ponit uoitatem abſolutam,ſed reſpectu eius cui additur, quia
eſt adiectiuum,1^{a}.q.36.4.6^{m}.1.d.29.4.3^{m} Opuſ.9.q.56
Reſpondeo dicendum , dupliciter,ſ. primo q; hoc non uidetur
multum cogere, quando poſſit concedi,quòd pater & filius
ſint idem principium,ſicut & unum.Vtimur enim pronominibus communiter,& pro eſſentia,& pro perſona.
Stupr û. 3 Secundò dicandum,ſicut Dub.1133
1135 Quòd filia ſacerdotis etiam non nupta deprehẽſa in ſtupro,lapidabatur in ueteri teſtamento, ſecundum Hieronymum.In alijs autem tantum nuptiæ.
Immo filia ſacerdotis comburabatur, Aliæ uerò lapidabantur,
3^{a}.q.29 1.4^{m}.ſi.
Reſpõdeo dicendum quòd filia ſacerdotis ſi deprehẽſa fuerat
in ſtupro & uiolauerat nomen patris ſui, flammis exurebatur.Sed quidam referunt uerbum Hieronymi ad lapidatio-
Subiectũ. 2. nem infamiæ,ut habetur.3^{a}.q.29.1.4^{m}.ſi.
1136 Quòd ſubiectum eſt cauſa effectiua propriæ paſſionis, q; a
proprium fluit a ſubiecto.
Immo ſubiectum eſt cauſa materialis eius.1^{a}.q.77.1.1^{m}
Immo propriæ paſſiones, ſunt accidentia ſubiecti per ſe, & ſimiliter producuntur a ſimili.1^{a}.q.77.1.5^{m}.
Reſpondeo dicendum , q; ſubiectum eſt cauſa materialis propriæ paſſionis,ut materia in qua,ſed eſt cauſa effectiua, non
quidem per aliquam tranſmutationem,ſed per naturalẽ re-
Suffragia 2. ſultationem,ut habetur.1^{a} q.77.6.3^{m}
1141 Quòd ſuffragia peccatoris proſunt mortuis,non ſolùm ex
opere operato in perſona eius , ſed etiam ex opere operante
in perſona eccleſiæ,uel etiam ex opere impetrantis,licet magis proſint ſuffragia bonorum.
Oppoſitũ uidet̃ dicere,a ſimili.2.d 40.4.5^{m}
Summũ. Reſpondeo dicendum,ſicut dubio,959
1. 1143 Quòd ſummum malum non datur
Immo aliquid eſt ſummè malum.1.d.17.q.2.2.a.4.d.14.1.12
Superbia. Reſpondeo dicendum,ſicut Dubio,837
25. 1144 Quòd ſuperbia & auaritia,inquantum ſunt ſpiritualia peccata,ſunt radices omnium peccatorum
Oppoſitum uidetur dicere,quia actus uel habitus,non habet rationem radicis,ſed rami.2.d.5.q.1.3.c.1^{m}. d.22.q.1.1.7^{m}.d.
42.q.2.1.c.2^{m}.3.1^{m}.
Reſpondeo dicendum dupliciter.ſ.primo q; peccatum dicitur
ſpirituale dupliciter.1.uel quia eſt circa ſpiritualem materiã,
uel propter ſpecialitatem actus extendentis ſe ad omnẽ materiam,ut omnia uitia circa actum rationis,ut habetur,22^{æ}.
q.54,1.c.q.99.2.0. Superbia igitur dicitur ſpirituale peccatũ
primo modo magis quàm ſecundo.
Secundò dicendum,quòd radix dupliciter poteſt conſiderari,
ſcilicet uel ut eſt prima & uniuerſalis cauſa & per ſe omniũ
quæ procedunt ex arbore.Et ſic dicit in ſecundo Sent. quòd
ſpeciale peccatum auaritiæ & ſuperbiæ in actu uel in habitu,
ut eſt paſſio habitualis,conſequens peccatum originale, habet rationem radicis,quia oritur ex fomite peccati originalis,qui propriè eſt radix omnium peccatorum, ut dicit.2.d.
43.1.2^{m}.Sed in alijs locis conſiderat radicem , quantum ad
hoc,q; ex ea oritur,& nutritur arbor.Ideo dicit auaritiam &
ſuperbiam, inquantum ſunt ſpecialia peccata habere rõnẽ
radicis,quia non eſt aliquod genus peccati,quod frequenter
non oriatur & nutriatur ex eis,licet non ſemper.Et enĩ quia
Salomon dicens ſuperbiam eſſe initium omnis peccati , &
Paulus dicẽs, cupiditatem eſſe radicem omnium malorum,
loquuntur de eis,ut ſunt peccata ſpecialia.Sed ut auaritia &
ſuperbia,eſt inordinatus appetitus cuiuſcuiuſque rei,ſic enĩ
non eſt radix, ſed genus omnis peccati,ut habetur in ſecundis locis.
Superfi-cies.1. 1145 Quòd ſuperficies eſt propriũ & per ſe ſubiectum colorum.
Oppoſitum uidetur dicere.Ver.q.2.3.2^{m}.Anima.13.8.Math.4
lec.7.Poſt 1.lec.34.prin.
Reſpondeo dicendum, q; ſicut dicimr.Ver.q.1.3.c. ſubiectum
tripliciter comparatus ad accidens,ſ.ut præbens ei ſuſtentamentum,ut potentia ad actum, & ut cauſa eius. primo modo accidens non eſt ſubiectum al erius , ſed benè ſecundo,
Vel ſuperficies eſt ſubiectum quo,non tamen ſubiectum quod
& tertio modo.
quia ut habetur,3.d.33.q.2.ar.4.q.1.c.Poſt 1.lec 2.unũ accidens non poteſt eſſe ſubiectum alterius accidentis in uirtute
propria,ſed bene in uirtute ſubſtantiæ. Accidens autem dicitur ſubiectum accidentis per ſe, inquantum ponitur in definitione alterius accidentis, & dicitur non per ſe.i.non ea ſe,
quia eſt in uirtute ſubſtantiæ.
1146 Quòd ſuperius habet ſimilitudinem cum inferiori, ut ſol Superi° 1.
cum igne.Et ideo eſt ſimilitudo omnium rerum ſecundum
formam & ſecundum materiam. Et ſecundum accidens poteſt eſſe aliquid ſimile ſubſtantiæ,ſimilitudine quæ eſt inter
cauſatum & cauſam.
Immo nullo modo Deus eſt ſimilis creaturis,nec cauſa ſuis cauſatis.1^{a}.q.7.3.4^{m}.1.d.19.q.1.2,c.d.35.4.6^{m}.d.48.1.4^{m}.cõt.
1.c.2.29.Ver.q.2.11.1^{m}.q.4.4.2^{m}.q.23.7.11^{m}.Pot.q.7.7.10^{m}
Reſpondeo dicendum,dupliciter ſ.primo,quòd vt habetur.Veri.q.4.4.2^{m}.Potentia.q.7.7.4^{m}.Similitudo dicitur dupliciter.ſ.uel propriè.i.quando forma æqualiter & eadem ratione eſt in utroque extremorum , uel ſumitur largè in exemplari,licet non ſit ad imitationem alterius. Et ſic ſecũdo modo Deus, Idea,Verbum, Subſtantia,& cauſa, quandoque dicuntur habere ſimilitudinem ad ſuos effectus , quia ſecundum Ariſtotelem in Quarto & Quinto Metaphyſicæ, ſimilia
dicuntur , quæcunque conueniunt in qualitate ſeu forma,
non autem primo modo , ut eſt ſupra. Dub. 471. adductum eſt.
Secundò dicendum , q; etiam ſimilitudo creatoris reperta in
creatura,eſt ducens nos, ſed confusè in cognitionem eius,ut
habetur,1.d.3.q.2.1.0.q.3.c.
1147 Quòd in compoſitis dicuntur ſuppoſitum & natura
Oppoſitum uidetur dicere.1^{a}.q.3.3.c. Suppoſi-
Reſpondeo dicendum,ſicut Dub.814. tum.1.
1150 Quòd tempus non menſuratur alio tempore , nec fieri
eius,quia totum eſſe eius,eſt in fieri . ideo incipit in princi- Tempus.
pio temporis,ut in prin.non autem ut in menſurante. 11.
Oppoſitum uidetur dicere,Pot.q.3.17.2.4^{m}
Reſpondeo dicendum dupliciter.ſ.primo,q; pro tanto oportet
illud quod incipit habere menſuram durationis, quia incipit per motum.Sic autem tempus non incipit
Secundò dicendũ,q; omnis menſura in ſuo genere ſeipſa menſuratur, ſicut linea per lineam , & ſimiliter tempus per tempus,ut habetur,Pot.q.3.17.24^{m}.
1151 Quòd tempus eſt per ſe menſura motus primi . Ideo non
menſurat eſſe, niſi ſecundum quòd ſubiacet uariationi ex Tempus.
motu cœli. 15.
Immo accidit tempori eſſe menſura motus firmamenti . 1^{a}.q.
66.4.3^{m}.
Reſpondeo dicendum , q; homo accidit tempori, quia ſi alius
eſſet motus primus,illius motus eſſet tempus mẽſura, ut habetur, 1^{a}.q.66.4.3^{m}.
1152 Quòd ſcriptura diuina creationem rerum, in indiuiſibili Tempus.
factam pronunciat dicens. In principio creauit Deus cœlum 14.
& terram. Quod quidem principium , Baſilius principium
temporis exponit,quod quidem eſſe indiuiſibile, ut ſecundum Philoſophum probatur.
Oppoſitum uidetur dicere. 1^{a}.q.46.3.1^{m}
Reſpondeo dicendum,ſicut Dub.129.
1153 Quòd theologia eſt ſcientia nobis diuinitus reuelata. theologia
Immo theologia eſt ſcientia acquiſita per ſtudium,laborem,& 4.
mutuum intellectus,ſ. propter incipientium eruditionẽ, prouectorum inſtructionem,& impedimentorum euitationem
2^{a}.prolog.c.1.prol.q.1.3.e
Reſpondeo dicendum dupliciter.ſ.primo, q; theologia humanitus inuenta.ſ.philoſophia prima, eſt ſcientia acquiſita per
ſtudium.Sed theologia, cuius ſubiectum eſt Deus , eſt nobis
diuinitus reuelata.
Secundo dicendum,q; etiam theologia diuinitus reuelata prioribus,acquiritur a nobis,per ſtudium,quo ad eius concluſiones,non autem quo ad eius principia,quæ ſunt articuli fidei
& quæ ſunt omnibus diuinitus reuelata.
1154 Quòd Deus eſt ſubiectum theologiæ.
Immo ens diuinum reuelabile,eſt ſubiectum theologiæ.1^{a}.q.1 theologia
1.2^{m}.3.c.2^{m}.4.c.1.prol.4.0 10.
Reſpondeo dicendum, ſextuplicitet.ſ. primo quòd duplex eſt
ſubiectum in ſcientia,ut habetur Met.5.lec.6.pr n.ſ. uel ſubiectum adæquatum,quod ſ. prædicatur de omnibus conſideratis per ſe in illa ſcientia uel ſubiectum principale ſeu ſubiectum attributionis, ſ. quòd principaliter conſideratur, &
ad quod referuntur omnia,quæ in illa ſcientia conſiderantur,& ad illud ordinantur. In primo igitur ſententiarum loquitur de ſubiecto primo modo in prima uerò parte de ſubiecto ſcientiæ ſecundo modo.
Secundò dicẽdũ q; ut ipſe dicit Deũ eſſe ſubiectũ theologię verum eſt , cum formalis ratio ſubiecti in theologia a Deo . Et
tale eſt uerũ ſubiectũ eius.Aliud uerò dictũ, de ijs quæ ma-
teriàlia

terialia ſunt in ſubiecto, intelligi pōt, & non id ſubiectū eſſe dicimus, niſi fortè per accidēs. Sed dicimur alibi id eſſe ſubiectum theologiæ quia reuerentiæ doctorum, qui talia dixerunt, in aliquo derogare oderimus, ut habetur. Opuſ.72.q.1.

Tertiò dicendum, q ratio formalis obiecti eſt duplex, ut habetur, 12æ.q.1.2.c.ſ. uel ex parte rei, uel ex parte noſtra. In primo igitur ſententiarum, ſumit rationem formalem primo modo, in prima uerò parte, ſecundo modo.

Quartò dicendū, q in primo Sen. loquitur de ſubiecto materiali, in prima aūt parte, de ſubiecto ſcientiæ formali, quia in hac ſcientia non cōſideratur aliquid quo ad rationem entis uel diuini, uel reuelabilis, ſed ſub ratione Dei.i.uel de Deo, uel in ordine ad Deum, ut ad principium, uel finem.

Quintò dicendum, quòd in primo Sen. loquitur de theologia, ut eſt ſcientia ſubalternata, quia incipit a reuelatis, nec ſeruat ordinem doctrinæ.ſ. procedendo a facilioribus. ſed in prima parte loquitur de theologia ſecundum ſe, & ut ſubalternans eſt, quia incipit a magis notis in nobis.

Sextò dicendum, quòd in primo Sen. loquitur ut bachalarius, ſecundum opinionem aliorum, ideo dicit, poteſt dici, & de quibus dicit quòd reuerentiæ doctorum qui talia dixerūt, in aliquo derogare oderimus, ut habetur, Opuſc.72.q.1. Sed in prima parte loquitur ſecundum ſententiam propriam, ut theologiæ doctor. Ideo dicit dicendum eſt, quia quando ſcripſit ſupra libros Sententiarum, erat bachalarius, quando uerò compoſuit, ſummam theologiæ erat ſacræ theologiæ doctor & magiſter.

Theologia. 19. 1155 Quòd theologia eſt dignior cæteris ſcientijs.

Immo metaphyſica eſt dignior cæteris ſcientijs, cum ſit ordinatiua aliarum ſcientiarum. 2.d.3.q.3.2.c.d.24.q.2.2.4m.cont.3.c.25.8m.Eth.6.lec.6.prin. Meth.1.lec.1.med.

Immo logica eſt dignior cæteris ſcientijs, cum ſit ars artiū. Poſterior.1.prin.

Reſpondeo dicendum quòd ſacra theologia eſt dignior alijs ſcientijs, & propter nobilitatem materiæ, & certitudinem, & altiorem finem, ut habetur in primis locis. Sed metaphyſica dicitur dignior alijs ſcientijs humanitus inuentis, quia ordinat eas. Logica autem quia eſt adminiculum aliarum, ut habetur. Trin.17.2m

Theologia.24. 1156 Quòd theologia ſacra differt ſecundum genus, a theologia naturali.i. a metaphyſica

Oppoſitum uidetur dicere.12æ.q.54.1.2m

Reſpondeo dicendum, ſicut dubio, 1110.

Totum. 2 1157 Quòd totum homogeneum, nihil includit, quod nō includat quælibet pars eius, nec differt ſecundum identitatē earum & totius, nec per conſequens a ſuis partibus.

Immo quodlibet totum eſſentiale uel integrale, dicitur realiter ab omnibus ſuis partibus, etiam ſimul ſumptis. Meth.7.lect.10.lec.14.fi.

Reſpondeo dicendum, quòd differt etiam totum homogeneū etſi non ſecundum rem, ſaltem ratione.

Verbū.19 1161 Quòd uerbum in diuinis propriè dicitur perſonaliter tantum, non autem eſſentialiter.

Immo dicitur etiam eſſentialiter, 1.d.27.q.2.2.0. Ver.q.4.2.9m 10m.11m. Opuſc.3.c.41

Reſpondeo dicendum dupliciter.ſ. primo, q uerbum, ut dicit relationem rationis, dicitur eſſentialiter. Sed ut dicit relationem realem, ſicut eſt in uſu, dicitur perſonaliter tantū, ut habetur in ſecundis locis.

Secundò dicendum, q uerbum dicit quandam emanationem intellectus, & exitum in manifeſtationem ſui. Et ideo qa exitus ille poteſt intelligi, uel ſecundum rem diſtinctam, prout in diuinis filius exit a patre, uel ſecundum rationem tantum, prout intelligere eſt ab intellectu diuino, ideo & uerbū quandoque eſſentialiter, & quandoque perſonaliter dicitur ſicut & amor, ut habetur. 1.d.27.q.2.2.1m

Veritas. 4 1162 Quòd ueritas magis fundatur in eſſe rei, quā eſſentia rei.

Immo etiam res dicitur uera uel falſa, ſicut dicitur aurum uerum uel falſum. Periher.1.lec.3.

Reſpondeo dicendum, quòd dicuntur tamen res aliquæ uerè, uel falſæ per comparationem earum ad intellectum noſtrū, non quidem eſſentialiter uel formaliter ſed effectiuè, inquantum.ſ. natæ ſunt facere de ſe ueram uel falſam æſtimationem, ut habetur. Periher.lec.3

Virginitas. 1. 1166 Quòd uirginitas eſt ſpecialis uirtus.

Immo uirginitas non eſt uirtus, ſed nominat ſtatum uirtutis, & aliquid uirtuti accidens. 33.d.33.ar.2.q.2.3m. di.36.2.5m. Ver.q.5.2.7m

Reſpondeo dicendum quòd ſicut habetur, 22æ.q.152.3.0.4.d.33.q.3.2.4m. Virginitas pōt ſumi tripliciter.ſ. uel materialiter.i. pro incorruptione ligaculi, ſeu irreſolutione ſeminis propter delectationem. Vel formaliter.i. pro habitu quo quis

proponit ſeu eligit perpetuo ſeruare integritatem mentis, & corporis, & hoc dupliciter.ſ. uel ſine uoto, uel cum uoto. Primum accidit uirtuti. Secundum autem nominat ſtatum uirtutis, ut habetur.4.d.33.q.3.ar.3.4m.6m.

Sed tertium, eſt uirtus poteſt remanere, deficienta primo & ſecundo, ut habetur in locis primo allegatis.

Virginitas.14. 1166 Quòd uirginitas, ut uirtus, non poteſt amitti ſine peccato, quia firmata eſt per uotum.

Immo poteſt amitti ſine peccato, 4.d.33.q.3.2.2m.4m.d.49.q.5 ar.3.q.1.c

Reſpondeo dicendum, q in Secunda Secundæ loquitur de uirginitate, quo ad ſuum formale.ſ. quo ad propoſitum uoto firmatum, integritatis perpetuo ſeruandæ. Sed in 4. Sent. loquitur de ea, quo ad ſuum materiale, ſ. quo ad integritatem carnis, quæ nominat materiam, & ſtatum uirtutis, & non uirtutem ſine uoto uel cum uoto.

Virginitas.15. 1169 Quòd uirginitas quo ad ſuum formale, poteſt reparari per pœnitentiam, & ſemper eſt cum cæteris uirtutibus, non autem quo ad materiale eius.

Oppoſitum uidetur dicere, etiam quo ad omnem integritatē. 1a.q.25.4.3m.12æ.q.152.3.3m. Quol.3.q.2.1.0

Reſpondeo dicendum quòd etiam quo ad omnem integritatē etſi niſi uirtute diuina poteſt reparari, non autem ratione præteriti, quia hoc implicaret contradictionem, ſ. q mulier corrupta, non fuerit corrupta, ut etiam ſuperius Dub.499. addictum eſt.

Virtus. 10 1171 Quòd uirtus eſt bona ſeipſa, & non per aliam uirtutem.

Immo eſt bona alio.ſ. ordine rationis, uel menſura rationis, 2.d.27.22

Reſpondeo dicendū dupliciter.ſ. primo, q in primo dicto loquitur de alietate reali. Sed in ſecūdo dicto de alietate rōnis, qa ſic etiam lux eſſe perfectio coloris, cum tamen color ſit eſſentialiter lux ſecundum Ari. in lib. de Senſu & Senſato.ſ. quòd lux eſt tota hypoſtaſis colorum. Et ſanctus doctor dicit, 2.di.17.q.1.ar.1.c.q color eſt lux incorporata.

Secundò dicendum, quòd primo intelligit q uirtus nō eſt bona alia bonitate formaliter & intrinſecè, Secundo autē, qd eſt bona originaliter & extrinſecè, ordine rationis.

Virtus. 11 1172 Quòd uirtus dicitur ultimum potentiæ. quia ad illud potentia ordinatur, ſ. ad obiectum, quia ibi uirtus ſumitur pro obiecto.

Immo eſt ultimum potentiæ, per reſpectum ad actum, quia altiſſimum & ultimū in quod potētia eleuari poteſt, eſt actus quem uirtus el eit, ſed non eſt aliquid potentiæ, 2.d.27.1.1m

Immo uirtus dicitur ultimum potentiæ, quia perfectio potentiæ, menſuratur ex ultimo & maximo quod quis poteſt, 3.d.23.q.1.ar.3.q.1. Poſter.1.lect.37

Immo & actus eſt ultimum potentiæ, ſicut extra genus potentiæ, uirtus autem ſicut eodem genere, ſ. principali. 3.d.23.q.1.ar.3.q.3.2m

Immo uel dicitur eſſe ultimum.i. difficillimū quia eſt in medio, q eſt difficillimum. Vir.q.1.13.1m

Immo uel uirtus dicitur eſſe ultimum in ſpecie, non autē ſimpliciter. Vir.q.1.9.15m.

Immo uel uirtus dicitur ultimum potentiæ, non ut importat ordinem effectus, ſed ordinem exceſſus, 22æ.q.23.3.2m

Reſpondeo dicendum tripliciter.ſ. primo q ut habetur, 4.d.8.q.1.ar.1.q.1.1m. duplex eſt ultimum.ſ. uel in re, ſicut ſuperficies locati, eſt ultimum eius, uel extra rem, ſicut locus. Habitus igitur uirtutis, eſt ultimum potentiæ primo modo, actus autem & obiectum ſecundo modo, primum immediatè, ſecundum uero mediatè.

Secundo dicendum, q ut habetur, Vir.q.1.1.6m. aliquid dicitur ultimum potentiæ dupliciter.ſ. uel materialiter.i. illud quod potentia ordinatur Et ad hoc eſt duplex, ſ. propinqua actus, remotè obiectum. Vel eſſentialiter, i. complementum, & perfectio potentiæ, ſiue ſit aliud a potentia, ſcilicet habitus, ſiue non.

Tertiò dicendum, q ſicut probatur. Ver.q.14.3.c, duplex eſt potentia.ſ. uel cuius actus tranſit in exteriorem materiā, & perficit eam. Et ultimum talis potentiæ, eſt actus eius principaliter, ſecundario aūt obiectum eius. Vel cuius actus non tranſit ad extra, ſed ipſam potētiam perficit. Et ultimum talis potentiæ ut ſtabile eſt habitus, ſed ut fluens, eſt actus eius.

Virtus.16 1173 Quòd & eadem uirtus, poteſt eſſe in diuerſis potentijs.

Oppoſitum uidetur dicere.1a.q.79.5.c.fi. 4.d.14.q.1.ar.3.q.1.c. Ver.q.14 4.7m.

Reſpondeo dicendū dupliciter, ſ. q in prima Secūdæ loquitur de potentia ordine quodā, ſicut ibi ſubiungit, quod una uirtus poteſt eſſe in diuerſis potentijs, nō æqualiter, ut intelligit in 4. Sen. ſed ordine quodam, ſcilicet in una principaliter, in alia uerò per modū diffuſionis, uel diſpoſitionis, uel

directionis,

directionis,uel ſecundum q. una potentia mouetur ab alia.
Secundo dicendum, quòd in quarto Sententiarum loquitur da eſſe in potentia,ut in ſubiecto,ſecundum idem,ſed in prima Secundæ,ſecundum diuerſa,& ut in cauſa,uel ut in effectu,uel ut in ſubiecto,& quocunque alio modo.

Virtus 61. 1175 Quòd actus unius uirtutis,ut elicientis,poteſt attribui alteri uirtuti ut imperanti.
Oppoſitum uidetur dicere à ſimili. 4. d. 14. q. 1. ar. 3. q. 1. c. Veri. q. 14. 4. 7^{m}.
Reſpondeo dicendum,ſicut dubio. 1173.

Virtus 72 1177 Quod una uirtus eſt prior alia ſecundum actus, licet ſimul infundantur omnes à Deo ſecundum habitus.
Oppoſitum uidetur dicere. 12^{a}. q. 65. 1. 3^{m}. Virt. q. 5. 2. 4^{m}. 6^{m}. 8^{m}. 11^{m}.
Reſpondeo dicendum, quòd uirtutes ſimul infunduntur, ſed ordine quodam, prout actus unius ordinatur ad aliam, ut etiam ſupra Dubio. 1173. adductum eſt.

Virtus 79 1178 Quòd uitium non tantum opponitur uirtuti perfectæ, ſed etiam imperfectæ, in genere uirtutis, ſcilicet habilitati naturali ad bonum,& diſpoſitioni ad uirtutem.
Oppoſitum uidetur dicere. Virt. q. 1. 10. 16^{m}.
Reſpondeo dicendum dupliciter,ſcilicet primo, quòd in ultimo loco loquitur de uirtutibus moralibus infuſis,quę ſimul ſtant cum uitijs,ut tendunt ad non eſſe. Sed in alijs locis loquitur de fide informi,& infidelitate, quæ opponuntur ſecundum uerum & falſum circa idem.
Secundo dicendum, quòd in quæſtionibus de uirtutibus locò muni, loquitur de oppoſitione imperfecta, quæ eſt, uel medij ad medium,uel medij ad extremum, in alijs autem locis,de oppoſitione perfecta,ideſt de contrarietate,quæ eſt inter maxime diſtantia, ſicut etiam ſupra Dubio. 192. adductum eſt,& adducetur infra. Dubio. 1181.

Virtus 84 1179 Quòd non oportet, quòd principale uitium opponatur principali uirtuti.
Oppoſitum uidetur dicere. 12^{a}. q. 73. 4. c. 22^{a} q. 34. 2. b. Ma. q. 2. 10. c.
Reſpondeo dicendum dupliciter,ſcilicet primo,quia ut habetur. 10. d. 17. q. 2. 2. c. 4. d. 14. L. 12^{m}. malum maximũ,ſeu ſummum,uel paſſiuum, poteſt ſumi dupliciter,ſcilicet uel per remotionem omnis boni,uel per acceſſum ad cætera mala. Primo modo non datur,niſi in apprehenſione. Ideo non opponitur optimo,niſi ſecundum rationem. Secundo autem modo, poteſt tripliciter conſiderari, ſcilicet uel ſecundum ſpeciem ſuam, prout peccata & uitia ſpecificantur ex obiecto ſuo,ſicut & uirtutes,id eſt per conuerſionem ad bonum commutabile. Vel ſecundum auerſionem,uel ſecundum circunſtantias,uel ſecundum extenſionem ad effectus. Primo modo opponitur optimo peſſimum,non autem ſecundo uel tertio modo,ſed potius optimæ uirtus opponitur etiam minimis peccatis,excludendo ea.
Secundo dicendum,ſicut Dubio. 192. 1178.

Virtus 94 1180 Quòd uirtus infuſa differt ſpecie à uirtute acquiſita dupliciter, ſcilicet uel ratione diuerſæ regulæ,uel ratione diuerſi finis.
Oppoſitum uidetur dicere à ſimili. 1^{a}. q. 94. 3. 1^{m}.
Reſpondeo dicendum,ſicut Dubio. 1111.

Virtus 120. 1181 Quòd uirtutes intellectuales non ſunt connexæ ad inuicẽ.
Immo ſimul omnes infunduntur à Deo. 3. d. 13. q. 2. 5. c. 4. d. 14. q. 1. ct. 2. q. 2.
Reſpondeo dicendum, quòd uirtutes omnes ſimul infunduntur quantum ad habitus. Sed quòd una dicatur prior altera, eſt quantum ad ordinem conſideratum in earum actibus,ut habetur. 4. diſ. 14. q. 1. ar. 2. q. 2. c. princ. ut etiam ſupra Dubio. 1177. adductum eſt.

Vita. 36. 1185 Quòd uita contemplatiua ſecundum ſuum genus,eſt ſimpliciter nobilior & maioris meriti, & prior quàm uita actiua
Immo eſt econuerſo. 3. d. 35. q. 1. 4. 0.
Reſpondeo dicẽdum,quòd uita actiua ex hoc quod eſt utilior, non eſt nobilior ſimpliciter. ſed ſecundum quid,ſed contemplatiua eſt dignior, quia quæritur ꝓpter ſe, & propter aliud ut habetur. 3. d. 35. q. 1. ar. 4. q. 1. c.

Vita. 37. 1188 Quòd opus actiuæ uitæ eſt duplex,ſcilicet opus ſpirituale ut prædicare & docere, & opus corporale. ut recipere hoſpites,& ſeruire infirmis. Primum eſt melius quàm ſint opera contemplatiua,non autem ſecundum.
Oppoſitum uidetur dicere. 22^{a}. q. 182. 2. 0.
Reſpondeo dicendum,ſicut Dubio. 1185.
1189 Quod uita contemplatiua eſt tantum in intellectu.

Vita. 43. Immo eſt etiam in inquiſitione rationis,& in affectu. 22. q. 180. 1. 0. 2. 1^{m}. 7. 1^{m}. 3. d. 35. q. 1. ar. 2. q. 2. 0.
Reſpondeo dicendum, quòd uita contemplatiua eſt tantum in intellectu eſſentialiter, & principaliter in actu eius. Sed nititur loquiſitione rationis ut medio,& eſt cauſaliter, antecedenter, & concomitanter in effectu,ut habetur in primis locis.

1193 Quod Deum eſſe unum, poteſt ratione demonſtrari, & poteſt fide teneri. Vnitas. 19
Immo fides eſt de non apparentibus, ſecundum Apoſtolum. Opuſc. 72. q. 9. Heb. 11. lect. 1.
Reſpondeo dicendum,quòd hoc primum dictum eſt, ſcilicet quòd Deum eſſe unum,poteſt ratione demonſtrari,quia ratio naturalis ſubſeruit fidei. Vnde dictum eſt per fidem eſſe acceptum hoc, ſecundum quòd fides ſupponit Deum eſſe unum,ſiquam ratione reſponſum. Vel hoc ideo dici poteſt ut fiat reſolutio ad diuerſos homines, quia uni de hoc fieri poteſt demonſtratio, alteri uero non, quem per fidem neceſſe eſt ad Deum accedere, ut habetur 1^{a}. q. 2. 2. 1^{m}. Opuſc. 72. q. 9.

1197 Quod uniuerſale eſt commune multis ſecundum rem. A. Vniuerſale. 8.
Oppoſitum uidetur dicere. 3. d. 1. Lib. Meth. 7. lect. fin. Perihermenias. lect. 10.
Reſpondeo dicendum, quòd uniuerſale eſt ſemper aptum natum eſſe in multis, ſecundum rem,licet non ſemper inſit multis propter aliquod impedimentum,ut habetur in locis ſecundo adductis.

1199 Quòd uoluntas eſt rationalis per participationem. Voluntas 3.
Immo voluntas eſt rationalis per eſſentiam. 3. d. 23. q. 1. art. 3. q. 1. c. d. 27. q. 1. ar. 3. q. 1. 1^{m}.
Reſpondeo dicendum, quòd ſicut ipſa diſtinguit. 1^{a}. q. 82. 3. c. ſi. 3. d. 27. q. 2. ar. 3. q. 1. 5^{m}. voluntas inquantum eſt in parte intellectiua & inquantum eſt immaterialis eſt rationalis per eſſentiam,ut potentia. Sed dicitur rationalis per participationem quo ad ſimilitudinem actuum concupiſcibilis & iraſcibilis,quia fertur ad aliquid extra, & etiam quia dirigitur à ratione,ut habetur. Verit. q. 1. 10. 11^{m}. Opuſc. 53.

1200 Quòd qui vult bonum propter indebitum finem, vult bonum ſub ratione mali. Voluntas 24.
Immo voluntas nihil vult niſi ſub ratione boni. 1^{a}. q. 19. 9. c. q. 48. 2. 2^{m}. 4^{m}. 12^{a}. q. 8. 1. 0. q. 78. 1. 1^{m}. 1. d. 46. Lec. 6^{m}. 2. d. 1. q. 1. 2. 2. d. 5. q. 1. 2. 5^{m} d. 34. 3. c. d. 35. 5. 4^{m}. lect. 2^{m}. d. 37. q. 3. 1. 3^{m}. cont. 2. c. 40 7^{m}. Lib. 3. c. 4. 5^{m}. 107. Ma. q. 1. 3. c. q. 3. 12. 0. Ethic. 3. Phiſ. 2. lect. 5.
Reſpondeo dicendum dupliciter, ſcilicet primo, quòd uelle aliquid ſub ratione mali poteſt intelligi dupliciter, ſcilicet uel quòd ipſa malitia,ideſt priuatio boni moueret ad uolendum. Et ſic nullus vult aliquid ſub ratione mali. Vel q. aliquis velit aliquid propter aliquid quod in ſe eſt malum, tamen apprehenſum eſt ſub ratione boni. Et ſic aliquis vult aliquid ſub ratione mali.
Secundo dicendum, quòd uelle aliquid ſub ratione mali,poteſt accipi dupliciter,ſcilicet uel uniuerſaliter, id eſt ut apprehenſum ſub priuatione omnis boni,uel ſpecialiter,ideſt ſub priuatione boni moralis,tamen ſub ratione boni utilis,ſeu delectabilis. Et ſic aliquis vult aliquid ſub ratione mali, non autem primo modo, ſicut quando aliquis facit aliquid ut furetur,ſciens furtum eſſe malum moraliter, tamen ſub ratione boni utilis.

1201 Quòd uoluntas pro facto reputatur. Voluntas 27.
Oppoſitum uidetur dicere. 2. d. 43. 3. 3^{m}. Lect. ſi. 4. d. 4. 25. q. 3. ar. 1. q. 1. 1^{m}
Reſpõdeo dicendum,quòd voluntas pro facto reputatur, tam in bonis quam in malis,in ijs quæ ſunt omnino ab homine & quo ad præmium eſſentiale,non autem in ſacramentis,& quo ad præmium accidentale. ut in remiſſione pœnæ,ut habetur, 12^{a}. q. 20. 4. c. 22^{a}. q. 81. 6. 2^{m}. 3^{a}. q. 68. 2. 2^{m}. ſi. 4. d. 4. q. 3. ar. 3. q. 2. c. ſi. d. 17. q. 3. ar. 5. q. 2. 2^{m}. Lect. 2^{m}. d. 22. q. 1. 4. 3^{m}. 3. 2^{m}. Verit. q. 24. 1. 1^{m}.

1204. Quòd uirtus uoti,eſt obligatio eius,quæ eſt maior in voto ſolemni,quàm in uoto ſimplici, & quo ad Deum, & quo ad homines. Votum. 16.
Oppoſitum uidetur dicere. Quol. 10. 11. 1^{m}.
Reſpondeo dicendum, quòd licet vtrumque uotum quantum ad reatum peccati mortalis, æqualiter obliget apud Deum, non tamen quantum ad alia, ſicut quantum ad impedimentum matrimonij, & huiuſmodi, ut habetur. Quolib. 10. 11. 1^{m}.

1207 Quod nullum uotum religioſi eſt firmum,niſi de conſenſu prælati,quia nullum tempus eſt,in quo prælatus non poſſit eum in alijs occupare. Votum. 29.
Oppoſitum uidetur dicere. 22^{a}. q. 88. 12. 2^{m}. Quol. 10. 10. 3^{m}.
Reſpondeo dicendum, quòd per uotum obedientiæ,ſupponitur religioſus prælato ſuo quantum ad generalem diſpoſitionem uitæ ſuæ,licet non quantũ ad omnes actus particulares, vt habetur. Quol. 10. 10. 3^{m}.

1208 Quòd

Votum. 41. 1208 Quòd in voto continentiæ & religionis, per profeſſionẽ ſolemnizato, etiam Papa non poteſt diſpenſare licet quidam iuriſtæ ignorantes contrarium dicant, quia periculis huma nis obuiandum eſt per humana, & non per diuina.

Immo in voto continentiæ, & religionis quantumcunque ſolemnizato, vt alij dicunt probabilis poteſt diſpenſari per Papam, ſi communis vtilitas totius Eccleſiæ, vel vnius regni, vel vnius prouinciæ, hoc requirat. 4. d. 38. q. 1. ar. 4. q. 1. 3m.

Reſpondeo dicendum dupliciter, ſcilicet primo, quòd in Secũda Secundæ, loquitur de voto ratione conſecrationis indelebilis. In quarto vero Sententiarum ratione boni promiſſi, quo poteſt eſſe aliquid melius, ſcilicet bonum commune.

Secundo dicendum, quòd in quarto Sententiarum loquitur ſecundum opiniones aliorum, ideo dicit, quòd alij dicunt probabilius, vnde ibi reſpondet argumentis ad vtranque partem. In Secunda Secundæ vero loquitur ſecundum propriam ſententiam.

Vſura. 27 1209 Quòd in vſuris non transfertur dominium.

Immo in vſuris tranfertur dominium, ſecundum aliquos. 4. d. 15. q. 2. ar. 4. q. 2. c. Opuſc. 73. c. 19.

Reſpondeo dicendum dupliciter, ſcilicet primo, quòd in quarto Sententiarum loquitur ſecundum opinionem aliorum, ideo præmittit, ſecũdum aliquos. In alijs autem locis loquitur ſecundum ſententiam propriam.

Secundo dicendum, quòd in quarto Sententiarum intelligit de pignoribus amiſſis à non ſoluentibus, infra terminum poſitum in contractu mutui. In alijs autem locis, de eo quod exigitur vltra veram ſortem, licet alij dicant e conuerſo.

Vti. 5. 1210 Quòd vti eſt actus voluntatis.

Immo vti, vt eſt de eius eſſentia, magis conſiſtit in executione eius quod eſt ad finem, quàm in imperio voluntatis. 1. d. 1. q. 1. 2. c.

Reſpondeo dicendum, dupliciter, ſcilicet primo, quòd hoc dictum eſt ideo, ſcilicet quòd vti eſt actus voluntatis, quia voluntas nõ ſolum eſt imperans, ſed etiam exequens, vt patet in actionibus, quas per ſeipſam facit. Et ſic vti eſt actus eius.

Secundo dicendum, quod hoc ideo dictum eſt, quia coniungitur voluntas cuilibet virium inferiorum, ſicut motor coniungitur mobili, ut habetur. Opuſc. 72. q. 3.

Xpi. 6. 1212 Quòd idem iudicium eſt de iſtis propoſitionibus. Chriſtus ſecundum quòd homo, eſt perſona, ſuppoſitum, hypoſtaſis, & res naturæ.

Immo vltima magis accedit ad veritatem. 3. d. 10. q. 1. artic. 2. quæſt. 3. c.

Reſpondeo dicendum quòd in Tertia parte conſiderauit prædicta nomina, quantum ad illud, ad quod nomina imponuntur. Sed in tertio ſententiarum quo ad illud, à quo imponuntur.

1213 Quòd non eſt dicendum, Chriſtus eſt creatura, niſi adden-
Xpi. 28. do ſecundum naturam humanam, ut caueatur hæreſis Arrij, 3a. q. 16. 8. o. q. 20. 1. 1m.

Immo non tantum ad uitandum errorem, ſed quia eſt locutio falſa. 3. d. 11. 2. o. diſt. 21. q. 1. 3. 1m. contra. 4. c. 48. Verit. q. 29. 1. 1m.

Reſpondeo dicendum dupliciter, ſcilicet primo, quòd ut habetur 1a. q. 45. 4. o. Creari proprie & ſimpliciter eſt tantum ſuppoſitorum. Sed improprie & ſecundum quid, eſt etiam formarum & partium, licet magis concreentur. Ideo creatura improprie poteſt dici natura aſſumpta. Et ſic loquitur in Tertia parte. Sed in alijs locis loquitur de creatura proprie.

Secundo dicẽdum, quòd ut habetur. Opuſc. 37. c. 4. Creatio primo determinatur ad eſſe, ſed ex conſequenti ad naturam. Dupliciter igitur poteſt dici aliquid creatura, ſcilicet uel ratione naturæ creatæ. Et ſic loquitur in Tertia parte. Vel ratione ipſius eſſe ſuppoſitalis. Et ſic loquitur in alijs locis.

Xpi. 80. 1215 Quòd anima Chriſti in uerbo, ſcit infinita potentia, quaſi ſcientia ſimplicis intelligentiæ. Non autem ſcit infinita in actu, id eſt ſcientia uiſionis, quia entia in actu, ſecundũ omne tempus, non ſunt infinita, quia generatio non eſt æterna. Opuſc. 9. q. 81.

Oppoſitum uidetur dicere, 1a. q. 14. 12. o. Verit. q. 20. 4. c.

Reſpondeo dicendum dupliciter, ſcilicet primo, quòd quia nõ dantur infinita in actu, ideo dicitur neſcire infinita. Sed q̃a dantur ſecundũ ſucceſſionem, idẽ dr̃ ſcire infinita in potẽtia.

Secundo dicendum, ſicut Dubio. 477.

1216 Quòd ſcientia Chriſti infuſa, fuit diſtincta in multos ha- Xpi. 85.
bitus.

Oppoſitum uidetur dicere. 3a. d. 14. ar. 3. q. 4. o.

Reſpondeo dicendum tripliciter, ſcilicet primo, quòd ut habetur 1. d. 3. q. 5. 1m. 3. d. 14. ar. 1. q. 2. c. fi. q. 5. c. princ. 2m. ad eſſe habitus intellectiui, duo concurrunt, ſcilicet ſpecies intelligibilis, & lumẽ. In Tertia igitur parte loquitur de ſcientia quo ad primum, ſed in tertio Sententiarum quo ad ſecundum.

Secundo dicendum, quòd in Tertia parte loquitur de ſcientia reſpectu obiecti, id eſt quo ad ſcibilium genera, Sed in tertio Sententiarum quo ad modos.

Tertio dicendum, quòd ſcientia Chriſti infuſa, fuit diſtincta in multos habitus, quia fuit diſcurſiua ſeu collatiua, quo ad uſum ſicut uolebat, non autem quo ad acquiſitionem, ut habetur. 3a. q. 11. 5. o. 4. fi. 3. d. 14. ar. 3. o. Verit. q. 20. 3. 1m.

1217 Quòd Chriſtus per ſcientiam infuſam cognoſcebat om- Xpi. 88.
nia ſingularia præſentia, præterita, & futura.

Immo per eam non cognoſcebat futura contingentia, nec cogitationes cordium. 3a. d. 14. ar. 3. quæſt. 1. c. q. 5. 2m. Veri. q. 20. 6. c.

Reſpondeo dicendum dupliciter, ſcilicet primo, quòd in Tertia parte loquitur de cognitione practica. In alijs autem de cognitione ſpeculatiua.

Secundo dicendum, quòd in tertio Sententiarum loquitur de Chriſto, & ſcientia eius infuſa ſimpliciter, & ſecundum ſe. In Tertia uero parte loquitur de Chriſto, ut eſt caput Eccleſiæ, & paſtor omnium.

1218 Quòd in Chriſto fuit ſcientia acquiſita, ſeu experimenta- Xpi. 89.
lis per ſpecies acquiſitas, per operationem intellectus agentis eius.

Oppoſitum uidetur dicere. 3. d. 14. ar. 3. q. 5. 3m. d. 18. 3. 5m. Veri. q. 20. 3. 1m.

Reſpondeo dicendum, quòd in Tertia parte loquitur de ſcientia, præſuppoſita opinione Ariſtotelis. ſcilicet quòd intellectus agens ſit naturalis potentia animę rationalis, cuius propria & adæquata operatio, ſit abſtrahere ſpecies à phantaſmatibus, quia Ariſtoteles nullam aliam operationem ei aſſignat. Sed in tertio Sententiarum præſupponit, quòd intellectus agens, poſſit eſſe ſine hac operatione. Nec tamen eſt fruſtra, ut patet in intellectu completo per omnes ſpecies, ſicut nunc eſt intellectus Chriſti, quia habet alias operationes, ſcilicet cauſare notitiam principiorum, & fortificare operationem intellectus poſſibilis. Aſſiſtendo ei, ut educat in actum ea quæ virtualiter continentur in primis principijs. Et ideo intellectus agens concurrit in omni intellectione cooperando intellectui poſſibili, ut habet. 2. d. 24. q. 2. 3. 1m Verit. q. 10. 8. c. fin. In quæſtionibus uero de ueritate, loquitur ſecundũ opinionem quam præmittit, quam tamen dicit ſa nõ credere veram eſſe. Vel intelligit, ſicut in Tertia parte.

1219 Quod in Chriſto eſt duplex uoluntas humana, ſcilicet vo- Xpi. 91.
luntas rationis, & uoluntas ſenſualitatis, id eſt appetitus ſenſitiuus.

Immo in Chriſto fuit tantum vna uoluntas humana. 3. q. 18. 2. 3m. 3. o. 4. 5. c.

Reſpondeo dicendum, quòd in Chriſto fuit tantum una volũtas humana rationalis per eſſentiam, ut potentia. Sed duplex actus, ſcilicet, vt natura & ratio Theleſis, id eſt ſimplex voluntas. Et buleſis, id eſt conſiliatiua, ſecundum Damaſcenum, ut habetur in locis primo adductis. Sed appetitus ſenſitiuus dr̃ uolũtas non per eſſentiam, ſed per participationẽ.

1221 Quòd omnis potentia communicabilis cuicunque crea- Xpi. 109.
turæ, multo abundantius communicata fuit animæ Chriſti, ſcilicet ut materia elementalis magis obediat ei ad motum, quàm qualitatibus actiuis, & uirtuti cœleſti, & magis potuiſſet mouere cælum, quàm angelus quicunque.

Immo aliquid in creaturis fuit potentius anima Chriſti. 3. d. 16. q. 1. 2. 5m.

Reſpondeo dicendum, quòd aliquid fuit ſecundum quid potentius anima Chriſti, ſecundum propriam naturam & uirtutem, ut claui in paſſione ad perforandum, nihil autẽ fuit potentius ea ſimpliciter, ut habetur. 3a. q. 14. 2. 3m. 3. diſt. 16. q. 1. 2. 5m.

FINIS.

CATALOGVS THEOLOGORVM PHILOSOPHORVM, ORATORVM, POETARVM, ALIORVMQVE,

QVORVM AVCTORITATIBVS SPARSIM Diuus Thomas in ſumma Theologica vtitur.

Adriani Papę I. decreta, quę habentur in lib. Concil.

Agatenſis Synodi Canones, qui habentur ibidem.

Africanæ Synodi Canones, qui habentur ibi.

Agathonis Papæ decreta, quæ habentur ibid.

Albumaſar, Aſtrologus Arabs ſine particularis operis citatione.

Alcuinus ſiue Albinus in Geneſim.

Alexander Aphrodiſeus Peripateticus, ſine particularis operis citatione.

Alexandri papæ I. decreta, quæ habentur in lib. Concil.

Alexandri papæ III. decreta, quæ habentur ibidem.

Algazei Philoſophus Arabs ſine particularis operis citatione.

Anitij Manlij Seuerini Boetij Philoſophi Arithmetica, Muſica, De cõſolatione philoſophica, de Hebdomadibus, qui liber etiam inſcribitur, An omne, quod eſt, bonum ſit, de Trinitate, de duabus naturis, commentaria in Prædicamenta Ariſtotelis, cõmentaria in Topicam Ciceronis.

Ambroſij Epiſcopi Mediolanenſis opera ferè omnia, hymni ſacri, & orationes miſſales receptę in eccleſiaſticum uſum.

Anacleti Papæ decreta, quæ habentur in lib Concil.

Ancyritanæ Synodi Canones approbati in Trullana qui habentur in lib. Concil.

Andronicus philoſophus Peripateticus, prout inuenitur citatus apud Macrobium.

Anſelmi Epiſcopi Canthuarienſis de conceptu uirginali, de gratia & libero arbitrio, de caſu diaboli Dialogus de Veritate, Monologion, De proceſſione ſpiritus ſancti, de ſimilitudinibus, liber, Cur Deus homo.

Antonij Anachoretæ, cognomento Magni, Sermones, ſeu potius epiſtolæ ad monachos ex ueteri tranſlatione quæ habentur in Bibliotheca ſanctorum Patrum.

Apoſtolorum canones, recepti in Trullana ſynodo, qui habentur in lib. concil.

Arauſicanæ ſynodi canones qui habentur ibid.

Ariſtotelis peripateticorum principis opera ferè omnia ex ueteri tranſlatione, longe diuerſa a recentiori, ex quibus quædam ſpuria citantur, ſcilicet, Rhetorica ad Alexandrum, Magna moralia, Ethica ad eudemium.

Anathaſij epiſcopi Alexandrini Epiſtola ad Epictetum, uita S. Antonij, Commentaria in Marcum & Lucam; quæ ſub eius nomine modo non extant, ſymbolum, in eccleſiaſticum uſum receptum, ſermo de peccato in ſpiritumſanctum, Dialogi contra Apollinarem, qui modo græco latini prodierunt, & alium parentem referentes.

Auempaces philoſophus arabs, ſine particularis operis citatione.

Auerrois philoſophi arabis liber de ſubſtãtia orbis, commentaria ſuper Ariſtoteles phyſicam, de Cœlo, de anima, & Metaphyſicam.

Auicebron philoſophus arabs, ſine particularis operis citatione.

Auicennæ philoſophi arabis Metaphyſica.

Aurelianenſis ſynodi canones, qui habentur in lib. concil.

Aurelij Auguſtini epiſcopi Hipponenſis opera ferè omnia, inter quæ aliqua citantur, quæ ſpuria habentur.

Baſilij Ceſareæ Cappadociæ epiſcopi, cognomento Magni in Exameron, in prouerbia, Homilia de fide, Homilia diuites auaros, Homilia de orando Deum, epiſtolæ.

Bedæ presbyteri Angloſaxonis, cognomento uenerabilis commentaria in Geneſim, in Lucam, in Ioannem, in epiſtolas Pauli, in acta apoſtolorum, in epiſtolas canonicas, Scintillæ, pœnitentiale olim in uſum eccleſiaſticum receptum.

Benedicti, benedictorum ordinis Patriarchæ regula.

Bernardi abbatis Clareuallenſis de libero arbitrio, de diſpenſatione & præcepto, de diligendo Deo, de conſideratione, de gradibus humilitatis.

Bonifacij Papæ I. decreta, quæ habentur in lib. cõcil.

Breuiarij collectæ, legendæ, & hymni.

C. Iulij Cæſaris commentaria de bello Gallico.

Caius iuriſconſultus, qui habetur in Pandectis.

C. Saluſtij Criſpi Catilinarium.

Calcedonenſis ſynodus, quæ eſt quarta œcumenica, & habetur in lib. concil.

Caliſti Papæ I. decreta, quæ habentur ibid.

Carthaginienſis ſynodi tertiæ, & quartæ canones, approbati in Trullana: habentur autem ibid.

Celſus iuriſconſultus, qui habetur in pandectis.

Claudij Ptolomæi aſtrologi, centiloquium.

Clementis Papæ I. decreta, epiſtola ad Iacobum patrem domini, Itinerarium Petri, uel recognitiones.

Cæleſtini Papæ III. decreta, quæ habentur in lib. concil.

Conſtantinopolitana ſynodus prima, quæ eſt ſecunda œcumenica, & ſecunda, quæ eſt quinta œcumenica, & Tertia, quæ dicitur Trullana, & eſt ſexta œcumenica: habentur autem in lib. Concil.

Cornelij Cypriani epiſcopi Carthaginenſis de habitu uirginum, Tractatus in orationem dominicã, Epiſtolæ.

Cyrilli

Cyrilli Epiſcopi Alexādrini epiſtola ad Caloſyrium, commentaria in Ioannem, opus Theſaurorum, cuius pars, quæ citatur, non extat, ſicut commentaria in Lucam.

Damaſi Papæ I. Decreta, quæ habentur in li. Concil.

Decreta à Gratiano collecta.

Decretalia à varijs collecta.

Democritus, prout inuenitur citatus apud Ariſtotelem.

Didymi Alexandrini de ſpiritu ſancto, qui liber eſt inter opera Hieronymi.

Dionyſij Alexandrini epiſcopi commentaria in Lucam, quæ non extant.

Dionyſij epiſcopi Athenienſis, dicti Areopagitæ opera omnia ex translatione & diuiſione antiqua.

Empedocles Agrigentinus Philoſophus & poeta, prout inuenitur citatus apud Ariſtotelem.

Epheſina Synodus prior, quæ eſt tertia œcumenica, & habetur in lib. concil.

Epicurus epicureæ ſectæ princeps, prout inuenitur citatus apud Ciceronem & alios.

Eſdræ apocrypha, quæ ſunt in bibliis ſacris.

Euclidis Megarenſis mathematici liber elementorū geometricorum.

Euſebij Pamphili Cæſarienſis epiſcopi hiſtoria eccleſiaſtica ex translatione Ruffini.

Euſebij Emeſeni epiſcopi ſermones paſchales, qui tamen ſunt potius Hilarij epiſcopi Arelatenſis.

Euſebij Hieronymi Stridonenſis presbyteri opera plurima, inter quæ citantur quædam, quæ ſpuria habentur.

Euſtratij epiſcopi Theſſalonicenſis commentaria in Ethicam Ariſtotelis.

Fabiani papæ decreta, quæ habentur in lib. concil.

Flauij Ioſephi de antiquitatibus Iudaicis.

Flauij Vegetij de re militari.

Fœlicis Papæ I. Decreta, quæ habentur in lib. Concil.

Fulgentij Ruſpenſis epiſcopi reſponſiones ad quæſtiones Monimi, & liber de fide ad Petrum, qui ſæpe citatur ſub nomine Auguſtini.

Gelaſij papæ I. decreta, quę habentur in lib. concil.

Genadij Epiſcopi Maſſilienſis de eccleſiaſticis dogmatibus, extat inter opera Auguſtini.

Gilberti Porretani liber de ſex principiis, qui habetur inter opera Ariſtotelis.

Gloſſa interlinearis in uetus & nouum teſtamētum, quę Anſelmo Laudenſi Epiſcopo adſcribitur.

Gloſſa ordinaria in uetus & nouum teſtamentū, quæ Strabo attribuitur.

Gregorij Nazianzeni Epiſcopi, cognomento Theologi epiſtolæ, ſermones Panegyrici de feſtis.

Gregorij Niſſeni Epiſcopi de prouidentia, de philoſophia, de homine, de uiribus animæ, ſed hi libri attribuuntur Nemeſio epiſcopo Emeſeno.

Gregorij Papæ I. cognomento Magni opera plurima

Gregorij papæ II. decreta, quæ habentur in lib. Concil.

Gregorij papæ VII. decreta, quæ habentur in lib. Concil.

Heraclides philoſophus, ſicut inuēitur citatus apud Ariſtotelem.

Heſychij Hieroſolymitani presbyteri commentaria in Leuiticum.

Hilarij Pictauienſis epiſcopi opera plurima.

Hilerdenſis ſynodi canones, qui habentur in lib. concil.

Honorij Papæ decreta, quæ habentur ibid.

Hormiſdæ Papæ decreta, quæ habentur ibid.

Hugonis de ſancto Victore de ſacramentis, ſententiæ, de modo orandi.

Ignatij Antiocheni epiſtolæ.

Innocentij Papæ I. decreta, quæ habentur in lib. concil.

Innocentij Papæ II. decreta, quæ habentur ibid.

Innocentij Papæ III. decreta, & de ſacro altaris myſterio.

Innocentij Papæ IIII. decreta, quæ habentur in lib. concil.

Ioannis Caſſiani Eremitæ de inſtitutis Cœnobios, & collationes patrum.

Ioannis Conſtantinopolitani Epiſcopi, cognomento Chryſoſtomi, Homiliæ in Geneſim, in Matthæum, Opus imperfectum, in Marcum, in Ioannem, in epiſtolam ad Hebræos, cōtra gentes quòd Chriſtus Deus, de Machabæis, de ſpirituali militia, de compunctione, de orando Deum, de ſacerdotio, de incomprehenſibili natura Dei, Homiliæ ad populum Antiochenum.

Ioannis Damaſceni presbyteri de orthodoxa fide.

Iſidori Hiſpalenſis epiſcopi epiſtola de ordinibus ſacris, de officiis eccleſiaſticis, etymologicum, Synonyma, de ſummo bono.

Iulij Papæ I. decreta, quæ habentur in lib. concil.

Iuris ciuili opera.

Lateranenſis synodi, dictę magnę, ſub Innocētio III. canones, qui habentur in lib. concil.

Leonis Papæ I. Epiſtolę & ſermones.

Lonis Papæ IIII. decreta, quæ habentur in lib. concil.

Leucippus philoſophus, ꝓut inuenitur citatus apud Ariſtotelem.

Liber inſcriptus, acta Syluestri, qui extat apud Simeonem Metaphraſtem, & legendaria ſanctorum.

Liber de cauſis, ex Arabico translatus, qui habetur inter opera Ariſtotelis.

Liber de ortu, ſiue infantia Saluatoris, reiectus inter apocrypha a Gelaſio Papa in concilio epiſcòporum.

Liber de ſpiritu & anima, cuius auctor ignoratur: & extat inter opera Auguſtini.

Liber ſtratagematū francorū, qui nō uidetur extare.

L. Annæi Senecæ Philoſophi de beneficijs, de ira, de clementia, de quatuor uirtutibus.

Lucij Papæ III. decreta, quæ habentur in lib. conci.

Macrobij Ambroſij Aurelij Theodoſij commentaria in ſomnium Scipionis.

Magni Aurelij Caſſiodori in Pſalmos.

M. Tullij Ciceronis de officijs, de amicitia, Paradoxa, Tuſculanæ quæſtiones, Topica, Rhetorica, de inuentione, Rhetorica ad Herēniū, quę eſt ſpuria.

Marcelli Papæ I decreta, quæ habentur in lib. concil.

Martini Papæ I. decreta, quæ habentur ibid.

Maximi Scholia ſuper librum de cœleſti hierarchia Dionyſij Areopagitæ, quæ nunc extant græce.

Maximi Taurinenſis epiſcopi ſermones.

Melchiadis Papæ decreta, quæ extant in lib. concil.

Meldenſis synodi canones qui ſunt ibid

Mercurij cognomento Termegiſti Aſclepius.
Mileuitanę Synodi canones,qui habentur ibid.
Maguntinæ Synodi canones,qui habentur ibid.
Nicæna Synodus prior quæ eſt prima œcumenica,& habetur ibid.
Nicolai Papæ I.decreta, quæ habentur in libro ſeorſim edito.
Origenis Adamantij presbyteri in Geneſim, in Numeros, in Pſalmos, in Matthæum, in Lucam, in Ioannem,in epiſtolā ad Romanos,& Periarchon.
Pallad j Lauſiaca hiſtoria de uita ſanctorum patrum Ægyptiorum;quæ olim ſine autoris titulo circumferebatur.
Paſchalis Papæ decreta, quæ habentur in lib.Concil.
Pelagij Papæ I.decreta,quæ habentur ibid.
Petri Lombardi Epiſcopi Pariſienſis, dicti Magiſtri ſententiarum,libri ſententiarum:
Pij Papæ I.decreta quæ habentur in lib.Concil.
Platonis Philoſophi,cognomēto diuini, Timæus,& Memnon.
Plotinus philoſophus Platonicus, ſine particularis operis citatione.
Porphyrij Tyrij Platonici Philoſophi introductio in logicam.
Præpoſitinus abſque operis citatione.
Proſperi Rogienſis Epiſcopi de uita contemplatiua; Reſponſiones ad Gallorum quæſtiones, & ſententiæ ex Auguſtino collectæ.
P.Ouidij Naſonis Metamorphoſis.
P.Terentij Eunuchus.
Pythagoras philoſophus, prout inuenitur citatus apud Ariſtotelem.
Q.Horatij Flaci odæ.
Rabi Moyſis Iudæi liber Dux errantium,Ductor dubiorum, liber perplexorum.
Rabani Mauri epiſcopi Ratiſponenſis de inſtitutis clericorum commentaria in Geneſim, liber de pœnitentia.
Rhenigij epiſcopi Rhemenſis commentaria in Matthæum,
Rhemenſis Synodi Canones, qui habentur in libr. Concil.
Ricardi de Sancto Victore de Trinitate, de contemplatione.
Romana Synodus contra Monothelitas ſub Martino Papa I.& habetur in lib.Concil.
Sergij Papæ decreta,quæ habentur ibid.
Simplicij Philoſophi Commentaria in librum prædicamentorum Ariſtotelis.
Seueriani Epiſcopi Gabalenſis ſermones, qui exſtāt inter opera Chryſoſtomi.
Sotheris Papæ decreta,quæ habentur in lib.Concil.
Stephani Papæ I.decreta,quæ habentur ibid
Stephani Papæ IIII.decreta, quæ habentur ibid,
Strabi commentaria in Geneſim.
Syluestri,Papę I decreta,quæ habentur in lib.Conci.
Syluestri Papæ II.decreta,quæ habentur ibid.
Symmachi Papæ decreta,quæ habentur ibid.
Teſtamentum nouum ex vulgata editione.
Teſtamentum uetus ex vulgata editione, & interdū ex hebraica ueritate.
Theleſphori Papæ decreta,quę habentur ibid.
Theophanis Annales imperij Romani, tranſlati in latinum ab Anaſtaſio Bibliothecario.
Titi Liuij hiſtoria.
Toletana Synodus quatta,quinta, & ſeptima, quæ habentur in lib Concil.
Triburienſis Synodi Canones, qui habentur ibid.
Tullanæ Synodi Canones,qui habentur ibid.
Valerij Maximi exempla.
Voluſiani Epiſtola ad Auguſtinum, quæ exſtat inter opera Auguſtini.
Vrbani Papæ I.decreta,quæ habentur in lib.Concil.
Vrbani Papæ II.decreta,quæ habentur ibid.
Vuormacienſis Synodi Canones, qui habentur ibid.
Xyſti papæ I.uel potius Philoſophi Pythagorici ſententiæ tranſlatæ à Rufino.
Zephyrini Papæ decreta,quæ habentur ibid.

F I N I S.

784105

[illegible]